This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



8IN

13841 f. 150





Collat.
16 June 96

J Wickham Legg



De Seve delin. Baron Sculp.

BREVIARIUM NOVIOMENSE,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris DD. JOANNIS-FRANCISCI DE LA CROPTE DE BOURZAC, Epiſcopi-Comitis Noviomenſis, Paris Franciæ, auctoritate, necnon Venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu, editum.

PARS ÆSTIVA.



PARISIIS,

Excudebat AUGUSTINUS-MARTINUS LOTTIN, Bibliopola & Typographus Sereniſſimi Ducis Bituricenſis, viâ San-Jacobæâ, propè ædes S. Yvonis, ſub ſigno Galli.

MDCCLXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

BODLE[illegible]

JOANNES-FRANCISCUS
DE LA CROPTE
DE BOURZAC,

MISERATIONE DIVINA, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ, Epiſcopus-Comes Noviomenſis, Par Franciæ;

CLERO NOVIOMENSI
Salutem in Chriſto Jeſu.

DOMINI (*a*) eſt ſalus, & ſortes *noſtræ* in manibus *ejus* (*b*). *Ad Salutem nemo, niſi Deo vocante, venit.* Ipſe ut velimus operatur incipiens (*c*), volentibus cooperatur perficiens. *Deo non auxiliante, irritus labor; ſed neque auxilium poſſumus promereri, niſi orando. Atque, cùm ea ſit orationem inter & ſalutem arctiſſima neceſſitudo, quid ita de oratione Chriſtianis hominibus impoſita lex? Ecquis enim ſibi ſalutique ſuæ providens ad eam, vel ante legem omnem, toto cordis affectu confugere negligat, quam fecêre nobis inopia & miſeria noſtra ſatis ſuperque commendabilem?*

Quod *etenim* in domo fundamentum eſt (*d*), hoc & in anima deprecatio: ipſa munimentum inconcuſſum, animæ nervus, omnis juſtitiæ fons atque virtu-

(*a*) Pſalm. 3.
(*b*) Pſalm. 30.
(*c*) *Aug. Libr. de Grat. & Lib.* arbitr. cap. 17. n°. 33.
(*d*) *Chryſoſt. Libr. 1. de Orandò* Deum.

tis; *decertantibus* (*a*) ſcutum & armatura inexpugnabilis, ægrotantibus medela, *mœrentibus ſolamen*, radix vitæ frugiferæ, ſalutis ac vitæ conciliatrix (*b*).

At verò non permittitur modò, ſed & à Deo miſerante præcipitur. Oportet ſemper orare, & non deficere (*c*). Petite...quærite....pulſate. *Orare jubet Deus, quia impertire amat : orare præcipit Eccleſia, quia geſtit parturire Chriſto & cœlo. Præcipitur vobis quammaximè, Fratres cariſſimi, quos aſſumpſit Deus in partem hæreditatis ſuæ præcipuam : quos* elegit Deus, ut ſtantes coram eo oretis pro filiis Iſrael & pro cunctis peccatis eorum (*d*); *quorum* officium in orando Deum pro totius Eccleſiæ (*e*) & populi Chriſtiani proſperitate ſitum eſt; *quorum eſt denique* pondus populi ſuſtinere viriliter, pro peccatis omnium (*f*), velut pro ſuis infatigabiliter ſupplicantes Deo, & avertentes iram futuræ animadverſionis à populo.

Quod quidem ut ab omnibus ſanctiùs & faciliùs adimpleretur, leve nobis ad fundendas preces Horarum onus injunxit Eccleſia, (ipſa, quid oremus (*g*), ſicut oportet, *ordinans ;) atque optavit ſemper ut libri, divina recitandi Officia methodum exhibentes, caſtigatè componerentur, concinnè diſtribuerentur, quò nimirùm* vota, quæ diſtinguerent (*h*) labia noſtra, *Deum honorificarent magìs, ipſique puriùs redderentur.*

Hinc tot Conciliorum Decreta & Sanctiones quibus Epiſcopis demandatur ut, omni curâ & ſollicitudine, Eccleſiaſticorum Officiorum libros expendant diligentiſſimè; quæ neceſſaria viderint, adjiciant; quæ ſuperflua, reſecent; quæ ſuperſtitioſiùs irrepſiſſent, expungant; quidquid decori divini cultûs aut dignitati minùs congruum eſt, prorsùs amputent.

His porrò Sanctionibus, eâ quâ par eſt religione parere cupientes, id quod tentavêre non pauci Eccleſiæ Gallicanæ Præſules, atque ad felicem perduxêre exitum, aggredi & ipſi decrevimus; nec ab opere jam ab aliquot an-

(*a*) Greg. Nyſſ. de Oratione; *Orat.* 1.
(*b*) Chryſoſt. Libr. 1. de Orando Deum.
(*c*) Luc. 18.
(*d*) II. Paralip. 29.
(*e*) Enchir. in Conc. Col. Decr. ann. 1536.
(*f*) Autor Libri de Vita contempl. Sacerd. Libr. 2. cap. 3.
(*g*) Rom. 8.
(*h*) *Pſalm.* 65.

nis incœpto, variis aliundè caſibus retardato, deſtitimus quin ex omni parte tandem abſolveretur.

Acceſſerunt vota Cleri noſtri totius iterùm atque iterùm expoſcentis, ut & cultûs divini majeſtati & Diœceſis noſtræ utilitati, ne dicam neceſſitati, hâc in parte pro noſtra Paſtorali ſollicitudine provideremus. Neque verò eò nos adduxit novitatis amor, at magnoperè diſcors in Officii ſive privati recitatione, ſive publici celebratione varietas: quam quidem & talem Eccleſiaſticorum penuria voluminum ita, gementibus nobis, intulerat, ut quot Eccleſiæ, tot ferè libri diverſi, tot diverſi ritus adhiberentur. Neque minùs impulêre nos ad emendationem Breviarii noſtri, jam à centum & triginta quatuor annis editi, ea nec pauca quæ minùs accuratè digeſta, atque Religionis majeſtati conſona minùs exciderant, in actis Sanctorum ſpuria, in Hymnis obſoleta, quandoque indecora, quibus adeò neceſſe viſum eſt ea ſufficere quæ ſapientiſſimè ſancitis ab Eccleſia regulis omninò conſentanea proponerentur.

Formam porrò totius operis, ſingularumque ejus partium artificium, vel in ipſo limine velut in tabella brevi delineatum accipite.

Ac primò quidem ita Calendarium inſtitutum eſt ut inter agmina Beatorum quos tota latè veneratur Eccleſia, ſtatuerimus inſerendos eſſe non paucos, tùm eorum quos ad altaris Sacrificium Eccleſia commemorat, (nonnullorum porrò nomina locum in antiquo Calendario nunquàm *habuerant) tùm plurimorum qui Provinciam aut Diœceſim hanc noſtram ortu, prædicatione, virtutibus & ſanctitate ſuâ illuſtrârunt, quorum & olìm in vetuſtiori Calendario nomina deſiderabantur. Neque hoc ſine conſilio & plauſu accitorum à nobis & delegatorum à Noviomenſis Eccleſiæ noſtræ Capitulo Canonicorum effectum eſt: ita nempè decebat eos peculiari cultu proſequi, quos Deus* (in cujus manu ſunt (*a*) omnes Sancti) *nobis quaſi viciniora ſanctitatis exempla conceſſerat.*

Aliquot etiam detrahere debuimus, ne Feſtorum numerus excreſceret ſupra modum, neque ullus jam ferè locus Officio Feriali ſupereſſet.

Quod à ducentis annis edixit Remenſe Concilium (*b*), ut totus Pſalmorum liber in unaquaque hebdomada recitetur; *& quod jam in Concilio Narbonenſi* (*c*) *ſancitum*

(*a*) Deuter. 33.
(*b*) Concil. *Remenſ. 1564.*
(c) Concil. Narbon. 589. can. 2.

erat antiquitùs, ut per majores Pſalmos pauſationes fierent, & per quamcumque pauſationem gloria Trinitatis Domino decantaretur; *hæc Pſalterium dividendo præſtitimus.*

Dùm ſingulis per hebdomadam diebus ſua mens attribuitur, & ſuus inhæret unicuique Officio finis, faciliùs in eo recitando colligitur animus qui, vel ab ipſo Invitatorio, de recolendo inſigni aliquo Dei beneficio, præmonetur; atque per Hymnos, Antiphonas & Capitula ad eumdem finem redeuntia, redit & ipſa mens, ſi forsàn erret, aut ad aliena, ut fert levitas humana, rapiatur. Huic autem propoſito concordes Pſalmi, quantùm licuit, electi ſunt; non tamen in Completorio cujus Pſalmi, ut par eſt, deficiente die, pœnitentis animi ſenſus atque ad ſummam Dei clementiam unicè confugientis ingenerant.

Habemus è ſacris omnia ferè deſumpta codicibus, Antiphonas, Verſiculos, Capitula, Reſponſoria: & iſta quidem è gemino Veteris & Novi Teſtamenti contextu collecta ut plurimùm; ut ſic conſociatis & adunatis, ut ita dicam, cum veritate figuris, cum eventu promiſſis, mirus admodùm utriuſque concentus illuceſceret. Neque tamen his ita tenaciter hæſimus, quin Antiphonas aliquandò retinuerimus, quas è ſacris Scripturæ fontibus non deductas effuderat olìm pietas erudita, traditio illibata conſecraverat.

Lectiones ita ſelectæ ſunt ut è Scriptura ſacra (nullo ſaltem omiſſo Libro) ea potiſſimùm loca decerpſerimus quæ affectus animi movere magis & mentem utiliùs erudire valeant. Acta Sanctorum ex æqualibus aut melioris notæ auctoribus ad puriores hiſtoriæ fontes exacta delegimus: nil niſi ex probatis traditionibus, atque incorruptis rerum geſtarum monumentis admittendo; ſpuria omnia, quæ ſub obtentu pietatis olìm irrepſerant, amovendo, & ea quæcumque figmentum tantiſper redolere viſa ſunt ſeverâ caſtigatione reſecando. E germanis SS. Patrum & SS. Eccleſiæ Doctorum operibus, atque optimis eorum editionibus ea deprompſimus quibus ineſſe intelleximus plùs roboris ac documentorum, quæ viſa ſunt nobis & nutriendæ Paſtorum doctrinæ, & informandis per eos populorum moribus aptiora.

Veteribus Hymnis recentiores plurimos, ſacros orantis gemitus undequaque ſpirantes, vi ſententiarum, *elegantiâ verborum, & teneriori* pietatis ſenſu anteponen-

dos eſſe cenſuimus. Retinuimus tamen ex antiquis aliquot ſincero religionis affectu commendabiles.

Orationes, ſeu Collectæ, ſi quandoquè tranſpoſitæ ſunt, (& id rarò quidem) ideò factum eſt, ut Evangelio diei magìs appoſitè conſonarent; ſi mutatæ nonnunquàm, vel è Sacramentariis veteribus excerptæ, vel ad piam antiqui ſtyli ſimplicitatem accommodatæ ſunt.

Habetis & præ manibus ad Officium Capituli ſelectos è Conciliis generalibus, Synodiſve Provinciæ aut Diœceſis noſtræ Canones, primævam & præſentem Eccleſiæ, etiam Diœceſanæ, diſciplinam exhibentes: & qui mos ubique ferè jam obtinet, hunc & ipſi nobis libentiſſimè adſcivimus.

In Rubricis fieri mutationem aliquam expoſcebat prorsùs Officiorum dignitas & ordo novus. Sic & diem Dominicam decere viſum eſt tenere locum inter Feſta principem & iis ſolummodò cedere, quæ tertiam in Eccleſia noſtra Claſſem celebritatis obtinent: ſic & è luctuoſis Quadrageſimalis pœnitentiæ temporibus omne Feſtum ad alia tempora transferri præcepimus; exceptâ, propter honorem Domini & ſanctiſſimæ Matris ejus, inſigniori ſolemnitate Incarnationis Domini, ſeu Annuntiationis: ſic demùm & ab Octava Omnium Sanctorum, eo tempore quo Sanctos omnes proprio cultu veneratur Eccleſia, Feſtum omne peculiare Sancti cujuſlibet amovendum eſſe cenſuimus.

Mandamus autem & præcipimus omnibus & ſingulis noſtræ Diœceſeos Eccleſiis, Capitulis, Monaſteriis, Collegiis, Communitatibus, necnon omnibus Clericis noſtro regimini ſubditis, ad divinum Officium, ſive publicè, ſive privatìm aſtrictis, ut hoc Breviario, auctoritate noſtrâ, & de conſenſu Capituli Eccleſiæ noſtræ Noviomenſis, edito utantur in poſterum; diſtrictè videlicet inhibentes ne aliud quodlibet, ſive publicè in Choro, ſive privatìm extra Chorum recitare præſumant.

De cetero; Fratres cariſſimi, opus iſtud quod amanter offerimus vobis, eâ mente quâ nos elaboravimus &, auxiliante Deo, tandem abſolvimus, excipiatis. Novum exhibetur in opere ſubſidium ad perſolvendum ſupremo Numini laudis omninò debitæ vectigal, novis & pietas Cleri oſtri floreat incrementis! Qui reminiſcimini Domini (*a*), ne taceatis & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat,

(*a*) *Iſ. 62.*

& donec ponat Jeruſalem laudem in terra. *Sit ita decorum illud orandi pro populo munus , ſit vobis levamen & ſolatium , non onus. Abſit ut* fiat in peccatum (*a*) , *quod debet eſſe in medelam & munimentum. Conſtituti pro populo* in iis quæ ſunt ad Deum (*b*) , *non opponetis per peccata* nubem (*c*) ne oratio tranſeat. *At enim ibi* ſollicitiùs formidandum (*d*) , ne qui placare iram poſſe creditur , hanc ipſe ex proprio reatu vereatur. *Sed quid plura ? Nempè eſſet* contumelia Sacerdotum (*e*) de divinis cultibus admoneri ; quod enim ipſi debent exigere , turpiter exiguntur. *Hoc & vos in mente habete , Paſtores ,* arma veſtra *eſſe* orationes (*f*) & lacrymas. Fidite plus orationi (*g*) , quàm veſtræ induſtriæ vel labori. Plorantes *autem* (*h*) inter veſtibulum & altare , *mementote*, orando vos poſſe perficere (*i*) quod non poſſetis docendo ſuggerere , *eaque tunc & ita potens ad Principem* paſtorum *deprecatio veſtra dirigetur* , *ut* timeat orationem (*k*) qui contempſerit admonitionem. Oro ut caritas veſtra magìs ac magìs abundet (*l*) , ut ſitis repleti fructu juſtitiæ in gloriam & laudem Dei :

Datum Noviomi , in Palatio noſtro Epiſcopali , die primâ menſis Julii anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto :

† J. FR. Epiſc. Com. Noviomenſis.

De Mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi DD. Epiſcopi Comitis Noviomenſis , Paris Franciæ ,

L'ELEU.

(*a*) Pſalm. 108.
(*b*) Hebr. 5.
(*c*) Thren. 3.
(*d*) Gregor. de Cura Paſt. Part. 1. cap. 11.
(*e*) Greg. Libr. 3. Epiſt. 5. ad Bonifac. Epiſc.
(*f*) Conc. Mediolan. 1. P. 2.
(*g*) Bernard. de Conſid. Libr. 4. cap. 4.
(*h*) Joël. 2.
(*i*) Autor Libri de Vita contempl. Sacerd. Libr. 1. cap. 17.
(*k*) Bernard. de Conſid. Libr. 4. cap. ult.
(*l*) Philipp. 1.

TABULA ALPHABETICA

Nomina Sanctorum & Sanctarum, necnon ſeriem Feſtivitatum quarumcumque cum ſuo ritu, Feriarum quoque ac Vigiliarum, ceterorumque Breviarii totiûs Officiorum exhibens.

*Feſta quæ apud Populum feſtivantur majoribus notantur caracteribus: Quibus autem addita reperitur hæc notula * P. vel * T. deſignatur eſſe feſtum Patroni vel Titularis alicujus loci; quod quidem celebratur ritu Annuali, cum Octava ſemiduplice, in propria Eccleſia.*

Abdon & Sennen, mart. *comm.*	30 jul.
Acharii, Noviom. epiſc. *dupl. 3 cl.*	27 nov.
Adriani, mart. *ſimpl.*	7 ſept.
Ægidii, abbat. [*in cath. dupl.*] *comm.* * P.	1 ſept.
Agapiti, mart. *comm.*	18 aug.
Agathæ, virg. & mart. *ſimpl.*	5 febr.
Agnetis, virg. & mart. *ſimpl.*	21 jan.
Albini, epiſc. [*in cath. ſemid.*] *ſimpl.*	1 mart.
Aldegundis, virg. *comm.* * P.	30 jan.
Alexandri, papæ, *Eventii & Theoduli*, presb. mart. *comm.*	3 maii.
Alexandri, epiſc. & mart. *ſimpl.*	5 mart.
Amandi, epiſc. *ſemid.* * P.	6 febr.
Ambroſii, epiſc. & eccl. doct. *dupl.*	7 dec.
Anaſtaſiæ, viduæ & mart. *comm.*	24 nov.
ANDREÆ, apoſt. *dupl. 3 cl.* * P.	30 nov.
Angelorum (Michaëlis archang. & omnium SS.) *dupl. 3 cl.* * P.	29 ſept.
Angelorum Cuſtodum, *dupl.*	2 oct.
Aniani, epiſc. *ſimpl.* * P.	17 nov.
Annæ, matris B. M. V. [*in cath. tantùm*] *dupl. 2 cl.*	28 jul.
Annæ (*Joachim &*) par. B.M.V. [*in cath. dupl. 2 cl.*] *dupl. 3 cl.*	26 jul.
ANNUNTIATIONIS INCARNAT. DOMINI ad B. M. V. dupl. 2 cl.	25 mart.
Antonii, abb. [*in cath. dupl.*] *ſemid.* * P.	17 jan.
Apollinaris, epiſc. & mart. *ſimpl.*	23 jul.
Apollinaris (*Timothei &*) mart. *comm.*	23 aug.
Apolloniæ, virg. & mart. *ſimpl.*	9 febr.
Arnulphi, mart. *comm.* * P.	18 jul.
ASCENSIONIS DOMINI, *dupl. 1 cl.*	30 apr. - 3 jun.
ASSUMPTIONIS B. M. V. annual. * T.	15 aug.
Athanaſii, epiſc. & eccl. doct. *ſemid.*	2 maii.
Audoeni, epiſc. *ſemid.*	23 aug.
Audomari, epiſc. *comm.* * P.	9 ſept.
Auguſtini, epiſc. & eccl. doct. *dupl.*	28 aug.
Aureæ, virg. *comm.*	4 oct.
Barbaræ, virg. & mart. *comm.*	4 dec.
Barnabæ, apoſt. *dupl. 3 cl.*	11 jun.
BARTHOLOMÆI, apoſt. *dupl. 3 cl.* * P.	24 aug.
Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, mart. *comm.*	12 jun.
Baſilii magni, epiſc. & eccl. doct. *ſemid.*	2 jan.
Bathildis, viduæ, *ſemid.*	30 jan.
Benedictæ, virg. & mart. *ſimpl.* * P.	8 oct.
Benedicti, abbat. [*in cath. dupl.*] *ſemid.*	11 jul.
Bernardi, abbat. & eccl. doct. *dupl.*	20 aug.
Bertini, abbat. *ſimpl*	5 ſept.

Hilarii, epiſc. & eccl. doct. *dupl.* * P.	14 jan.
Hippolyti & *Caſſiani*, mart. *comm.*	13 aug.
Hunegundis, virg. *ſimpl.*	26 aug.
Ignatii, epiſc. & mart. *ſemid.*	1 febr.
Ignatii Loyolæ, presb. *ſemid.*	30 jul.
INCARNATIONIS DOMINI, *dupl.* 2 *cl.*	25 mart.
Innocentium, mart. *dupl.*	28 dec.
Inventionis S. Crucis, *dupl.* 3 *cl.* * T.	3 maii.
Corporis S. Quintini, mart. *d.* 3 *cl.* [*Sanquint. d.* 1 *cl.*]	3 jan.
S. Stephani, protomartyris, *ſemid.*	3 aug.
Irenæi, epiſc. & eccl. doct. mart. *ſemid.*	27 jun.
JACOBI Alphæi & *PHILIPPI*, apoſt. *dupl.* 3 *cl.* * P.	1 maii.
JACOBI Zebædei, apoſt. *dupl.* 3 *cl.* * P.	25 jul.
JESU, *D.N. INCARNATIONIS*, *dupl.* 2 *cl.*	25 mart.
NATIVITATIS, *annual.*	25 dec.
CIRCUMCISIONIS & *IMPOSIT. SS. NOMINIS*, *dupl.* 2 *cl.*	1 jan.
PRÆSENTATIONIS & *PURIFICAT. B. M. V.* *dupl.* 2 *cl.*	2 febr.
EPIPHANIÆ, *dupl.* 1 *cl.*	6 jan.
Baptiſmi, *dupl.* 3 *cl.*	13 jan.
Transfigurationis, *dupl.* 3 *cl.*	6 aug.
RESURRECTIONIS ſeu *PASCHÆ*, *annual.*	22 mart. - 25 apr.
ASCENSIONIS, *dupl.* 1 *cl.*	30 apr. - 3 jun.
Ultimi Adventûs, *dupl.* 3 *cl.*	7 maii - 10 jun.
CORPORIS CHRISTI, *dupl.* 1 *cl.*	21 maii - 24 jun.
SACERDOTII, *dupl.* 3 *cl.*	29 maii - 31 jun.
SS. NOMINIS (Dominic. 3 poſt Pentec.) [*in cath. tantùm*] *dupl.* 2 *cl.*	31 maii - 4 jul.
Joachim & *Annæ*, parent. B.M.V. [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *dupl.* 3 *cl.*	26 jul.
JOANNIS-BAPTISTÆ NATIVITATIS, *dupl.* 2 *cl.* * P.	24 jun.
Decollationis, *dupl.* 3 *cl.*	29 aug.
JOANNIS, *Apoſtoli & Evangel. Diei Natalis*, *dupl.* 3 *cl.* * P.	27 dec.
Martyrii ad Port. Lat. *ſemid.*	6 maii.
Joannis & *Pauli*, mart. *comm.*	26 jun.
Joannis Chryſoſtomi, epiſc. & eccl. doct. *ſimpl.*	27 jan.
Joſephi, ſponſi B. M. V. [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *dupl.* 3 *cl.* * P.	15 jan.
JUDÆ (*SIMONIS* &), apoſt. *dupl.* 3 *cl.*	28 oct.
Juliæ, virg. & mart. *ſimpl.*	21 jul.
Julittæ (*Cyrici* &), mart. *ſimpl.*	16 jun.
Lamberti, epiſc. & mart. *ſimpl.* * P.	17 ſept.
LAURENTII, diacon. & mart. *dupl.* 3 *cl.* * P.	10 aug.
Lazari, *Mariæ* & *Marthæ*, Chriſti Hoſpitum, *dupl.* * P.	2 ſept.
Leodegarii, epiſc. & mart. *comm.* * P.	2 oct.
Leonardi, ſolitarii, *ſimpl.* * P.	14 nov.
Leonis magni, papæ & eccl. doct. *dupl.*	10 nov.
Lini, papæ & mart. *comm.*	23 ſept.
Lucæ, evangel. *dupl.* 3 *cl.*	18 oct.
Luciæ, virg. & mart. [*in cath. dupl.*] *comm.*	13 dec.
Luciani, mart. *comm.*	8 jan.
LUDOVICI, fr. reg. [*feſtiv. Noviomi & Sanq. d.* 2 *cl.*] *d.* 3 *cl.*	25 aug.
Lupi, Senonenſis, epiſc. [*in cath. comm.*] *ſimpl.* * P.	1 ſept.
Lupi, Trecenſis, epiſc. *ſimpl.*	29 jul.
Maclovii, epiſc. *ſimpl.* * P.	15 nov.
Magdalenæ (*Mariæ*), *dupl.* 3 *cl.* * P.	22 jul.
Mamantis, mart. *comm.*	17 aug.
Mamerti, epiſc. (*feriâ* 2 *rogationum*), *comm.*	27 apr. - 31 maii.
Marcelli, *papæ*, *comm.* * P.	16 jan.

Marcelli, mart. ſimpl.	4 ſept.
Marcellini, presb. & Petri, exorciſt. comm.	2 jun.
Marci, evangeliſtæ, dupl. 3 cl.	25 apr.
Margaretæ, virg. & mart. [in cath. dupl.] ſimpl. * P.	20 jul.
MARIÆ (Beatæ) Virginis CONCEPTIONIS, dupl. 2 cl.	8 dec.
NATIVITATIS, dupl. 2 cl. * T.	8 ſept.
Præſentationis, dupl. 3 cl.	21 nov.
ANNUNTIATIONIS, dupl. 2 cl.	25 mart.
Viſitationis, dupl. 3 cl.	2 jul.
PURIFICATIONIS, dupl. 2 cl.	2 febr.
ASSUMPTIONIS, annual. * T.	15 aug.
Gaudiorum [in cath. d. 2 cl.] d. 3 cl.	22 aug.
Mariæ Ægyptiæ, pœnitentis, [in cath. dupl.] ſemid.	29 apr.
Mariæ, Marthæ, } & Lazari, Chriſti Hoſpitum, dupl.	2 ſept.
Martialis, epiſc. [in cath. dupl.] ſemid. * P.	1 jul.
Martini, epiſc. Depoſitionis, dupl. 3 cl. * P.	11 nov.
Ordinationis & Tranſlationis, ſemid.	4 jul.
MATTHÆI, apoſt. & evangel. dupl. 3 cl. * P.	21 ſept.
MATTHIÆ, apoſt. dupl. 3 cl.	24 vel 25 feb.
Mauri, abbat. comm.	15 jan.
Mauricii & ſociorum, mart. ſemid. * P.	22 ſept.
Maximi, epiſc. ſemid.	28 nov.
MEDARDI, Noviom. epiſc. annual. * P.	8 jun.
Suſceptionis reliquiarum [in cath. dupl. 2 cl.] ſemid.	20 nov.
Memmii, epiſc. ſimpl.	5 aug.
Michaëlis, archangeli, & omnium SS. Angelorum, d. 3 cl. * P.	29 ſept.
Momboli, abbat. ſimpl.	18 nov.
Mommoleni, Noviom. epiſc. dupl. 3 cl.	16 oct.
Monicæ, viduæ, comm.	4 maii.
Naboris & Nazarii (Baſilidis, Cyrini), mart. comm.	12 jun.
NATIVITATIS B. M. V. dupl. 2 cl. * T.	8 ſept.
NATIVITATIS S. Joannis-Baptiſtæ, dupl. 2 cl. * P.	24 jun.
NATIVITATIS DOMINI, annual.	25 dec.
Nazarii (Baſilidis, Cyrini, Naboris &), mart. comm.	12 jun.
Nicaſii, epiſc. & ſociorum, mart. [in cath. d.] comm. * P.	14 dec.
Nicolai, epiſc. [in cath. dupl.] ſemid. * P.	6 dec.
NOMINIS JESU IMPOSIT. & CIRCUMCIS. DOMINI, dupl. 2 cl.	1 jan.
NOMINIS JESU (SS.) Dominic. 3 poſt Pentecoſt. [in cath. tantùm] dupl. 2 cl.	31 maii - 4 jul.
Norberti, epiſc. ſemid.	6 jun.
Octavæ Nativitatis Domini, (dies intra Oct.) ſemid.	25 dec. - 1 jan.
Dies ipſa Octava, Circumciſ. dupl. 2 cl.	
Epiphaniæ, ſemid.	6 - 13 jan.
D. Oct. Baptiſm. Dom. dupl. 3 cl.	
Paſchæ, Fer. 2 & 3, d. 3 cl. ceteræ ſemid.	22 mart. - 28 mart. / 25 apr. - 2 maii.
D. Oct. Domin. in alb. dupl. 3 cl.	
Aſcenſionis, ſemid.	30 apr. - 7 maii. / 3 jun. - 10 jun.
D. Oct. ultimus Domini Advent. d. 3 cl.	
Pentecoſtes, Fer. 2 & 3, d. 3 cl. ceteræ ſem.	10 maii - 17 maii. / 13 jun. - 20 jun.
D. Oct. hâc die Feſt. SS. Trinit. dupl. 2 cl. ſine comm. Pentec.	
Corporis Chriſti, ſemid.	21 mart. - 28 mart. / 17 apr. - 24 apr.
D. Oct. Sacerdot. Dom. dupl. 3 cl.	
Nativitatis B. M. V. ſimpl.	8 ſept. - 15 ſept.
D. Oct. (in cath. dupl.) ſemid.	

Blandinæ virg. & *ſociorum*, mart. *ſemid.*	2 jun.
Blaſii, epiſc. & mart. *ſimpl.*	3 febr.
Bonaventuræ, epiſc. & eccl. doct. *ſemid.*	14 jul.
Brictii, epiſc. *ſimpl.* * P.	13 nov.
Brunonis, monachi, *ſemid.*	6 oct.
Cæciliæ, virg. & mart. *ſimpl.*	22 nov.
Cæſarii, epiſc. & eccl. doct. *ſemid.*	27 aug.
Calliſti, papæ & mart. *ſimpl.*	14 oct.
Caroli Borromæi, epiſc. *dupl.*	9 nov.
Caſſiani, epiſc. *comm.*	5 aug.
Caſſiani (*Hippolyti* &) mart. *comm.*	13 aug.
Catharinæ, virg. & mart. *comm.*	25 nov.
Cathedra S. Petri, apoſt. *dupl.* 3 *cl.*	18 jan.
Celiniæ, mulieris, *ſimpl.*	21 oct.
Chriſtophori, mart. *comm.* * P.	25 jul.
Chryſogoni, mart. *ſimpl.*	24 nov.
Cinerum (*feria IV*),	4 febr. - 10 mart.
CIRCUMCISIONIS DOMINI, & *IMPOSIT. SS. NOM. JESU*, *d.* 2 *cl.*	1 jan.
Claræ, virg. *ſimpl.*	12 aug.
Claudii, epiſc. *comm.*	6 jun.
Clementis, papæ & mart. *ſimpl.* * P.	23 nov.
Cleti, papæ & mart. *comm.*	26 apr.
Clotildis, reginæ francor. & viduæ, *ſemid.*	3 jun.
Commemorationis S. Pauli, apoſt. *dupl.* 3 *cl.*	30 jun.
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCT. dupl. 3 *cl.*	2 vel 3 nov.
CONCEPTIONIS B. M. V. dupl. 2 *cl.*	8 dec.
Converſionis S. Pauli, apoſt. *dupl.* 3 *cl.*	25 jan.
Cornelii, papæ, & *Cypriani*, epiſc. mart. *ſemid.*	16 ſept.
CORPORIS CHRISTI, *dupl.* 1 *cl.*	21 mart. - 24 apr.
Coſmæ & *Damiani*, mart. *ſemid.* * P.	27 ſept.
Criſpini, *Criſpiniani*, } mart. *ſemid.* * P.	25 oct.
Crucis (Inventionis S.) *dupl.* 3 *cl.* * T.	3 maii.
(Exaltationis S.) [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *dupl.* 3 *cl.* * T.	14 ſept.
Cypriani, epiſc. *Cornelii*, papæ &) mart. *ſemid.*	16 ſept.
Cyrici & *Julittæ*, mart. *ſimpl.* * P.	16 jun.
Cyrini, *Naboris* & *Nazarii* (*Baſilidis*), mart. *comm.*	12 jun.
Damiani (*Coſmæ* &), mart. *ſemid.*	27 ſept.
Decollationis S. Joannis-Baptiſtæ, *dupl.* 3 *cl.*	29 aug.
DEDICATIONIS Eccleſiæ (ſecunda Domin. julii), *d.* 1 *cl.*	8 jul. - 14 julii.
DEFUNCTORUM (*commem. omnium Fidelium*), *dupl.* 3 *cl.*	2 vel 3 nov.
Deſiderii, epiſc. & mart. *ſimpl.* * P.	23 maii.
Dionyſii, epiſc. *Ruſtici*, presb. & *Eleutherii*, diac. mart. [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *ſemid.* * P.	9 oct.

DOMINICÆ

1 *cl.* { 1 *Adv. dupl.* / 1 *Quadr. dupl.* / *Paſſionis*, *dupl.* / *Palmarum*, *dupl.* / *PASCHÆ*, *Ann.* / *In albis*, *dupl.* 3 *cl.* / *Pentec. Ann.* / *Trin. dupl.* 2 *cl.* }

2 *cl.* { 2, 3 & 4 *Adv.* / 2, 3 & 4 *Quadr.* } *dupl.*

3 *cl.* { *Septuageſ.* / *Sexageſ.* / *Quinquageſ.* } *dupl.*

} *privilegiatæ.*

4 *cl.* *Dominicæ ceteræ per annum. dupl.*

Dominici, presb. *ſemid.*	4 aug.

Eleutherii, diac. *Dionyſii*, epiſc. *Ruſtici*, presb. & mart. [*in cath. dupl. 2 cl.*] *ſemid.*	9 oct.
Elevationis (*Inventionis* &) *Corporis S. Quintini* [*Sanquintini dupl. 1 cl.*] *dupl. 3 cl.*	3 jan.
ELIGII, Nov. epiſc. *Dormitionis*, *annual.* * P.	1 dec.
Ordinationis, *dupl. 3 cl.* * T.	14 maii.
Tranſlationis primæ, [*in cath. tantùm*] *dupl. 3 cl.*	19 jan.
TRANSLATIONIS ſeu *Tranſlationum omnium*, *dupl. 1 cl.*	25 jun.
EPIPHANIÆ DOMINI, *dupl. 1 cl.*	6 jan.
Eulaliæ, virg. & mart. *comm.* * P.	10 dec.
Eunucii, Nov. epiſc. *ſemid.*	10 ſept.
Euphemiæ, virg. & mart *comm.*	16 ſept.
Eutropii, epiſc. & mart. [*in cath. dupl.*] *comm.*	30 apr.
Eventii & *Theoduli*, presb. (*Alexandri*, papæ) mart. *comm.*	3 maii.
Exaltationis S. Crucis, [*in cath. dupl. 2 cl.*] *dupl. 3 cl.* * T.	14 ſept.
Fabiani, papæ. [*in cath. comm.*] *ſemid.*	20 jan.
Felicis Nolani, presb. *comm.*	14 jan.
Felicitatis (*Perpetuæ* &) mart. *ſimpl.*	7 mart.
Felicitatis (*ſeptem Fratrum* &) mart. *ſimpl.*	10 jul.
Feriæ majores priv. { *Vigilia Natalis Domini.* / *Feria iv Cinerum.* / *Feriæ omnes à Domin. Palm. ad Dom. in albis & à Vigil. Pentec. ad Trinit.*	
maj. non priv. { *Feriæ omnes Adv. & Quadr.* / *Feriæ Rogat.* / *Feria vj poſt. Oct. Aſcenſ.* / *Feriæ iv Temp.*	
min. privileg. *Feriæ omnes temp. Paſch.*	
min. non priv. *Feriæ omnes per annum.*	
Fiacrii, ſolitarii, *ſimpl.*	30 aug.
Fidis, virg. & mart. *comm.*	6 oct.
Filiberti, abbat. *comm.*	20 aug.
Firmini, epiſc. & mart. *ſemid.*	25 ſept.
Franciſci Aſſiſinatis, juſti, *ſemid.*	4 oct.
Franciſci de Paula, juſti, *ſemid.*	10 maii.
Franciſci Saleſii, epiſc. [*in cath. dupl.*] *ſemid.*	29 jan.
Franciſci Xaverii, presb. *ſemid.*	2 dec.
Furſæi, abb. [*Peronæ annual.*] *dupl.* * P.	16 jan.
Fuſciani, *Victorici* & *Gentiani*, mart. *ſemid.*	11 dec.
Gaudiorum B. M. V. [*in cath. dupl. 2 cl.*] *dupl. 3 cl.*	22 aug.
Gaugerici, epiſc. *ſimpl.* * P.	11 aug.
Genebaldi, epiſc. *comm.*	4 ſept.
Genezii, mart. *comm.*	25 aug.
Genovefæ, virginis, *ſemid.* * P.	4 jan.
Gentiani (*Fuſciani*, *Victorici* &) mart. *ſemid.*	11 dec.
Georgii, mart. *comm.* * P.	23 apr.
Germani, *Autiſſiodorenſis* epiſc. [*in cath. dupl.*] *ſemid.* * P.	31 jul.
Germani, *Pariſienſis* epiſc. *ſimpl.* * P.	28 maii.
Gertrudis, virginis, *ſimpl.*	4 mart.
Gervaſii & *Protaſii*, mart. *ſemid.*	19 jun.
Gilberti, epiſc. *ſimpl.*	13 febr.
GODEBERTÆ, virg. [*Noviomi feſtivatur*, *dupl. 2 cl.*] *d. 3 cl.* * P.	5 maii.
Godefridi, epiſc. *comm.*	9 nov.
Gregorii magni, papæ & eccl. doct. *dupl.*	3 ſept.
Gregorii Nazianzeni, epiſc. & eccl. doct. *ſemid.*	9 maii.
Hermelandi, abbat. *ſemid.*	25 nov.
Hieronymi, *presb. & eccl. doct. dupl.*	30 ſept.

Hilarii, epiſc. & eccl. doct. *dupl.* * P. 14 jan.
Hippolyti & *Caſſiani*, mart. *comm.* 13 aug.
Hunegundis, virg. *ſimpl.* 26 aug.

Ignatii, epiſc. & mart. *ſemid.* 1 febr.
Ignatii Loyolæ, presb. *ſemid.* 30 jul.
INCARNATIONIS DOMINI, *dupl. 2 cl.* 25 mart.
Innocentium, mart. *dupl.* 28 dec.
Inventionis S. Crucis, *dupl. 3 cl.* * T. 3 maii.
Corporis S. Quintini, mart. *d. 3 cl.* [*Sanquint. d. 1 cl.*] 3 jan.
S. Stephani, protomartyris, *ſemid.* 3 aug.
Irenæi, epiſc. & eccl. doct. mart. *ſemid.* 27 jun.

JACOBI Alphæi & *PHILIPPI*, apoſt. *dupl. 3 cl.* * P. 1 maii.
JACOBI Zebædei, apoſt. *dupl. 3 cl.* * P. 25 jul.
JESU, *D. N. INCARNATIONIS*, *dupl. 2 cl.* 25 mart.
NATIVITATIS, *annual.* 25 dec.
CIRCUMCISIONIS & *IMPOSIT. SS. NOMINIS*, *dupl. 2 cl.* 1 jan.
PRÆSENTATIONIS & *PURIFICAT. B. M. V.* *dupl. 2 cl.* 2 febr.
EPIPHANIÆ, *dupl. 1 cl.* 6 jan.
Baptiſmi, *dupl. 3 cl.* 13 jan.
Tranſfigurationis, *dupl. 3 cl.* 6 aug.
RESURRECTIONIS ſeu *PASCHÆ*, *annual.* 22 mart. - 25 apr.
ASCENSIONIS, *dupl. 1 cl.* 30 apr. - 3 jun.
Ultimi Adventûs, *dupl. 3 cl.* 7 maii - 10 jun.
CORPORIS CHRISTI, *dupl. 1 cl.* 21 maii - 24 jun.
SACERDOTII, *dupl. 3 cl.* 29 maii - 31 jun.
SS. NOMINIS (Dominic. 3 poſt Pentec.) [*in cath. tantùm*] *dupl. 2 cl.* 31 maii - 4 jul.
Joachim & *Annæ*, parent. B. M. V. [*in cath. dupl. 2 cl.*] *dupl. 3 cl.* 26 jul.
JOANNIS-BAPTISTÆ NATIVITATIS, *dupl. 2 cl.* * P. 24 jun.
Decollationis, *dupl. 3 cl.* 29 aug.
JOANNIS, *Apoſtoli & Evangel. Diei Natalis*, *dupl. 3 cl.* * P. 27 dec.
Martyrii ad Port. Lat. *ſemid.* 6 maii.
Joannis & *Pauli*, mart. *comm.* 26 jun.
Joannis Chryſoſtomi, epiſc. & eccl. doct. *ſimpl.* 27 jan.
Joſephi, ſponſi B. M. V. [*in cath. dupl. 2 cl.*] *dupl. 3 cl.* * P. 15 jan.
JUDÆ (*SIMONIS* &), apoſt. *dupl. 3 cl.* 28 oct.
Juliæ, virg. & mart. *ſimpl.* 21 jul.
Julittæ (*Cyrici* &), mart. *ſimpl.* 16 jun.

Lamberti, epiſc. & mart. *ſimpl.* * P. 17 ſept.
LAURENTII, diacon. & mart. *dupl. 3 cl.* * P. 10 aug.
Lazari, *Mariæ* & *Marthæ*, Chriſti Hoſpitum, *dupl.* * P. 2 ſept.
Leodegarii, epiſc. & mart. *comm.* * P. 2 oct.
Leonardi, ſolitarii, *ſimpl.* * P. 14 nov.
Leonis magni, papæ & eccl. doct. *dupl.* 10 nov.
Lini, papæ & mart. *comm.* 23 ſept.
Lucæ, evangel. *dupl. 3 cl.* 18 oct.
Luciæ, virg. & mart. [*in cath. dupl.*] *comm.* 13 dec.
Luciani, mart. *comm.* 8 jan.
LUDOVICI, fr. reg. [*feſtiv. Noviomi & Sanq. d. 2 cl.*] *d. 3 cl.* 25 aug.
Lupi, Senonenſis, epiſc. [*in cath. comm.*] *ſimpl.* * P. 1 ſept.
Lupi, Trecenſis, epiſc. *ſimpl.* 29 jul.

Maclovii, epiſc. *ſimpl.* * P. 15 nov.
Magdalenæ (*Mariæ*), *dupl. 3 cl.* * P. 22 jul.
Mamantis, mart. *comm.* 17 aug.
Mamerti, epiſc. (*feriâ 2 rogationum*), *comm.* 27 apr. - 31 maii.
Marcelli, papæ, *comm.* * P. 16 jan.

Marcelli, mart. ſimpl.	4 ſept.
Marcellini, presb. & Petri, exorciſt. comm.	2 jun.
Marci, evangeliſtæ, dupl. 3 cl.	25 apr.
Margaretæ, virg. & mart. [in cath. dupl.] ſimpl. * P.	20 jul.
MARIÆ (Beatæ) Virginis CONCEPTIONIS, dupl. 2 cl.	8 dec.
NATIVITATIS, dupl. 2 cl. * T.	8 ſept.
Præſentationis, dupl. 3 cl.	21 nov.
ANNUNTIATIONIS, dupl. 2 cl.	25 mart.
Viſitationis, dupl. 3 cl.	2 jul.
PURIFICATIONIS, dupl. 2 cl.	2 febr.
ASSUMPTIONIS, annual. * T.	15 aug.
Gaudiorum [in cath. d. 2 cl.] d. 3 cl.	22 aug.
Mariæ Ægyptiæ, pœnitentis, [in cath. dupl.] ſemid.	29 apr.
Mariæ, Marthæ, } & Lazari, Chriſti Hoſpitum, dupl.	2 ſept.
Martialis, epiſc. [in cath. dupl.] ſemid. * P.	1 jul.
Martini, epiſc. Depoſitionis, dupl. 3 cl. * P.	11 nov.
Ordinationis & Tranſlationis, ſemid.	4 jul.
MATTHÆI, apoſt. & evangel. dupl. 3 cl. * P.	21 ſept.
MATTHIÆ, apoſt. dupl. 3 cl.	24 vel 25 feb.
Mauri, abbat. comm.	15 jan.
Mauricii & ſociorum, mart. ſemid. * P.	22 ſept.
Maximi, epiſc. ſemid.	28 nov.
MEDARDI, Noviom. epiſc. annual. * P.	8 jun.
Suſceptionis reliquiarum [in cath. dupl. 2 cl.] ſemid.	20 nov.
Memmii, epiſc. ſimpl.	5 aug.
Michaëlis, archangeli, & omnium SS. Angelorum, d. 3 cl. * P.	29 ſept.
Momboli, abbat. ſimpl.	18 nov.
Mommoleni, Noviom. epiſc. dupl. 3 cl.	16 oct.
Monicæ, viduæ, comm.	4 maii.
Naboris & Nazarii (Baſilidis, Cyrini), mart. comm.	12 jun.
NATIVITATIS B. M. V. dupl. 2 cl. * T.	8 ſept.
NATIVITATIS S. Joannis-Baptiſtæ, dupl. 2 cl. * P.	24 jun.
NATIVITATIS DOMINI, annual.	25 dec.
Nazarii (Baſilidis, Cyrini, Naboris &), mart. comm.	12 jun.
Nicaſii, epiſc. & ſociorum, mart. [in cath. d.] comm. * P.	14 dec.
Nicolai, epiſc. [in cath. dupl.] ſemid. * P.	6 dec.
NOMINIS JESU IMPOSIT. & CIRCUMCIS. DOMINI, dupl. 2 cl.	1 jan.
NOMINIS JESU (SS.) Dominic. 3 poſt Pentecoſt. [in cath. tantùm] dupl. 2 cl.	31 maii - 4 jul.
Norberti, epiſc. ſemid.	6 jun.
Octavæ Nativitatis Domini, (dies intra Oct.) ſemid.	25 dec. - 1 jan.
Dies ipſa Octava, Circumciſ. dupl. 2 cl.	
Epiphaniæ, ſemid.	6 - 13 jan.
D. Oct. Baptiſm. Dom. dupl. 3 cl.	
Paſchæ, Fer. 2 & 3, d. 3 cl. ceteræ ſemid.	22 mart. - 28 mart. 25 apr. - 2 maii.
D. Oct. Domin. in alb. dupl. 3 cl.	
Aſcenſionis, ſemid.	30 apr. - 7 maii. 3 jun. - 10 jun.
D. Oct. ultimus Domini Advent. d. 3 cl.	
Pentecoſtes, Fer. 2 & 3, d. 3 cl. ceteræ ſem.	10 maii - 17 maii. 13 jun. - 20 jun.
D. Oct. hâc die Feſt. SS. Trinit. dupl. 2 cl. ſine comm. Pentec.	
Corporis Chriſti, ſemid.	21 mart. - 28 mart. 17 apr. - 24 apr.
D. Oct. Sacerdot. Dom. dupl. 3 cl.	
Nativitatis B. M. V. ſimpl.	8 ſept. - 15 ſept.
D. Oct. (in cath. dupl.) ſemid.	

Octava *Aſſumptionis, ſemid.* 15 aug. - 22 aug.
D. Oct. Feſt. gaud. (in cath. dupl. 2 cl.) d. 3 cl.
Omnium Sanctorum, ſemid. 1 nov. - 8 nov.
D. Oct. Vener. reliq. (in cath. d. 2 cl.) d. 3 cl.
Joannis-Baptiſtæ, ſimpl. 24 jun. - 3 jul.
D. Oct. ſemid.
Petri & *Pauli*, apoſt. *ſimpl.* 29 jun. - 6 jul.
D. Oct. ſemid.
Medardi, ſemid. 8 jun. - 15 jun.
D. Oct. dupl.
Eligii, ſemid. 1 dec. - 8 dec.
D. Oct. fit ſola comm. propt. Feſt. Concept. B. M. V. dupl.
Dedicationis eccleſiæ, ſemid. { 8 jul. - 15 jul. / 14 jul. - 21 jul.
D. Oct. dupl.
Patroni & Titul. cujuſque Eccl. ſemid.
D. Oct. dupl.

OMNIUM SANCTORUM, dupl. 1 cl. 1 nov.
Ordinationis S. Eligii, dupl. 3 cl. *T. 14 maii.
Ordinationis & *tranſlationis S. Martini*, epiſc. *ſemid.* 4 jul.

Pantaleonis, mart, *ſimpl.* 27 jul.
PASCHÆ (Dominica), annual. 22 mart. - 25 apr.
Paulæ, viduæ, *ſimpl.* 28 jan.
PAULI (PETRI &), apoſt. *dupl. 2 cl.* *P. 29 jun.
Pauli (Converſionis), dupl. 3 cl. 25 jan.
Commemorationis, dupl. 3 cl. 30 jun.
Pauli, eremitæ, *commem.* 10 jan.
Pauli (Joannis &), mart. *comm.* 26 jun.
Paulini, epiſc. *ſimpl.* 22 jun.
Pecinnæ, virg. *ſemid.* * P. 26 jun.
PENTECOSTES (Dominica), annual. 10 maii - 13 jun.
Perpetuæ & *Felicitatis*, mart. *ſimpl.* 7 mart.
PETRI & *PAULI*, apoſt. *dupl. 2 cl.* * P. 29 jun.
Petri Cathedra, dupl. 3 cl. 18 jan.
ad vincula, ſemid. * T. 1 aug.
Petri exorciſtæ & *Marcellini*, presb. mart. *comm.* 2 jun.
Petri Alexandrini, epiſc. & mart. *ſimpl.* 26 nov.
PHILIPPI & *JACOBI*, apoſt. *dupl. 3 cl.* *P. 1 maii.
Piatonis, mart. *comm.* 1 oct.
Polycarpi, epiſc. & mart. *ſemid.* 26 jan.
Pothini, epiſc. & Sociorum, mart. *ſemid.* 2 jun.
Prajecti, epiſc. & mart. *comm.* 25 jan.
Præſentationis B. M. V. dupl. 3 cl. 21 nov.
PRÆSENTATIONIS D. & *PURIFICATIONIS B. M. V. dupl. 2 cl.* 2 febr.
Praxedis (Pudentianæ &) virg. *commem.* 19 maii.
Principii, epiſc. *comm.* 25 ſept.
Protaſii (Gervaſii &) mart. *ſemid.* 19 jun.
Pudentianæ & *Praxedis*, virg. *comm.* 19 maii.
PURIFICATIONIS B. M. V. & *PRÆSENTATIONIS D. d. 2 cl.* 2 febr.

Quadraginta Militum Sebaſtenſium, mart. *ſimpl.* 9 mart.
Quadraginta-quinque Martyrum Lugdunenſium, *ſemid.* 2 jun.
Quatuor tempora. Feriâ iv, vj & Sabb.
poſt { *Dominic. 3 Adv.* / *Dominic. 1 Quadr.* / *Dominic. Pentec.* / *Feſtum exalt. S. Crucis.*
Quintini, mart. [*Sanquintini annual.*] *dupl. 3 cl.* * P. 31 oct.
Inventio & elevatio Corporis, [*Sanquint. d. 1 cl.*] *d. 3 cl.* 3 jan.

Radegundis, viduæ, *ſemid.* * P.	13 aug.
Reguli, epiſc. *comm.*	23 apr.
Reliquiarum (venerationis SS.) [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *dupl.* 3 *cl.*	8 nov.
Remigii, epiſc. *dupl.* * P.	1 oct.
Rochi, juſti, *comm.*	16 aug.
Rogationum Feriæ,	} 27, 28, 29 apr. 31 maii. 1-2 jun.
Rufini & *Valerii*, mart. *ſemid.*	14 jun.
Ruſtici, presb. & *Eleutherii*, diac. (*Dionyſii*, epiſc.) mart. [*in cath. dupl.* 2 *cl.*] *ſemid.*	9 oct.
Salvii, epiſc. *ſimpl.* * P.	29 oct.
Saturnini, epiſc. & mart. *comm.*	29 nov.
Scholaſticæ, virg. *ſimpl.*	10 febr.
Sebaſtiani, mart. [*in cath. dupl.*] *comm.*	20 jan.
Sennen (*Abdon* &), mart. *comm.*	30 jul.
Septem Fratrum Machabæorum, eorumque Matris, mart. *comm.*	1 aug.
Septem Fratrum & *S. Felicitatis*, mart. *ſimpl.*	10 jul.
Simeonis, epiſc. & mart. *ſimpl.*	18 febr.
SIMONIS & *JUDÆ*, apoſt. *dupl.* 3 *cl.*	28 oct.
Sinicii, *Sixti* } epiſc. *comm.*	10 ſept.
STEPHANI, diaconi & protomartyris, *dupl.* 3 *cl.* * P.	26 dec.
Inventionis Corporis, *ſemid.*	3 aug.
Stephani, papæ & mart. *ſimpl.*	2 aug.
Sulpitii, epiſc. *commem.* * P.	17 jan.
Suſceptionis Reliquiarum S. Medardi [*in Cath. d.* 2 *cl.*] *ſemid.*	20 nov
Sylveſtri, papæ, *comm.*	31 dec.
Symphoriani, mart. *comm.*	22 aug.
Theclæ, virg. & mart. *ſemid.*	23 ſept.
Theoduli (*Alexandri*, papæ, *Eventii* &), mart. *comm.*	3 maii.
Thereſiæ, virg. *ſemid.*	15 oct.
Thillonis, monachi, *comm.*	7 jan.
THOMÆ, apoſt. *dupl.* 3 *cl.* * P.	21 dec.
Thomæ Aquinatis, presb. & eccl. doct. *dupl.*	18 jul.
Thomæ Cantuar. epiſc. & mart. *ſemid.*	7 jul.
Tiburtii, mart. *comm.*	11 aug.
Timothei, epiſc. & mart. *ſimpl.*	24 jan.
Timothei & *Apollinaris*, mart. *comm.*	23 aug.
Titi, epiſc. *comm.*	4 jan.
Transfigurationis Domini, *dupl.* 3 *cl.*	6 aug.
TRANSLATIONIS S. ELIGII, *dupl.* 1 *cl.* * T.	25 jun.
prima S. Eligii, [*in cath. tantùm*] *dupl.* 3 *cl.*	19 jan.
S. Martini, *ſemid.*	4 jul.
TRINITATIS (*SS.*) *dupl.* 2 *cl.* * T.	17 maii - 20 jun.
Ultani, abbat. [*in cath. comm.*] *ſemid.*	30 apr.
Urbani, papæ & mart. *ſimpl.*	25 maii.
Urſulæ & *ſociarum*, virg. & mart. *comm.*	21 oct.
Valarici, abbat. *comm.*	12 dec.
Valerii (*Rufini* &), mart. *ſemid.*	14 jun.
Vaningi, juſti, *comm.*	9 jan.
Vedaſti, epiſc. *comm.* * P.	6 febr.
Victorici & *Gentiani* (*Fuſciani*), mart. *ſemid.*	11 dec.

VIGILIÆ	*Nativitatis Domini (cum jejunio).*	24 dec.
	Epiphaniæ (ſine jej.)	5 jan.
	Pentecoſt. (ſine jej.)	9 maii-13 jun.
	S. Joann. Bapt. (cum jej.)	23 jun.
	SS. Petri & Pauli (cum jej.)	28 jun.
	S. Laurentii (cum jej.)	9 aug.
	Aſſumptionis B. M. V. (cum jej.)	14 aug.
	S. Matthæi (cum jej.)	20 ſep.
	SS. Simon. & Jud. (cum jej.)	27 oct.
	Omnium SS. (cum jej.) [Sanquint. 30 Oct.]	31 oct.
	S. Andreæ (cum jej.)	29 nov.
Vincentii, mart. *ſemid.*		22 jan.
Vincentii à Paulo, Presb. *ſemid.*		19 jul.
Vindiciani, epiſc. *ſimpl.*		3 mart.
Viſitationis B. M. V. dupl. 3 cl.		2 jul.
Xyſti, papæ & mart. *comm.*		6 aug.
Yvonis, presb. *ſimpl.*		19 maii.

Finis Tabulæ Sanctorum.

CORRIGENDA in hac Parte Æſtivâ.

Pag.	*Col.*	*Lin.*	*Errata.*	*Corrigenda ſic.*
93	*Titul.*		*ad Completorium.*	*ad Completorium.* 93
182	1	42	xinde poſtulaverunt	exindè poſtulaverunt
192	1	15	adjutori noſtro, *p.* 105	adjutori noſtro, *cum ſua diviſione*, *p.* 105
363	2	16	hac primà	hac prima.
381	2	42	catéchesim	catechéſim
383	1	28	ad chriſtianum	ad chriſtianam
xiv	2	38	máximo Fílio;	máxima Fílio;
lj	2	34	ómnia lúdicra:	ómnia lúdicra
lxxxvij	*Rubric.*	5	*dignitate cujuſque*	*dignitatis cujúſque*
cxx	1	10	comparat, cæleſte	cómparat cæleſte

CASUS

CASUS RESERVATI SANCTISSIMO Domino noſtro Papæ, qui omnes annexam habent Excommunicationis cenſuram, propter quam reſervantur.

I. INCENDIUM *ædium ſive ſacrarum ſive profanarum*; modò reus ab Eccleſia excommunicatus ac juridicè denuntiatus fuerit.

II. *Effractio ſimul & ſpoliatio Eccleſiæ*; modò reus pariter excommunicatus & denuntiatus fuerit.

III. *Injectio violenta & injuſta manûs in Clericum vel Religioſum*: ſi tamen atrox fuerit & enormis, hoc eſt juncta cum morte, aut membri alicujus mutilatione, aut oſſis confractione, aut copioſâ ſanguinis, aliundè tamen quàm ex naribus effuſione, aut contumeliâ maximè injurioſâ: de cujus atrocitate in caſu dubii judicium penès Nos erit. Idem dicendum eſt de ea quæ fit in Epiſcopum vel Prælatum, licèt gravis duntaxat ſit.

IV. *Simonia in Ordine vel Beneficio realis*, id eſt, ex utraque parte completa, ſi tamen publica aut notoria ſit. Item Confidentia, licèt merè conventionalis, publica pariter ac notoria.

V. *Delatio armorum ad partes Infidelium.*

VI. *Falſificatio Bullarum ſeu Litterarum Summi Pontificis.*

VII. *Invaſio, deprædatio, occupatio, devaſtatio Terrarum S. R. Eccleſiæ.*

VIII. *Violatio Interdicti à ſancta Sede Apoſtolica impoſiti.*

Si qui ſint alii caſus Summo Pontifici reſervati, rarò noſtris in regionibus contingunt. Ab iis autem omnibus, ſi occulti ſint, poſſunt Epiſcopi & ceteri, quibus poteſtatem circa reſervatos dant, quoſlibet abſolvere; inſuper (non obſtante eorum notorietate) Moniales, conjugatas, viduas, puellas, pauperes, ſenes, valetudinarios, ac denique omnes quibus, ſalvâ, vitâ, ſanitate, libertate, aut rebus ſuis, Romam adire non licet.

CASUS OMNES AC SOLI NOBIS reſervati, & in Synodo generali habita Noviomi, die ſeptimâ menſis Octobris 1738. promulgati.

CONTRA I. DECALOGI PRÆCEPTUM.

I. Blasphemia *gravis & publica*, quandò quis, ſcripto vel vocibus, Deo aut Sanctis inſignem contumeliam palàm & publicè infert; ſive attributis juſtitiæ, verbi gratiâ, aut providentiæ ejus derogando; ſive aliquid injurioſum, ut ignorantiam aut crudelitatem ei affingendo; ſive eum maledictis, imprecationibuſve impetendo; ſive (quod adhuc deterius eſt) eum apertè & expreſsè renegando.

Hic caſus ſpecialiter reſervatur.

Quamvis autem deteſtanda omninò ſint, & ad blaſphemiam proximè vergant juramenta per Deum, Chriſti mortem, ſanguinem, membra, &c. in quæ irati præſertim prorumpere ſolent, ea tamen ab omni reſervatione eximimus; ſicut & corruptas ac dimidiatas voces Deo aut Sanctis injurioſas, niſi proferantur publicè & cum motu externo qui contemptum vel indignationem adversùs eos directè & expreſsè enuntiet; ut ſi quis, ita jurando vel renegando, oculos manuſve in cœlum aut aliquam Chriſti imaginem impiè contorqueat.

II. *Magicæ artis exercitium, aut recurſus quilibet ad eam exercentes.* Magiæ autem nomine hîc intelligenda, præſertim veniunt philtrum, ſortilegium, maleficium, ligulæ nodatio, incantatio, divinatio, hoc eſt, prædictio rerum futurarum; vel occultarum quæ lumini naturali imperviæ ſunt, detectio: necnon maleficiorum ſolutio, & morborum quibus homines vel animalia vexantur, curatio, quæ per expreſſum aut implicitum cum dæmone pactum fiunt. Implicitum porrò pactum illud fieri cenſetur, quandò quis, prædictorum causâ & intuitu, adhibet ſeriò ſchedulas, aut verba ſive profana, ſive ſacra, aut preces, aut ſignum Crucis, aut ritum aliquem

ſeu medium, nullam ex inſtitutione divina ſeu eccleſiaſtica, vel ex naturæ viribus cum effectu intento (etiamſi indè ſecutus minimè fuerit) connexionem habens: niſi ignorantiâ probabili, aut ſimplicitate nimiâ, aut jocandi voluntate, à qua nihilominùs hâc in parte diligenter abſtinendum eſt, excuſetur.

III. *HÆRESIS*, quâ quis fidei veritatem & ab Eccleſia ut talem propoſitam, ſcripto vel voce non dubitanter, ſed ex animo & cum pertinacia impugnat, vel errorem ipſi apertè contrarium aſſerit. Item *apoſtaſia* ſeu infidelitas, quâ Chriſtum fidemque chriſtianam jam ſuſceptam penitùs abnegat. Tandem *ſocietas* cum Hæreticis, quandò quis, cum periculo ſubverſionis in fide, eorum concionibus ſeu cæremoniis intereſt.

Reſervantur ſpecialiter & hæreſis, & apoſtaſia & ſocietas prædicta. Inſuper apoſtaſia & hæreſis quoties aliquo exteriori ſigno manifeſtantur, annexam habent ipſo facto cenſuram excommunicationis, quæ Nobis reſervata manet; ſi quis eas publicè profiteri, aut Hæreticorum Infideliumve cœtibus, mente tamen perversâ, & approbandi causâ, etiam occultè, intereſſe auſus fuerit. Eumdem quoque caſum ſimul & cenſuram Nobis ſpecialiter reſervatam ipſo facto incurrunt qui libros hæreticos, alioſve ab Eccleſia, aut ſpecialiter in hac Diœceſi ſub prædictis pœnâ & reſervatione prohibitos legunt vel retinent.

IV. *SACRILEGIUM*, tùm eorum qui ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum (aliter tamen quàm indignè communicando, aut conſecrando, aut miniſtrando) vel venerandas Sanctorum reliquias aliquâ inſigni contumeliâ afficiunt: tùm eorum qui prædicto Sacramento, et aliis rebus ſacris ſeu benedictis, ad maleficia vel magicam artem impiè abutuntur: tùm eorum qui res ...dictas in quolibet loco, vel quaſlibet alias (ſi tamen ...oris ſint notabilis, & qui ad peccatum mortale ſufficiant) in loco ſacro ſcienter furantur; tùm denique eorum ... ſacras Ædes animo furandi aut ſpoliandi, etiam non ...to effectu, effringunt.

...ſervatur ſpecialiter: at duntaxat in capite primo, ...nationis ſcilicet ſacroſanctæ Euchariſtiæ.

SIMONIA occulta in Ordine vel Beneficio: ſi ta... completa ſit, ſaltem ex parte alterutrius, qui Bene...

ficium aut pretium partemve pretii tradidit, aut pactam conditionem implevit. *Confidentia* pariter occulta, licèt merè conventionalis, quâ quis dat & alter acceptat Beneficium, eâ lege ut titulus condicto tempore cedatur, vel ut dans, ſeu quilibet alius, fructus partemve fructuum percipiat.

Excommunicationem habet ipſo facto annexam hujuſmodi Confidentia, quam non habet Simonia, niſi ſit realis, & ex utraque parte completa. At utrumque peccatum reſervatur ſpecialiter.

Contra II. Decalogi præceptum.

VI. *PERJURIUM coram competenti & legitimo Judice vel ejus Delegato*, quandò quis, ſive in propria, ſive in aliena cauſa ab eo juridicè interrogatus, & præſtito de veritate dicenda juramento, ſcienter falſum affirmat, vel verum negat, vel illud malignâ tergiverſatione, aut æquivocatione diſſimulat, vel tanquam certum aſſerit id de quo dubitat. Perjurium ſimiliter commiſſum coram Notario publico bona alicujus defuncti vel defunctæ recenſente, ſeu, ut aiunt, Inventarium conficiente.

Contra IV. Decalogi præceptum.

VII. *PARRICIDIUM, ſeu etiam gravis percuſſio patris aut matris, ceterorumve aſcendentium.* Idem dicendum eſt de gravi, quæ eis facto tamen irrogatur, injuriâ; verbi gratiâ, eos furiosè perſequendo, luto ſputiſve conſpergendo, crines evellendo, aut aliâ æquivalenti.

Reſervatur ſpecialiter : at in primo duntaxat capite, morteque ſecutâ.

Contra V. Decalogi præceptum.

VIII. *HOMICIDIUM voluntarium* : id eſt, ex animi propoſito patratum; aut etiam caſuale, ex opera tamen data peccato mortali, ex quo illius periculum probabiliter ſecuturum præviderì potuit ac debuit : quod non rarò ebriis & irâ percitis contingit.

IX. *DUELLUM* : cùm duo vel plures, privatâ auctoritate, & condictâ quoad tempus & locum pugnâ, ſeſe invicem cum vitæ periculo decertant. Item ad illud pro-

vocare, aut oblatum acceptare, aut alicui ſuadere, vel etiam libellum provocationis ſcienter deferre, vel ei inſtar patroni comitiſve ad favendum intereſſe, vel denique certaturis auxilium quodlibet præbere, etſi pugna reipsâ non ſecuta fuerit.

Excommunicationem habet ipſo facto annexam, ſed ſolummodò pugnâ ſecutâ: at ſive ſecuta fuerit, ſive non, peccatum reſervatur ſpecialiter.

X. *Oppressio ſeu ſuffocatio parvulorum*, quamvis ex ſola incuria, modò ſit notabilis, qualis vulgò præſumitur in parentibus, nutricibus, &c. quæ infantulos, nondùm annum ſecundum agentes, ſecum in eodem cubili ad decumbendum collocant.

XI. *Procuratio abortûs, fœtûs etiam inanimati*, modò de induſtria & ex intentione eum cauſandi fiat. Ad hoc pariter conſenſum, conſilium, potiones, pharmaca, medicamenta auxiliumve quodlibet ſcienter præſtare.

XII. *Violenta & injuſta injectio manûs in perſonam Deo per religioſam profeſſionem aut ſacros Ordines dicatam, facta vel mandata.* Hujus autem injectionis nomine, non ſolùm percuſſionem gravem intelligimus, ſed etiam læſionem ignominioſam, ſeu contumeliam prædictis perſonis, facto tamen irrogatam, ut in caſu ſeptimo.

Excommunicationem habet ipſo facto annexam, & quidem reſervatam Summo Pontifici, ſi ſit atrox & enormis, ut dictum eſt caſu tertio.

Contra VI. Decalogi præceptum.

XIII. *Nefandum & contra naturæ dictamen ſcelus Sodomiæ, ſive propriè, ſive impropriè dictæ:* inter perſonas ſcilicet ejuſdem vel diverſi ſexûs, maritum etiam & uxorem, non modò conſummatum, ſed etiam tentatum eo actu qui per ſe & proximè ad conſummationem tendit. Item & pari modo, (quod adhuc gravius eſt,) *crimen beſtialitatis.*

XIV. *Concubitus perſonæ Deo, per ſolemne caſtitatis & religionis votum dicatæ, & viciſſim complicis ejus, cujuſcumque ſtatûs & conditionis fuerit.*

XV. *Concubitus, vel etiam tactus per ſe tamen* & ex

naturâ ſuâ obſcœnus Confeſſarii cum pœnitente, id eſt, cum perſona cujus confeſſionem ſacramentalem etiam ſemel excepit, & viciſſim pœnitentis cum Confeſſario.

Norint autem Sacerdotes quilibet prædicti concubitûs aut tactûs conſcii, ſibi ipſo facto & quovis tempore (excepto duntaxat mortis articulo) lege præſenti ademptam eſſe facultatem complicem ſuam vel ſuum ab iis abſolvendi, quàmcumque anteà obtinuerint, vel poſtmodùm obtineant à reſervatis abſolvendi poteſtatem. Inſuper ut ab audienda deinceps eorum confeſſione pro ceteris quibuſlibet peccatis, quantùm in ipſis erit, ſemper abſtineant, ſalubriter monemus & hortamur.

XVI. *Incestus in primo vel in ſecundo gradu conſanguinitatis vel affinitatis, ſive per licitam ſive per illicitam copulam contracta, quoad lineam collateralem; & in gradu quocumque, quoad lineam rectam.* Quo in caſu reus vel rea jus exigendi debitum à ſua vel ſuo conjuge ipſo facto amittit, donec illi per ſpecialem diſpenſationem reſtitutum fuerit, quæ tamen incluſa cenſebitur in facultate quam dabit Superior abſolvendi ab inceſtu ſibi ſpecialiter declarato.

Reſervatur ſpecialiter, in primo tamen gradu duntaxat.

QUod in præſenti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſupra modum in ſublimitáte æternum glóriæ pondus operátur in nobis.

℟. *br.* Expecta Dóminum, * Cuſtódi viam ejus. ℣. Ut hæreditáte cápias terram. * Cuſtódi viam ejus. Glória. ℟. Expecta. *Pſ.* 36.

℣. Judícia Dómini vera ; ℟. In cuſtodiendis illis retribútio multa. *Pſ.* 18.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Qui ámbulat.

Pſalmus 59.

DEus, repuliſti nos, & deſtruxiſti nos : * irátus es, & miſertus es nobis.

Commoviſti terram, & conturbaſti eam : * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo tuo dura ; * potaſti nos vino compunctiónis.

Dediſti metuéntibus te ſignificatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs,

Ut liberentur dilecti tui : * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo : * Lætábor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórũ metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes ; * & Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum ; * mihi alienígenæ súbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam ? * quis dedúcet me uſque in Idumæam ?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos ; * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris ?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem ; * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

Pſalmus 78.

Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum ſanctum tuum, * poſuérunt Jerúſalem in pomórum cuſtódiam.

Poſuérunt morticína ſervórum tuórum eſcas volatílibus cœli, * carnes ſanctórum tuórum béſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem eórum tanquam aquam in circúitu Jerúſalem ; * & non erat qui ſepelíret.

Facti ſumus oppróbrium vicínis noſtris ; * ſubſannátio & illúſio his qui in circúitu noſtro ſunt.

Uſquequò, Dómine, iraſcéris in finem ? * accendétur velut ignis zelus tuus ?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus deſolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárum ; citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, * quia páuperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos, Deus ſalutáris noſter ; * & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

Et propítius eſto peccátis noſtris * propter nomen tuum.

ortè dicant in gén-
* Ubi eſt Deus eó-

noteſcat in natióni-
am óculis noſtris *
ánguinis ſervórum
., qui effúſus eſt.
eat in conſpectu
gémitus compeditó-

ndùm magnitúdi-
ráchii tui * póſſide
nortificatórum.
edde vicínis noſtris
um in ſinu eórum, *
érium ipsórũ quod
tavérunt tibi, Dó-

utem pópulus tuus,
páſcuæ tuæ,* confi-
t tibi in ſéculum.
eneratiónem & ge-
nem * annuntiábi-
idem tuam.

Pſalmus 82.

is, quis ſímilis erit
i? * ne táceas, ne-
ipeſcáris, Deus.
niam ecce inimíci
érunt; * & qui odé-
, extulérunt caput.
pópulum tuum ma-
runt consílium, *
itavérunt adversùs
tuos.
runt: Veníte, &
ámus eos de gen-
& non memorétur
Iſrael ultrà.
niam cogitavérunt
iter: * ſimul adver-
teſtamentum diſpo-

ſuérunt tabernácula Idumæórum & Iſmaelítæ.

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec, * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis: * facti ſunt in adjutórium fíliis Lot.

Fac illis ſicut Mádian & Síſaræ, * ſicut Jabin in torrente Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum ſicut Oreb & Zeb, * & Zébee & Sálmana:

Omnes príncipes eórum, * qui dixérunt: Hæreditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſilvam, * & ſicut flamma combúrens montes;

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ, * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubeſcant & conturbentur in ſéculum ſéculi, * & confundantur, & péreant.

Et cognoſcant quia nomen tibi Dóminus: * tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

Ant. Qui ámbulat in juſtítiis, iſte in excelſis habitábit; Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus. *Iſai.* 33.

Capitulum. Galat. 6.

BOnum facientes non deficiámus; témpore enim ſuo metémus non deficientes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum.

℟. *br.* Quærite Dóminum, * Et confirmámini. ℣. Quærite fáciem ejus ſemper. * Et confirmámini. Glória. ℟. Quærite. *Pſ.* 104.

℣. Beáti qui cuſtódiunt judícium, ℟. Et fáciunt juſtítiam in omni témpore. *Pſ.* 105.

AD VESPERAS

QUÆ SUNT PRIMÆ DE DOMINICA.

Duplex.

In Sabbatis per annum

Ant. 4. D. Convértere.

Pſalmus 114.

DIlexi; quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam, * miſéricors Dóminus & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus beneſécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, quia Dóminus beneſécit tibi.

Ant. 1. a. Lætátus ſum.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem.

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſrael ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem; * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, *

& abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos,* loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

Ant. Lætátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi : In domum Dómini íbimus.

Ant. 7. ç. Illîc.

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron;

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus, * ſicut ros Hermòn qui deſcendit in montem Sion;

Quóniam illîc mandávit Dóminus benedictiónem * & vitam uſque in ſéculum.

Ant. Illîc mandávit Dóminus benedictiónem, & vitam uſque in ſéculum.

Ant. 2. D. Si oblítus fúero.

Pſalmus 136.

SUper flúmina Babylónis, illîc sédimus, & flévimus, * cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus in médio ejus * ſuſpéndimus órgana noſtra.

Quia illîc interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum;

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodò cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea faúcibus meis, * ſi non memínero tuî;

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto, Dómine, filiórum Edom * in die Jerúſalem;

Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte, * uſque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis míſera, * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuiſti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allidet párvulos tuos ad petram.

Ant. Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, oblivióni detur déxtera mea.

Ant. 6. F. Ad te.

Pſalmus 140.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me: * intende voci meæ cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: * elevátio mánuum meárum ſacrificium veſpertinum.

Pone, Dómine, cuſtódiam ori meo, * & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excuſándas excuſatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia, & increpábit me; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Abſorpti ſunt juncti petræ júdices eórum; * áudient verba mea, quóniam potuérunt.

Sicut craſſitúdo terræ erupta eſt ſuper terram, * diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecùs infernum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei: * in te ſperávi; non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi, * & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

Ant. Ad te, Dómine, Dómine, óculi mei; in te ſperávi.

Capitulum. I

RElínquitur
ſmus pópul
enim ingreſſus
quiem ejus, éti
quiévit ab opé
ſicut à ſuis Deu
mus ergo íngre
réquiem.

Hymnu

QUÆ ſex la
dies,
Terras polumqu
Die quieſcens ſe
Divína ceſsávit

ÆTERNUS c
ditor
Hanc ipſe ſacráv
Judæa quam, le
Piis colébat ríti

Fœdus novu
novos
Chriſtus dedit
duce,
Adoptiónis filic
Jam ſánctior m

FUGAVIT u
ritas,
Antíqua ceſſant
Jam lex amóris
Inſcripta mortá

NON victim
guinis
Inánis aſcendit
Cruóre ſed litar
Fit noſtra Chriſt

ÆTERNE tu V
Æterne Fili par
Et par utríque S
Laudéris omni t
Amen.

℣. Deduc me

℟. Et glorificábo
num in ætérnum.

igitif. *Antiphona*
e *Proprio. Oratio*
e *ſequentis.*
ſi quæ Commemo-
trrit, ſit hoc loco.
MPLETORIUM.
℣. Miſerére mei.
ſalmus 50.
rére mei, Deus, *
undum magnam
diam tuam.
ndum multitúdi-
rationum tuá-
dele iniquitátem

us lava me ab ini-
mea; * & à peccá-
munda me.
iam iniquitátem
go cognoſco, * &
m meum contra me
er.
oli peccávi, & ma-
am te feci; * ut
ris in ſermónibus
vincas cum judi-

enim in iniquitáti-
eptus ſum, * & in
concépit me mater

nim veritátem di-
incerta & occulta
e tuæ manifeſtaſti

ges me hyſſópo, &
or: * lavábis me,
nivem dealbábor.
ui meo dabis gáu-
dium & lætitiam, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui, * & ſpíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útique: * holocauſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benígnè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jeruſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 85.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me, * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: * ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te.

Miſerére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die: * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudiſti me.

Non eſt símilis tuî in diis, Dómine, * & non eſt ſecundùm ópera tua.

Omnes gentes quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília, * tu es Deus ſolus.

Diviſio Pſalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua tétur cor meum, ut nomen tuum.

Confitébor tibi, ne Deus meus, i corde meo, * & cábo nomen tuum i num.

Quia miſericórd magna eſt ſuper m eruiſti ánimam me inferno inferióri.

Deus, iníqui inſ runt ſuper me, & ſ ga poténtium qu ánimam meam; * propoſuérunt te in c ctu ſuo.

Et tu, Dómine miſerátor & miſéri pátiens, & multæ córdiæ, & verax,

Réſpice in me, & rére meî; * da im tuum púero tuo, & fac fílium ancillæ t

Fac mecum ſign bonum, ut vídea odérunt me, & conf tur; * quóniam tu mine, adjuviſti me, ſolátus es me.

Ant. Miſerére me mine, quóniam ad mávi totâ die.

Hymnus, Capit ℟. *breve, &c. haben ſrà, ad calcem Pſ* *pag.* 163.

AD LAUDES.

Sequentes Preces, quando dicendæ ſunt, dicuntur flexis genibus poſt Antiphonam ad Benedictus, *& in Veſperis poſt Antiphonam ad* Magníficat.

KYrie, eléiſon. *Chorus.* Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi: Dómine, miſerére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40.

℣. Convértere, Dómine: úſquequò? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſ.* 131.

℣. Orémus pro ſummo Pontífice noſtro *N.* ℟. Paſcat hæreditátem Dómini in innocéntia cordis ſui. *Pſ.* 77.

℣. Orémus pro Antíſtite noſtro *N.* ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40.

℣. Orémus pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac Regem, & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ; ℟. Et rege eos, & extolle illos uſque in æternum. *Pſ.* 27.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab inítio. *Pſ.* 73.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: ℟. Fiat pax in virtúte tua & abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abséntibus. ℟. Salvos fac ſervos tuos, Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Pro infirmis, afflictis, & captívis. ℟. Líbera, Deus, Iſrael ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24.

℣. Pro ómnibus fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mic.* 7.

Deinde dicitur Pſal. De profundis. *pag.* 129, *& in fine* Glória Patri.

[*In Veſperis ejus loco dicitur Pſal.* 50. Miſerére meî, Deus, *pag.* 153 *cum* Glória Patri.]

Finito Pſalmo dicitur:

℣. Dómine Deus virtú-

tum, converte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79.

℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio, ſi propria non aſſignatur, dicitur de Dominicâ præcedenti.

Si facienda ſit Commemoratio alicujus Feſti occurrentis, fit hoc loco ſtatim poſt Orationem diei.

Deinde in Feriis & Feſtis ſimplicibus fiunt Suffragia ut ſequitur.

De Patrono Eccleſiæ cujuſlibet Comm. fit ſuo loco.

[*Commemoratio ſequens dicitur in Officio Feriali tantùm.*

De S. Cruce.

Ant. Peccáta noſtra Chriſtus pértulit in córpore ſuo ſuper lignum, ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus. 1. *Petr.* 2.

℣. Redémit nos ab inimícis noſtris; ℟. Quóniam in æternum miſericórdia ejus. *Pſ.* 135.

Orémus.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dñe, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere di es, Salvátor mundi vivis & regnas.]

De B. Maria Vir

Ant. Benedicta t mulieres, & ben fructus ventris tui.

℣. Elégit eam Dór ℟. In habitatióne *Pſ.* 131.

Orémus.

FAmulórum tu quæſumus, Dó delictis ignoſce; ut placére de áctibus non valémus, Ge Fílii tui Dómini no terceſſióne ſalvému eumdem Chriſtum.

De S. Eligio

Ant. Eſt ſervus Jeſu ſemper ſollíci nobis in oratiónib ſtemus perfecti & omni voluntáte Dei 4.

℣. Ne rétrahas tuas ab auxílio ſe tuórum; ℟. Líbe ferque præsídium 10.

Orémus.

ANnue, quæſum mine; ut mér plácita ſancti Po Elígii, grégibus qu miniſtério guberná tátem tuam ſempe rent; Per Chriſtum num.

Pro Pace.

Ant. Deus det n

munditátem cordis, & fieri pacem in diébus noſtris. *Eccli.* 50.

℣. Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit; ℟. Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace. *Pſ.* 28.

Orémus.

Deus, à quo ſancta deſidéria, recta consília & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem; ut, & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hoſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquílla; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si aliud non ſequitur Officium, ſecretò dicitur Fidélium ánimæ, &c. *Et* Pater noſter.

Deindè Antiphona de Beata, &c. *Denique* Divínum auxílium &c. *ut ad Laudes Dominicæ. pag.* 15.

AD PRIMAM.

Pater. Ave. Credo. *ſecretò.*

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

Jam lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Præſens benigno lúmine
Noſtros ut actus dírigat.

Nil lingua peccet, nil manus;
Nil mens inâne cógitet.
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dum fluet dies,
O Chriſte, ſis cuſtos vigil.
Da mente ſcire, quod doces;
Da corde, quod jubes ſequi.

Tu ſpes ſalútis; áctuum
Tu finis & primórdium.
Te, proſequámur, aúſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Æterne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

In Feriali Officio Antiphona dicitur ſecundùm Feriam, eaque ſingulis diebus aſſignata eſt.

In Feriali Officio, Capitulum. Iſ. 33.

Domine, miſerére noſtrî, te enim expectávimus: eſto bráchium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis. ℟. Deo grátias.

In Feſtivali Officio dicitur ſequens

Capitulum. 1. *ad Tim.* 1.

Regi ſeculórum immortáli, invisíbili, ſoli Deo, honor & glória in ſécula ſeculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

℟. *brevè.* Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris. [*Hic* ℣. *ſemper*

dicitur in Feriis, quandò alius non aſſignatus eſt in Proprio Temporis.] * Miſerére nobis. Glória. ℟. Chriſte. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *Hebr.* 1.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

PRECES.

Quandò ad Laudes dictæ ſunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.

In Semid. verò & ſuprà, & intra Octavas, omittuntur.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Credo in Deum *ſecretò uſque ad* ℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Ego ad te, Dómine, clamávi; ℟. Et mane orátio mea prævéniet te. *Pſ.* 87.

℣. Repleátur os meum laude; ℟. Ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam. *Pſ.* 70.

℣. Averte fáciem tuam à peccátis meis; ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Pſ.* 50.

℣. Cor mundum crea in me, Deus; ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in [...]bus meis. *Pſ.* 50.

℣. Ne projícias [...]cie tua; ℟. Et Spírit[...]ctum tuum ne a[...] me. *Pſ.* 50.

℣. Redde mihi l[...] ſalutáris tui; ℟. Et principáli confirma[...] 50.

Quandò Preces [...]cuntur flexis genib[...] fit Confeſſio: quan[...] genua flectuntur, a[...] verſus ſequentes an[...]feſſionem.

℣. Vias tuas, Dó[...] demonſtra mihi; ℟ [...]mitas tuas édoce me

℣. Dírige me in v[...] tua, & doce me; ℟ [...]tu es Deus ſalvátor *Pſ.* 24.

℣. Eripe me, Dó[...] ab hómine malo; ℟. [...] iníquo éripe me. *Pſ.*

℣. Eripe me de i[...] meis, Deus meus; [...] ab inſurgéntibus in [...]bera me. *Pſ.* 58.

℣. Eripe me de o[...]tibus iniquitátem; ℟ [...] viris sánguinum ſal[...] *Pſ.* 58.

℣. Deus, in adju[...] meum intende; ℟. [...]ne, ad adjuvandum [...]ſtína. *Pſ.* 69.

℣. Delicta juv[...] meæ & ignorántia[...] ne memíneris; ℟. [...]dùm miſericórdiam

nto meî tu. *Pſ.* 24.
Hebdomadarius fa-
ɩfeſſionem.
)nfiteor Deo omni-
ɔtenti, beátæ Maríæ
r Vírgini, beáto Mi-
Archángelo, beáto
i Baptiſtæ, ſanctis
olis Petro & Paulo,
ɔus Sanctis, (& vo-
:atres,) quia peccávi
cogitatióne, verbo
ere, [*ad ſequentia*
ter percutitur pectus]
culpâ, meâ culpâ,
náximâ culpâ. Ideò
r beátam Maríam
r Vírginem, beá-
Michaélem Archán-
ı, beátum Joannem
ſtam, ſanctos Apóſto-
etrum & Paulum,
s Sanctos, (& vos,
s,) oráre pro me
óminum Deum no-

horus reſpondet:
Iſereátur tuî omní-
potens Deus; &,
is peccátis tuis, per-
te ad vitam æternam.
bdomadarius dicit:

inde Chorus repetit
ſionem; & ubi di-
ſt vobis, fratres, *&*
fratres, *dicit* tibi,
, *&* te, Pater.
tâ Confeſſione à Cho-
Iebdomadarius dicit.
Iſereátur veſtrî om-
nípotens *Deus; &*,

dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit* Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, addendo particulam* [&] *ante has voces* ómnibus Sanctis, *&* omnes Sanctos; *deinde* Miſereátur *ſemel, dicendo* noſtrî, noſtris, *&* nos.]

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.

℟. Amen. *& proſequitur:*

℣. Dignáre, Dómine, die iſto; ℟. Sine peccáto nos cuſtodíre.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine; ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam

juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

In Choro legitur Martyrologium, in cujus fine reſpondetur Deo grátias: *& ſtatim Hebdomadarius dicit altâ voce:*

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115.

Et abſolutè ſine Dóminus vobiſcum, *& ſine* Orémus.

SAncta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Poſteà dicitur, ℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandu[m me fe]ſtína. *Pſ.* 69.

Glória Patri, & Spirítui ſancto; ſi[cut erat] in princípio, & n[unc &] ſemper, & in ſécu[la ſecu]lórum. Amen.

Kyrie, eléiſon. [Chriſte,] eléiſon. Kyrie, [eléiſon.]

Tùm ſecretò Pater n[oſter.]

Altâ voce, ℣. Et [ne nos] indúcas in tentati[ónem.] ℟. Sed líbera nos [a malo.]

℣. Réſpice in ſerv[os tuos,] Dómine, & in ópe[ra tua,] & dírige fílios eór[um.] Et ſit ſplendor Dón[ini Dei] noſtri ſuper nos, [&] mánuum noſtrárum [dírige] ſuper nos, & op[us má]nuum noſtrárum dí[rige. *Pſ.*] 89.

℣. Glória. ℟. S[icut erat.]

Orémus.

DIrígere & ſanc[tificáre,] régere & gub[ernáre] dignáre, Dómine [Deus,] Rex cœli & terræ, [hódie] corda & córpora [noſtra,] ſenſus, ſermónes [& actus] noſtros, in lege tu[a, & in] opéribus mandatór[um tuo]rum, ut hîc, & in æt[ernum, te] auxiliante, ſalvi [& liberi] eſſe mereámur, S[alvator] mundi; Qui vivis [& re]gnas in ſécula ſecu[lórum.] ℟. Amen.

Lector verſus a[ltare ce]brantem petit ben[edictio]nem, dicens: Jube, [Dómi]ne, benedícere.

ted. Bonitátem, &
línam, & ſciéntiam
it nos Dóminus. *Pſ.*
℟. Amen.
m ſit lectio Canonis,
uálibet die varius le-
, & habetur in Pro-
in cujus fine dicitur
item, Dómine, mi-
noſtri. ℟. Deo
s.
ōluto Canone, Hebdo-
rius dicit : ℣. Adju-
m noſtrum in nómi-
ómini, ℟. Qui fecit
n & terram. *Pſ.* 123.
inde dicit Benedícite.
eus.
bdom. ℣. Deus pacis
nos in omni bono, ut
mus ejus voluntátem:
s in nobis quod plá-
oram ſe, per Jeſum
um, cui eſt glória
ula ſeculórum. *Hebr.*
. Amen.

TERTIAM.

r. Ave. *ſecretò.*
s, in adjutórium.

Hymnus.

ons amóris, Spí-
ritus!
e lumen méntium,
refúſus íntimis
le flammas córdi-
s.
caritátis vínculo
atre nectis Fílium,
amóris mútui
ncta jungant vín-
la.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

PRECES.

Quandò ad Laudes dictæ ſunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam & Nonam, hæ dicuntur flexis genibus.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Pater. Ave. *ſecretò.*
Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAM ſolis aúreum jubar
Pleno coruſcat lúmine:
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.
O dux ſalútis & via;
O vita, quos doces, rege;

Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gaúdia.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Preces, flexis genibus, ſi dicantur, ut ſuprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Pater. Ave. *ſecretò.*
Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECÉDIT inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus ſupernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.
DA, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui:
Fac, lucis uſúræ brevi,
Æterna ſuccédat dies.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà ad Laudes, pag. 155. in quibus loco Pſ. De profundis, dicitur Pſ. Miſerére, pag. 153.

Si facienda ſit Commemoratio alicujus Feſti occurrentis, fit hoc loco poſt Orationem diei

Deinde in Feriis ... ſtis ſimplicibus, ſu... fragia ut ſequitur.

De Patrono Eccl... juſlibet Commemor... ſuo loco.

[*Commemoratio ſe... tantùm in Officio ...*

De S. Cruce

Ant. Mihi abſit g... niſi in Cruce Dóm... ſtri Jeſu Chriſti. G...

℣. In Deo ſalutáre

℟. Et glória mea.

Orémus.

PErpétuâ nos, qua... Dómine, pace c... quos per lignum Crucis redímere d... es, Salvátor mund... vivis & regnas.]

De B. Maria Vi...

Ant. Beátam m... omnes generatióne... fecit mihi magna ... tens eſt, & ſancti... men ejus. *Luc.* 1.

℣. Vultum tuum ... cabuntur, ℟. Omn... tes plebis. *Pſ.* 44.

Orémus.

FAmulórum tu... quæſumus, D... delíctis ignoſce; ut ... placére de áctibus ... non valémus, G... Fílii tui Dómini n... terceſſióne ſalvém... eumdem Chriſtum

De S. Eligio.

Ant. Hic eſt fratrum amátor & pópuli Iſrael : hic eſt qui multùm orat pro pópulo, & universâ civitáte. 2. *Mach.* 15.

℣. Cadat orátio noſtra in conſpectu tuo ; ℟. Ora pro nobis ad Dóminum Deum. *Jerem.* 42.

Orémus.

DEus, qui beátum Elígium paúperum patrem, & exímium amatórem tuum nobis Paſtórem misericórditer providiſti ; concéde propítius, ut quod ille nos dócuit verbis & exemplis, te ſuper ómnia diligentes in terris, coronári cum ipſo mercámur in cœlis ; Per Chriſtum.

Pro Pace.

Ant. Deus memínerit teſtamenti ſui, & fáciat pacem ; nec nos déſerat in témpore malo. 2. *Mach.* 1.

℣. Dóminus Deus loquétur pacem, ℟. In plebem ſuam. *Pſ.* 84.

Orémus.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília & juſta ſunt ópera ; da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem ; ut, & corda noſtra mandátis tuis dédita, &, hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla ; Per Dóminum.

℣. Dóminus *vobiſcum.*

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si Completorium non ſequitur, ſecretò dicitur Fidélium ánimæ, &c. *&* Pater noſter.

AD COMPLETORIUM.

Pater. Ave.

Converte nos.

In Feriali Officio.

Hymnus.

TE lucis ante términum,
Rerum Creátor, póſcimus,
Ut pro tua cleméntia
Hâc nocte nos cuſtódias.

FAC, vana cuſtos Angelus
Pellat procul phantáſmata ;
Et dormiente córpore,
Fac mens vigil te cógitet.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

In Feſtivali Officio,

Hymnus.

DEus Creátor ómnium,
Grates peracto jam die,
Et noctis exortu preces
Proni tibi perſólvimus.

QUOD longa peccávit dies,
Nocturnus éxpiet dolor ;
Nec per ſopórem nos ſinas
Hoſtis patére fraúdibus.

INFESTUS uſque circuit,

Quærens leo quem dévoret;
Umbrántibus tuos, Pater,
Natos ſub alis prótege.
O quando luceſcet tuus
Qui neſcit occáſum dies!
O quando te perénniter
Amábimus, laudábimus!
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

In Officio de Beata, Hymnus Virgo Dei génitrix, *in Officio de B. M. V. in Sabbato.*

In Feriali Officio,
Capitulum. 1. *Petr.* 5.

SObrii eſtóte, & vigiláte, quia adverſárius veſter diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui resíſtite fortes in fide.

In Feſtivali Officio,
Capitulum. 1. *Theſſ.* 5.

OMnes vos fílii lucis eſtis, & fílii diéi. Non ſumus noctis neque tenebrárum: ígitur non dormiámus ſicut & céteri; ſed vigilémus & sóbrii ſimus.

℟. *breve.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum; ℣. Redemiſti me, Dómine Deus veritátis. * Commendo ſpíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Pſ.* 30.
℣. Cuſtódi me, Dómine, ut pupillam óculi;

℟. Sub umbra alárum prótege me. *I*
Ad Nunc dimitt *alia in Proprio aſſig*
Ant. 3. c. Salv

Canticum Simeon.

NUnc dimittis tuum, Dñe, dùm verbum tuum i
Quia vidérunt óc * ſalutáre tuum,
Quod paraſti * ciem ómnium popu
Lumen ad revela géntium, * & glóri bis tuæ Iſrael.
Ant. Salva nos, D vigilantes, cuſtó dormientes, ut vi cum Chriſto, & req mus in pace.

PRECE

In Simplicibus & *dicuntur; flexis aute bus, quando Prece ſunt in Veſperis.*
In Semiduplicib & ſuprà non dicun intra Octavas; ſe Antiphonâ, ſtatim Dóminus vobiſcum *ratio* Víſita, *ut infr*

KYrie, eléiſon. eléiſon, Kyrie ſon.
Pater *ſecretò uſqu* Et ne nos indúcas i tiónem; ℟. Sed líb à malo.
Credo in Deum *uſque ad* ℣. Carnis

rectiónem, ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum noſtrórum, ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſǽcula. *Dan.* 3.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum, ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſǽculis. *Dan.* 3.

℣. Benedíctus es in firmamento cœli, ℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſǽcula. *Dan.* 3.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter; ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66.

Tunc Hebdomadarius facit Confeſſionem.

Confíteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, (& vobis, fratres,) quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere, [*ad ſequentia verba ter percutitur pectus*] meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideó precor beátam Maríam ſemper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, (& vos, fratres,) oráre *pro me ad* Dóminum Deum noſtrum.

Chorus reſpondet:

Miſereátur tuî omnípotens Deus; & dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Hebdomadarius dicit: Amen.

Deinde Chorus repetit Confeſſionem; & ubi dictum eſt vobis, fratres, *&* vos fratres, *dicit* tibi, Pater, *&* te, Pater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit:

Miſereátur veſtrî omnípotens Deus; & dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit* Confíteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi; addendo particulam* (&) *ante has voces* ómnibus Sanctis, *&* omnes Sanctos; *deinde* Miſereátur *ſemel, dicendo* noſtrî, noſtris, *&* nos.]

Indulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

Poſteà dicitur ℣. Dignáre, Dómine, nocte iſtâ, ℟. Sine peccáto nos cuſtodíre.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Viſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant, & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

℟. *Deinde ſubmiſſiori voce dicitur*: Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus nobis. 2. *Cor.* 13. ℟. Amen.

Poſteà dicitur ſequens Antiphona.

ANTIPH. DE BEATA.

Salve, Regína, Mater miſericórdiæ: vita, dulcédo, & ſpes noſtra, ſalve. Ad te clamámus, éxules fílii Evæ: ad te ſuſpirámus gementes & flentes in hac lacrymárum valle: eia ergo, Advocáta noſtra, illos tuos miſericordes óculos ad nos converte. Et Jeſum benedíctum fructum ventris tui nobis poſt hoc exílium oſtende, ô clemens, ô pia, ô dulcis Virgo María!

℣. Vultum tuum deprecabuntur ℟. Omnes divites plebis. *Pſ.* 44.

Orémus.

Omnípotens ſempiterne Deus, qui glorióſæ Vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu ſancto cooperante præparaſti: da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ interceſſióne ab inſtántibus malis & à morte perpétua liberémur; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

Deinde dicitur ſecretò Pater. Ave. Credo.

FFRAGIA
) ECCLESIÆ CATHEDRALIS
'ANTUM DICENDA.

cuntur Preces, ante Suffragium de Pace
um è Suffragiis *quæ ſequuntur,*
ſecundùm Feriam.

IRIA SECUNDA.
De S. Sebastiano.

JDES.

Deus ut diſ-
ſi non ele-
ſſet in con-
ıt avérteret
105.
: sánitas in

tæ tuæ. *Pſ.*

AD VESPERAS.

Ant. Orábat Dómi-
num Deum ſuum, dicens:
Cur, Dómine, iráſcitur
furor tuus contra pópulum
tuum? *Exod.* 32.

℣. Dómine, ne in furó-
re tuo árguas me;

℟. Neque in ira tua cor-
rípias me. *Pſ.* 6.

ORATIO.

nine, infirmitátes noſtras; &, interce-
áto Sebaſtiáno, Mártyre tuo, céleſti
ſuccúrre; Per Chriſtum Dóminum.

a. ¶ H

FERIA TERTIA.

De S. Adriano.

AD LAUDES.

Ant. Si míſero peſtiléntiam, converſus autem pópulus meus deprecátus me fúerit, & égerit pœniténtiam; propítius ero peccátis eórum, & ſanábo terram eórum. *II. Paral.* 7.

℣. Multa flagella peccatóris,

℟. Sperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit. *Pſ.* 31.

AD VESPER

Ant. Próperans ſine queréla deprec pópulis, próferen tútis ſuæ ſcutum, nem állegans, réſtit finem impóſuit ne *Sap.* 18.

℣. Oculi Dómin metuentes eum,

℟. Ut éruat à mo mas eórum. *Pſ.* 32.

O R A T I O.

SUbvéniat nobis, quæſumus, Dómine, beáti ni, Mártyris tui, apud te intercéſſio; quæ flagella à nobis avertat, & tuæ nos reconcílie ſtáti; Per Chriſtum.

FERIA QUARTA.

De S. Antonio.

AD LAUDES.

Ant. Ignis ſuccenſus eſt in furóre meo, & ardébit; gládius meus devorábit carnes. Utinàm ſáperent & intellígerent, ac noviſſima providérent! *Deut.* 32.

℣. Clamavérunt ad Dóminum,

℟. Et erípuit eos de interitiónibus eórum. *Pſ.* 100.

AD VESPER

Ant. Invocávit num, & exaudívi præcepítque Dómi gelo, & convertit g ſuum in vagínam. *ral.* 21.

℣. Miſit verbum

℟. Et ſanávit e 100.

O R A T I O.

AVerte, Dómine, intercedente beáto Antó báte, à fidélibus tuis cunctos, miſerando res, eóſque ab omni peſtiléntiæ contágio defen quos méritò flagellas dévios, fóveas tuà miſe correctos; Per Chriſtum.

FERIA QUINTA.

De Reparatione

Injuriarum Chriſto illatarum in SS. Sacramento.

AD LAUDES.

Ant. Quanta putátis meréri ſupplícia, qui Fílium Dei conculcáverit & ſánguinem teſtamenti pollútum dúxerit, in quo ſanctificátus eſt? *Hebr.* 10.

℣. Quanta malignátus eſt inimícus in ſancto!

℟. In terra polluérunt tabernáculum nóminis tui, Dómine. *Pſ.* 73.

AD VESPERAS.

Ant. Vidérunt altáre prophanátum; & ſcidérunt veſtimenta ſua, & planxérunt planctu magno. *I. Mach.* 4.

℣. Exurge, Deus, júdica cauſam tuam;

℟. Memor eſto improperiórum tuórum. *Pſalm.* 73.

ORATIO.

Gementes ac dolentes ſuper cunctis abominatiónibus quæ fiunt in domo tua, propítius réſpice, Deus omnípotens; &, pro contuméliis quibus in Sacramento ſui amóris impétitur Dóminus Jeſus, ipſum fac pro nobis eſſe apud te propitiatiónem; Qui tecum vivit.

FERIA SEXTA.

De Passione et Morte

Chriſti Domini.

AD LAUDES.

Ant. In fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, & trádidit ſemetipſum pro me. *Galat.* 2.

℣. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea,

℟. Refúgium meum, & liberátor meus. *Pſ.* 17.

AD VESPERAS.

Ant. Clamans (Jeſus) voce magnâ, ait: Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum; &, inclináto cápite, trádidit ſpíritum. *Joann.* 19.

℣. Reminiſcentur & convertentur ad Dóminum,

℟. Univerſi fines terræ. *Pſ.* 21.

ORATIO.

Reſpice, quæſumus, Dómine, ſuper hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noſter Jeſus Chriſtus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis ſubire tormentum; Qui tecum.

SABBATO.

De S. Rocho.

AD LAUDES.

Ant. Stans inter mórtuos & viventes, pro deprecátus eſt, & plaga ceſsávit. *Num.* 16.
℣. Stetit & placávit;
℟. Et ceſsávit quaſsátio. *Pſ.* 105.

Oratio.

POpulum tuum, Dómine, ad te confugient
ternâ récipe pietáte; ut, qui tuæ iracún
gella reformídant, intercedente beáto Roch
mereantur miſericórdiâ liberári; Per Chriſtum.

UTIONES ET BENEDICTIONES

enda ad Matutinum ante Lectiones.

OMINICA
ix. Lectionum quæ
de Sanctis.
OCTURNO
. ET V. FERIA.
o. 2. Mach. 1.
t nobis cor ómni-
e colámus eum :
ir noſtrum in lege
præceptis ſuis.
l.
ndetur ad ſingulas
& Benedictiones.]
edictiones.
Dómini noſtri Jeſu
ater glóriæ , det
ſpiritum ſapiéntiæ.
. Amen.
ei det nobis ſen-
cognoſcámus ve-
m. 1. *Joann.* 5.
eritátis dóceat nos
veritátem. *Joann.*

NOCTURNO
I. ET VI. FERIA.
tio. 3. Reg. 8.
ſter inclínet corda
ad ſe, ut cuſtodiá-
ta ejus. ℟. Amen.
edictiones.
ómini noſtri Jeſu
benedícat nos in
ediĉtióne ſpirituá-
i.
ſupereminentem
caritátem Chriſti,
ámur in omnem
nem Dei. *Ephes.* 3.

6. Unctio quam accépimus à Deo, máneat in nobis, & dóceat nos de ómnibus. 1. *Joann.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Abſolutio. 2. Mach. 1.

DEus meminerit teſtamenti ſui quod locútus eſt, & exáudiat oratiónes noſtras. ℟. Amen.

Benedictiones.

7. Evangélium , virtus Dei, ſit in ſalútem omni credenti. *Rom.* 1.

8. Occurrámus omnes in unitátem fídei , & agnitiónis Fílii Dei ; ut non circumferámur omni vento doctrínæ. *Eph.* 4.

¶ 9. Deus ſpei répleat nos omni gáudio & pace in credendo ut abundémus in ſpe & virtúte Spíritûs ſancti. *Rom.* 15.

Si pro ultima Lectione legatur aliud Evangelium cum Homilia, tunc nona Benedictio erit :

Fúlgeat nobis illuminátio Evangélii glóriæ Chriſti, qui eſt imágo Dei. 2. *Cor.* 4.

Eadem Benedictio dicitur in omni Feria, quando pro tertia Lectione legendum erit Evangelium cum Homilia.

Si nona Lectio ſit de Sancto, Benedictio erit : Ipſe Deus pacis ſanctíficet nos per ómnia. 1. *Theſſal.* 5.

Quandò DD. Epiſcopus Le.

ctionem lecturus eſt, vel in Choro, vel privatim cum uno aut pluribus, poſtquàm ipſe præmiſit de more, Jube, Domne, benedícere, *dignior poſt ipſum dicit illi*: Ora pro nobis, Pater. *Ipſe autem DD. Epiſcopus reſpondet*: Oro ut cáritas veſtra magis ac magis abundet in ſciéntia & in omni ſenſu. *Philipp.* 1. *Chorus reſp.* Amen. *Idem obſervatur, etiam in Choro, ubi unicus eſt Presbyter.*

FERIA IV. ET SABBATO.

Abſolutio. 2. Mach 1.

DEus meminerit teſtamenti ſui quod locútus eſt, & exáudiat oratiónes noſtras. ℟. Amen.

Benedictiones.

1. Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti det nobis Chriſtum habitáre per fidem in córdibus noſtris. *Epheſ.* 3.
2. Occurrámus omnes in unitátem fídei, & agnitiónis Fílii Dei; ut non circumferámur omni vento doctrínæ. *Eph.* 4.
3. Deus ſpei répleat nos omni gaúdio & pace in credendo, ut abundémus in ſpe & virtúte Spíritûs Sancti. *Rom.* 15.

IN FESTIS B. MARIÆ VIRG. & Sanctorum

Quæ ſunt ix. Lectionum.

In I. & III. Nocturno, Abſolutiones & Benedictiones dicuntur ut ſuprà in Dominica.

In II. Nocturno, ut ſequitur.

Abſolutio. 3. Reg. 8.

DEus noſter inclínet corda noſtra ad ſe, ut cuſtodiámus mandáta ejus.

℟. Amen.

Pro Feſtis Beatæ Mar
Sabbato.

Benedictiones.

4. Exúltet ſpíritus m
Deo, quia reſpexit
tátem ancillæ ſuæ.
5. Nobiſcum ſit Deus
ancilla ſua adimple
ricórdiam ſuam, qu
miſit dómui Iſrael.
13.
6. Invocet Dóminum
quátur Regi pro m
líberet nos de morte
15.

¶ *Notandum has Bene*
non dici in Feſtis q
ſimul de Domino &
Maria Virgine; qua
Annuntiatio, Purif
& Viſitatio: in h
Feſtis Benedictiones
tur è II Noct. Dom

PRO FESTIS SANCTO

Benedictiones.

4. Deus det nobis illu
óculos cordis, ut
quæ ſit ſpes vocatió
in Sanctis. *Epheſ.* 1.
5. Dignos nos fáciat in
ſortis Sanctórum,
puit nos de poteſtá
brárum. *Coloſſ.* 1.
6. Aperiantur óculi no
convertámur à téne
lucem, & accipiám
tem inter Sanctos.

IN FESTIS SANCTO
Quæ ſunt iij. lectio
Abſolutio eſt ſecund
riam;
Benedictiones verò ſi
proximè ſuperiores. Si
pro tertia Lectione legen
Evangelium, tunc, terti
dictio erit Fúlgeat, *ut ſ*

PRO

ROPRIUM

E TEMPORE.

INICA SS. TRINITATIS,

; EST PRIMA POST PENTECOSTEN.

Duplex II. Claſſis.

IIS VESPERIS.
ni de Sabbato.
iphona, 1. G.
: Deus : Ego ſum
ſum : hoc nomen
in æternū. *Exod.* 3.
2. D. Ego ſum
& non eſt ultrà
ec eſt ſímilis meî.

3. c. Cœlum ſedes
:ra autem ſcabel-
im meórum : óm-
manus mea fecit.

- D. Ego Dómi-
riam meam álteri
,& laudem meam
ous. *Iſ.* 42.
. a. Non habébis
énos coram me :
Deus fortis, zeló-
ens miſericórdiam
ligunt me. *Exod.*

Æſtiva.

Capitulum. Apoc. 1.

EGo ſum Alpha & Omega, princípium & finis, dicit Dóminus Deus qui eſt, & qui erat, & qui ventúrus eſt, Omnípotens.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

℟. Séraphim clamábant alter ad álterum : * Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus exercítuum : † Plena eſt omnis terra glória ejus. ℣. Tres ſunt qui teſtimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spíritus ſanctus ; & hi tres unum ſunt. * Sanctus. Glória. † Plena eſt. *Iſ.* 6. *I. Joann.* 5.

Hymnus.

TER ſancte, ter potens Deus,
Incomprehenſa Trínitas :

O lux perennis! própriis
O ter beáta gáudiis!
O vera ſemper Unitas!
O una ſemper Véritas!
O ſancta ſemper, quæ bonum
Diffundis omne, Cáritas!
Te denſa circùm nûbila,
Te circùm inacceſſum jubar,
Quod intùs ardent Angeli
Circùm trementes cérnere.
Te confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine,
Firmâque prælíbat fide,
Amor quod ambit, præmium.
Da poſſe quod jubes, Pater;
Da ſcire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum.
Amen.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, ℟. Ex hoc nunc & uſque in ſéculum. *Pſ.* 112.

[*Duplic. Antiph. ad* Magníf. *in utriſque Veſperis, & ad* Benedíctus *in Laud. Et ſic in omni Ann, & in Duplicib. I. & II. Claſſ.*]

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Appáruit Abrahæ Dóminus: cúmque elevaſſet óculos, apparuérunt ei tres viri ſtantes prope eum; quos cùm vidiſſet, adorávit in terram, & Dómine, ſi invéni in óculis tuis, ne ſervum tuum. *Gen*

Oratio infrà ad L

Deinde fit Com tio Sabbati ante cam I. poſt Pentec

Ant. Venit Dóm vocávit Sámuel. E muel: Lóquere, D quia audit ſervus *Reg.* 3.

℣. Deduc me, D in via tua; ℟. Et cábo nomen tuum num. *Pſ.* 85.

Oratio Deus, i *frà ad Laudes.*

AD COMPLETO

Pſalmi de Sabb liqua ut in Domini

AD MATUTI

Invitatorium. Pa Fílium, & Spíritu ctum, * Veníte, ad *Matth.* 28.

Pſalmus Veníte

Hymnus.

SUBLIME Num potens,
Incomprehenſum mum,
Persóna triplex, u
Te totus Orbis cón
Quod lapſa re cula
Vix nóverant myſ
Nobis revelaſti, I
In Fílio per Spíritu
O Trínitas unus

r fidem nunc cré-
s,
dónam vidébi-

s ut te júgiter?
os creávit, laus

redémit Fílio.
áte nos foves,
i laus, Spíritus.
i.

de Dominica in
io.

OCTURNO.

. ſ. Numquid ego
párere fácio, ipſe
am? dicit Dómi-
6.
. d. Ex Patre Dó-
ſtri Jeſu Chriſti
ıtérnitas in cœlis
terra nominátur.

. A. Vidéte qua-
átem dedit nobis
t filii Dei nomi-
ſimus. *I. Joann.* 3.
ita gens cujus eſt
s Deus ejus; ℟. Pó-
em elégit in hære-
ſibi. *Pſ.* 32.
Verſiculum cujuſli-
rni, dicitur ſecretò
ſter. *Altâ voce.*
e nos indúcas in
nem; ℟. Sed líbe-
malo.
tiones & Benedi-
abentur ad calcem

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 6.

Vidi Dóminum ſedentem ſuper sólium excelſum & elevátum: & ea quæ ſub ipſo erant, replébant templum. Séraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ álteri. Duábus velábant fáciem ejus, & duábus velábant pedes ejus, & duábus volábant. Et clamábant alter ad álterum, & dicébant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus exercítuum; plena eſt omnis terra glóriâ ejus. Et commóta ſunt ſuperlimiária cárdinum à voce clamantis, & domus repléta eſt fumo. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

℟. Unus Deus & Pater ómnium, * Qui eſt ſuper omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. ℣. Numquid non Pater unus ómnium noſtrûm? * Qui eſt. *Epheſ.* 4. *Malach.* 2.

Ex libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio ij. Cap. 4.

Ecce ſedes póſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedébat, ſimilis erat aſpéctui lápidis jáſpidis & sárdinis: & iris erat in circúitu ſedis, ſimilis viſióni ſmarágdinæ. Et in circúitu ſedis ſedília vi-

ginti quátuor : & ſuper thronos, viginti quátuor Senióres ſedentes, circumamicti veſtimentis albis; & in capítibus eórum corónæ áureæ. Et de throno procedébant fúlgura, & voces, & tonítrua; & ſeptem lámpades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem Spíritus Dei. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vítreum símile cryſtallo : & in médio ſedis, & in circúitu ſedis, quátuor animália plena óculis antè & retrò. Et ánimal primum símile leóni, & ſecundum ánimal símile vítulo, & tértium ánimal habens fáciem quaſi hóminis, & quartum ánimal símile áquilæ volanti.

℟. Quis ignórat quòd ómnia manus Dómini fécerit? * Apud ipſum eſt ſapiéntia & fortitúdo; ipſe habet consílium & intelligéntiam. ℣. Omne datum óptimum, & omne donum perfectum deſursùm eſt, deſcendens à Patre lúminum. * Apud ipſum. *Job*, 12. *Jac.* 1.

Lectio iij.

QUátuor animália, síngula eórum habébant alas ſenas : & in circúitu & intùs plena ſunt óculis : & réquiem non habébant die ac nocte dicéntia : Sanctus, Sanctus, Sa[...] minus Deus om[...] qui erat, & qui e[...] ventúrus eſt. Et [...] rent illa animália & honórem & be[...] nem ſedenti ſupe[...] viventi in ſécula[...] rum, procidéban[...] quátuor Senióres [...] dentem in thronc[...] rábant vivéntem [...] ſeculórum; & n[...] corónas ſuas an[...] num dicentes: Di[...] Dómine Deus noſ[...] pere glóriam, & h[...] & virtútem : quia [...] ſti ómnia, & pro[...] luntátem tuam e[...] creáta ſunt.

℟. Sublevátis [...] cœlum, Jeſus dix[...] ter, † Hæc eſt v[...] na, ut cognoſcar[...] lum Deum verum, miſiſti Jeſum C[...] ℣. Noſſe te con[...] juſtítia eſt; & ſci[...] tiam & virtútem [...] dix eſt immorta[...] Pater. Glória. † [...] *Joann.* 17. *Sap.* 15

IN II. NOCTU[...]

Ant. 2. D. In [...] erat Verbum, & [...] erat apud Deum, erat Verbum. *Joa[...]*

Ant. 3. a. Deu[...] vidit unquam : U[...] Fílius qui eſt in ſin[...] ipſe enarrávit. *Jo[...]*

4. a. Quæcumque
cerit, hæc & Filius
: facit; Pater enim
ilium. *Joann.* 5.
ıxit te, Deus, Deus
.. Oleo lætítiæ. *Pſ.*

o ſancti Fulgéntii
:opi, de Fide,
ıd Petrum.
io iv. Cap. 1.
quam ſancti Pa-
:chæ atque Prophé-
incarnatiónem Fi-
divínitùs accepé-
ıuam étiam ſancti
li ab ipſo Dómino
: pófito audiérunt,
tûs ſancti magiſté-
ructi, non ſolùm
e prædicavérunt,
étiam ad inſtru-
ı ſalubérrimam po-
m, ſcriptis ſuis ín-
:eliquérunt, unum
prædicat Trinitá-
d eſt., Patrem, &
, & Spíritum ſan-
Sed Trínitas vera
:et, ſi una eadem-
rsóna diceréıur Pa-
Fílius, & Spíritus
.
óminus poſsédit me
o viárum ſuárum,
ım quidquam fáce-
ıincípio: quando
ábat cœlos, áde-
Cum eo eram cun-
ıpónens. ℣. Ego &
ınum ſumus; quia
ı me eſt, *& ego in*
Patre. * Cum eo. *Prov.* 8. *Joann.* 10.

Lectio v.

SI enim ſicut eſt Patris, & Filii, & Spíritûs ſancti una ſubſtántia, ſic eſſet una persóna, nihil omnínò eſſet in quo veráciter Trínitas diceréıur. Rursùs Trínitas quidem vera eſſet, ſed unus Deus Trínitas ipſa non eſſet, ſi quemádmodùm Pater & Fílius & Spíritus ſanctus perſonárum ſunt ab ínvicem proprietáte diſtíncti, ſic fuiſſent naturárum quoque diverſitáte diſcréti. Sed quia in illo vero uno Deo Trinitáte, non ſolùm quòd unus Deus eſt, ſed étiam quòd Trínitas eſt, naturáliter verum eſt; proptéreà ipſe verus Deus in persónis Trínitas eſt, & in una natúra unus eſt.

℟. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, * Ego hódie génui te. ℣. Cui dixit aliquando Angelórum: Fílius meus es tu? * Ego. *Pſ.* 2. *Hebr.* 1.

Lectio vj.

PEr hanc unitátem naturálem, totus Pater in Fílio & Spíritu ſancto eſt, totus Fílius in Patre & Spíritu ſancto eſt, totuſque Spíritus ſanctus in Patre & Fílio eſt. Nullus horum extra quémlibet ipsórum eſt, quia nemo

álium aut præcédit ætermitáte, aut excédit magnitúdine, aut súperat poteſtáte: quia nec Fílio, nec Spíritu ſancto, quantùm ad natúræ divínæ unitátem pértinet, aut antérior, aut major Pater eſt: nec Fílii ætérnitas, atque imménſitas, velut antérior aut major, Spíritûs ſancti æternitátem, imménſitatémque aut præcédere aut excédere naturáliter poteſt.

℟. Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exívi. * Exívi à Patre, & veni in mundum. ℣. Ego ex ore Altíſſimi prodívi. * Exívi. Glória. * Exívi. *Joann.* 16. *Eccli.* 24.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Spíritus eſt qui teſtificátur, quóniam Chriſtus eſt Véritas. *I. Joann.* 5.

Ant. 2. D. Spíritus eſt pignus hæreditátis noſtræ, in laudem glóriæ Chriſti. *Epheſ.* 1.

Ant. 8. g. Diviſiónes gratiárum ſunt, idem autem Spíritus, dívidens ſíngulis prout vult. *I. Cor.* 12.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti ſunt, ℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum. *Pſ.* 32.

Léctio ſancti Ev[...]
ſecundùm Matth[...]
Lectio vij. Cap[...]

IN illo témpore [...] Jeſus diſcípulis [...] Data eſt mihi om[...] teſtas in cœlo & i[...] Euntes ergo docét[...] gentes, baptizar[...] in nómine Patris, [...] lii, & Spíritûs ſa[...] réliqua.

Homília ſancti A[...]
Epíſcopi.
Epiſt. 1. *ad Serap*[...]
Edit. Bened. §.

HAud abs re ſt[...] terem tradit[...] doctrinamque ac fi[...] thólicæ Eccléſiæ in[...] re, quam ſcílicet D[...] trádidit, Apóſtoli [...] vére, & Patres ſer[...] In ea enim traditi[...] cléſia fundáta eſt, [...] quis exciderit, is n[...] nec ámpliùs dici C[...] nus ullâ ratióne [...] Itaque Trínitas ſa[...] perfecta eſt, quæ i[...] & Fílio, & Spíriti[...] agnóſcitur, nihilq[...] num, vel extrínſ[...] mixtum habet, n[...] Creatóre, & re cre[...] ſtat, ſed tota cre[...] efficiendi vi prædi[...] ſibi quoque ſímilis [...] divídua eſt natúra, [...] ejus eſt efficácia, [...] Nam Pater, per Ve[...] Spíritu ſancto ómn[...]

tóque modo ſanctæ Trinitátis únitas ſervátur. Ita unus Deus in Eccléſia prædicátur, qui eſt ſuper ómnia, & per ómnia, & in ómnibus. Super ómnia quidem ut Pater, ut princípium & fons: per ómnia verò, nempe per Verbum: in ómnibus dénique, in Spíritu ſancto.

℟. Jeſus locútus eſt úndecim diſcípulis, dicens: * Euntes docéte omnes gentes, baptizantes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti. ℣. Exíbunt aquæ vivæ de Jerúſalem: & erit Dóminus rex ſuper omnem terram. * Euntes. *Matth.* 28. *Zach.* 14.

Lectio viij.

PОrro Trínitas non nómine tenùs, & ſolâ verbórum ſpécie eſt Trínitas, ſed verè, & reipsâ exiſtit Trínitas. Nam ſícuti verè eſt Pater, ita & verè eſt ejus Verbum, quod & ipſum ſuper ómnia eſt Deus. Nec item Spíritus ſanctus non exiſtit: ſed útique verè eſt, & exiſtit. Nec his minùs áliquid ſentit Cathólica Eccléſia, ne hodiernos Judæos Cáiphæ haud absímiles, & Sabéllium ſequátur: nec his item plus áliquid comminíſcitur, ne in multitúdinem deórum Gentílium devolvátur. Sed ut hanc eſſe fidem Eccléſiæ intélligant, eos díſcere óperæ prétium eſt, quonam modo Dóminus mittens Apóſtolos, iiſdem præcéperit ut iſtud fundamentum in Eccléſia jácerent: Euntes, inquit, docéte omnes gentes, baptizantes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti. Profecti verò Apóſtoli ita ſine dúbio docuérunt; atque hæc ipſa prædicátio in univerſam Eccléſiam quæ ſub cœlo eſt, permanávit.

℟. Non ſpíritum hujus mundi accépimus, ſed Spíritum qui ex Deo eſt; * Ut † Sciámus quæ à Deo donáta ſunt nobis. ℣. Póſuit Dóminus in médio pópuli ſui Spíritum ſancti ſui. * Ut ſciámus. Glória. † Sciámus. *I. Cor.* 2. *Iſ.* 63.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio ix. Cap. 6.

IN illo témpore: Dicébat Jeſus diſcípulis ſuis: Eſtóte miſericordes, ſicut & Pater veſter miſéricors eſt. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 83. de Verbis Evang. §. 2. Aliàs Serm. 15. de Verbis Domini.

DUo ſunt ópera miſericórdiæ quæ nos líberant; quæ bréviter ipſe

Dóminus póſuit in Evangélio : Dimíttite, & dimittétur vobis : date, & dábitur vobis. Dimíttite, & dimittétur vobis, ad ignoſcendum pértinet. Date, & dábitur vobis, ad præſtandum beneficiũ pértinet. Quod ait de ignoſcendo : & tu vis tibi ignoſci quod peccas; & habes álium cui tu poſſis ignóſcere. Rursùs, quod pértinet ad tribuendum benefícium : petit te mendícus, & tu es Dei mendícus. Omnes enim quando orámus, mendíci Dei ſumus : ante jánuam magni Patrisfamílias ſtamus, imò étiam proſtérnimur, súpplices ingemíſcimus, áliquid volentes accípere; & ipſum áliquid ipſe Deus eſt. Quid à te petit mendícus? Panem. Et tu quid petis à Deo, niſi Chriſtum qui dicit : Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi? Ignoſci vobis vultis? Ignóſcite : Remíttite, & remittétur vobis. Accípere vultis? Date, & dábitur vobis.

Te Deum.

AD LAUDES.

Antiphona. 1. G.

DEus lux eſt, & ténebræ in eo non ſunt ullæ. *I. Joann.* 1.

Ant. 7. d. Excélſior cœlo eſt, & profúndior inferno : & unde cognoſces? lóngior terrâ mensúra ejus & látior mari. *Job.* 11.

Ant. 5. a. Exaltantes eum replémini virtúte : ne laborétis; non enim comprehendétis. *Eccli.* 43.

Ant. 3. a. Benedicentes

Canticum. Eccli. 43.

MUlta dicémus, & deficiémus in verbis * conſummátio autem ſermónum ipſe Dóminus eſt in ómnibus.

Gloriantes ad quid valébimus? * ipſe enim Omnípotens ſuper ómnia ópera ſua.

Terríbilis Dóminus & magnus vehementer; & mirábilis poténtia ipsius.

Glorificantes Dóminum quantumcumque potuéritis; * ſupervalébit enim adhuc : & admirábilis magnificéntia ejus.

Benedicentes Dóminum exaltáte illum quantùm poteſtis; * major enim eſt omni laude.

Exaltantes eum replémini virtúte : * ne laborétis : non enim comprehendétis.

Quis vidébit eum, & enarrábit? * & quis magnificábit eum ſicut eſt ab inítio?

Ant. Benedicentes Dóminum, exaltáte illum quantùm poteſtis; major

ſt omni laude. *Eccli.*

. 8. c. Narráte in pó-
ıirabília ejus; quia
s Dóminus, & lau-
nimis. *I. Paralip.*

›itulum. *Apoc.* 7.
.edíctio, & cláritas,
ſapiéntia, & gratiá-
ctio, honor, & vir-
: fortitúdo Deo no-
ſécula ſeculórum:

Ɔeo grátias.

Hymnus.

.uce quæ tuâ lates,
eáta ſemper Tríni-
ıs!
nfitémur, crédimus,
: corde quærimus.
ıncte ſanctórum Pa-
:r,
:e de Deo Deus,
.tátis vínculum,
ns utrumque, Spíri-
ıs!
ſe videt totum Pater,
ı proles náſcitur;
: quo ſe díligunt,
lit ipſe Spíritus.
· totus in Nato Pa-
ter,
:re totus Fílius;
ıue plenus ac Patre
ıtríque Spíritus.
OD Natus eſt, hoc
Spíritus;
ſt uterque, quod Pa-
ter.
ına ſumma Véritas,
ına *ſumma Cáritas.*

DA poſſe quod jubes,
Pater;
Da ſcire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bo-
num.
Amen.

℣. Confiteámur, Dómi-
ne, nómini ſancto tuo,
℟. Et gloriémur in laude
tua. *Pſ.* 105.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g.
Benedíctum, Dómine,
nomen glóriæ tuæ ſan-
ctum; & laudábile, & ſu-
perexaltátum in ómnibus
ſéculis. *Dan.* 3.

Oratio.

OMnípotens ſempiter-
ne Deus, qui dediſti
fámulis tuis in confeſſióne
veræ fídei, æternæ Trinitá-
tis glóriam agnóſcere, &
in poténtia Majeſtátis ado-
ráre Unitátem; quæſumus
ut, ejuſdem fídei firmitáte,
ab ómnibus ſemper mu-
niámur adverſis; Per Dó-
minum.

*Deinde fit Commemora-
tio Dominicæ I. poſt Pente-
coſten.*

Ant. Eſtóte miſericor-
des, ſicut & Pater veſter
miſéricors eſt. *Luc.* 6.

℣. Prævenérunt óculi
mei ad te dilúculo; ℟. Ut
meditárer elóquia tua. *Pſ.*
118.

Oratio.

DEus, in te ſperán-
tium fortitúdo, adeſto

propítius invocatiónibus noſtris; &, quia ſine te nihil poteſt mortális infírmitas, præſta auxílium grátiæ tuæ, ut in exequendis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Deus lux eſt.

Dicitur Symbolum Quicumque.

CANON.

Ex Concílio Conſtantinopolitáno ſecundo œcuménico.

Ann. 553. *Coll.* 8. *Can.* 1.

SI quis non confitétur Patris, & Fílii, & Spirítûs ſancti unam natúram ſive ſubſtántiam, & unam virtútem, & poteſtátem, Trinitátem conſubſtantiálem, unam Deitátem in tribus ſubſiſténtiis ſive perſónis adorandam; talis anáthema ſit.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Excélſior.

Capitulum. Rom. 11.

O Altitúdo divitiárum ſapiéntiæ & ſciéntiæ Dei! quam incomprehenſibília ſunt judícia ejus, & inveſtigábiles viæ ejus!

℟. ... Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * Allelúia, allelúia. ℣. Et magnitúdinis ejus non eſt finis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Magnus. *Pſ.* 144.

℣. Quis Deus ma... ſicut Deus noſter? es Deus qui facis m... lia. *Pſ.* 76.

AD SEXT...

Ant. 5. a. Exalta...

Capitulum. I. Tim...

SOlus habet imm... tátem, & lucem... bitat inacceſſíbilem... nullus hóminum vi... nec vidére poteſt: ... nor, & impérium ſe... num. Amen.

℟. *br.* Quis loqué... téntias Dómini, * ... lúia, allelúia. ℣. A... fáciet omnes laude... * Allelúia, allelúia... ria. ℟. Quis loquét... 105.

℣. Magnus Dómi... ſter, & magna virtu... ℟. Et ſapiéntiæ ej... eſt númerus. *Pſ.* 14...

AD NONA...

Ant. 8. c. Narrát...

Capitulum. Eph. ...

IMplémini Spíritu... cto, loquentes ... metipſis in pſalmi... hymnis, & cánticis ... tuálibus; cantantes ... lentes in córdibus ... Dómino, grátias a... ſemper pro ómnibu... nómine Dómini no... ſu Chriſti, Deo & P...

℟. *br.* Exaltáte D... Deum noſtrum: * All... allelúia. ℣. Et ador... monte ſancto ejus. *...

alleluia. Glória. ℟. ...ite. *Pſ.* 98.
...ubiláte Deo, omnis ... ℟. Cantáte, & exul... & pſállite. *Pſ.* 97.

...I. VESPERAS.

...ntiphona. 8. g.

...Obis unus Deus, Pa... ...er ex quo ómnia, ... in illum: & unus ...nus Jeſus Chriſtus ...em ómnia, & nos ...ſum. *I. Cor.* 8.

...*.* 3. a. Unus Deus, ...& Mediátor Dei & ...um homo Chriſtus, qui dedit redemp...a ſemetipſum pro ...nis. *I. Tim.* 2.

... 7. b. Spíritus teſti...um reddit ſpirítui no...quòd ſumus filii Dei. ...

... 6. F. In ipſo vívi... & movémur, & ſu... ipsíus enim & genus ... *Act.* 17.

... 5. a. Ex ipſo, & ...ſum, & in ipſo ſunt ...: ipſi glória in ſé... *Rom.* 11.

...itulum. Ephеſ. 1.
...us, Dómini noſtri ...eſu Chriſti Pater gló...let vobis Spíritum ſa...æ, & revelatiónis in ...óne ejus.

...mnus, Ter ſanctè, ... *Veſperas*, *pag.* 169.

Benedictum nomen ...átis ejus in ætern... ℟. Et *replébitur* majeſtáte ejus omnis terra. *Pſ.* 71.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. J. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus omnípotens, qui erat, & qui eſt, & qui ventúrus eſt. Dignus es, Dómine Deus noſter, accípere glóriam, & honórem & virtútem. *Apoc.* 4.

Oratio ſupra ad Laudes.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ I. poſt Pentecoſten.

Ant. Nolíte judicáre, & non judicabímini: nolíte condemnáre, & non condemnabímini: eâdem quippe mensúrâ quâ menſi fuéritis, remetiétur vobis. *Luc.* 6.

℣. Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, ℟. Et ſuper cœlos glória ejus. *Pſ.* 112.

Oratio, Deus, in te ſperántium fortitúdo, *p.* 177.

IN FERIIS
per annum.

Omnia dicuntur ut in Pſalterio, præter ea quæ ſunt unicuique Feriæ propria.

FERIA SECUNDA.

Incipit liber primus Regum.

Lectio j. Cap. 1.

FUit vir unus de Ramáthaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen ejus Elcana, filius Jéroham, filii Eliu, filii Thohu, fi-

lii Suph, Ephratæus: & hábuit duas uxóres, nomen uni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ fílii; Annæ autem non erant líberi. Et aſcendébat vir ille de civitáte ſua ſtatútis diébus, ut adoráret & ſacrificáret Dómino exercítuum in Silo. Erant autem ibi duo fílii Heli, Ophni & Phínees, ſacerdótes Dómini. Venit ergo dies, & immolávit Elcana, deditque Phenennæ uxóri ſuæ, & cunctis fíliis ejus & fíliábus partes: Annæ autem dedit partem unam triſtis, quia Annam diligébat. Dóminus autem conclúſerat vulvam ejus. Affligébat quoque eam æmula ejus, & vehementer angébat, in tantũ ut exprobráret quòd Dóminus concluſiſſet vulvam ejus: ſicque faciébat per síngulos annos, cùm redeunte témpore aſcénderent ad templum Dómini; & ſic provocábat eam. Porrò illa flebat, & non capiébat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna, cur fles? & quare non cómedis? & quam ob rem afflígitur cor tuum? numquid non ego mélior tibi ſum quàm decem fílii?

℟. Dilectus à Dómino Deo ſuo Sámuel, Prophéta *Dómini*, renovávit impé-

rium: in lege Dóm
gregatiónem judic
Et cógnitus eſt ir
ſuis fidélis, qui
Deum lucis. ℣. F
tus Deo, & erat p
verbis & in opéril
* Et. *Eccli.* 46. *A*

Lectio ij.

SUrrexit autem
poſtquàm comé
bíberat in Silo; &
cerdóte ſedente ſu
lam ante poſtes tem
mini, cùm eſſet An
ro ánimo, orávit
minum flens lárg
votum vovit dicer
mine exercítuum,
ciens víderis affli
fámulæ tuæ, & rec
meî fúeris, nec obl
cillæ tuæ, dederis
væ tuæ ſexum v
dabo eum Dómino
bus diébus vitæ e
novácula non aſcer
per caput ejus. . .
ctum eſt poſt círcul
rum concépit Anna
perit fílium; voca
nomen ejus Sámu
quòd à Dómino
laſſet eum. Aſcendi
vir ejus Elcana, &
domus ejus, ut in
ret Dómino hóſtia
lemnem, & votum
& Anna non aſc
dixit enim viro ſuo
vadam donec abl
infans, & ducam e

t ante conſpectum
, & máneat ibi
. . Et adduxit eum
poſtquam ablactá-
n vítulis tribus, &
ódiis farínæ,& ám-
ini, & adduxit eum
ım Dómini in Silo.
:em erat adhuc in-
;: & immolavérunt
,& obtulérunt púe-
li.
it Sámuel ad uni-
domum Iſrael : Si
corde veſtro re-
ni ad Dóminum,
te deos aliénos de
reſtrî, & præpará-
a veſtra Dómino,
te ei ſoli. ℣. Scri-
t : Dóminum Deum
lorábis, & illi ſoli
* Auferte. *I. Reg.*
th. 4.
io iij. Cap. 2.
ıel miniſtrábat ante
em Dómini, puer,
us Ephod líneo : &
n parvam faciébat
er ſua, quam affe-
tatútis diébus, a-
as cum viro ſuo, ut
áret hóſtiam ſolem-
Et benedixit Heli
: & uxóri ejus . . . &
ícátus eſt puer Sá-
pud Dóminum. He-
m erat ſenex valdè,
ívit ómnia quæ fa-
t fílii ſui univerſo
: & quómodò dor-
nt cum muliéribus
ſervábant ad óſtium

tabernáculi, & dixit eis : Quare fácitis res hujuſcémodi, quas ego áudio, res péſſimas, ab omni pópulo ? Nolíte, fílii mei : non enim eſt bona fama quam ego áudio, ut tránſgredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum, placári ei poteſt Deus : ſi autem in Dóminum peccáverit vir, quis orábit pro eo ? Et non audi[illegible]unt vocem patris ſui, quia vóluit Dóminus occídere eos. Puer autem Sámuel proficiébat, atque creſcébat, & placébat tam Dómino quàm homínibus.

℟. Dixit Sámuel ad pópulum : Servíte Dómino in omni corde veſtro, * Et nolíte declináre poſt vana quæ non próderunt vobis : & † Non derelinquet Dóminus pópulum ſuum. ℣. Nolíte dilígere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. * Et nolíte. Glória. † Non derelinquet. *I. Reg.* 12. *I. Joann.* 2.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 14. *de Extrema-Unctione. Can.* 2.

SI quis díxerit, ſacram infirmórum Unctiónem non conferre grátiam, nec remíttere peccáta, nec alleviáre infirmos ; ſed jam ceſſaſſe, quaſi olim tantùm

fúerit grátia curatiónum ; anáthema ſit.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum.
Lectio j. Cap. 3.

PUer Sámuel miniſtrábat Dómino coram Heli, & ſermo Dómini erat pretióſus in diébus illis : non erat víſio manifeſta. Factum eſt ergo in die quadam : Heli jacébat in loco ſuo, & óculi ejus caligáverant, nec póterat vidére : lucerna Dei ántequam extingueretur, Sámuel dormiébat in templo Dómini ubi erat arca Dei. Et vocávit Dóminus Sámuel. Qui reſpondens ait : Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit : Ecce ego : vocaſti enim me. Qui dixit : Non vocávi ; revértere & dormi. Et ábiit, & dormívit. Et adjécit Dóminus rursùm vocáre Samuélem : conſurgenſque Sámuel ábiit ad Heli, & dixit : Ecce ego, quia vocaſti me. Qui reſpondit : Non vocávi te, fili mi ; revértere, & dormi. Porrò Sámuel necdum ſciébat Dóminum, neque revelátus fúerat ei ſermo Dómini.

℟. Deus plebis Iſrael elégit patres noſtros, ſorte diſtríbuit eis terram géntium, & dedit júdices uſque ad Sámuel Prophétam : Et inde poſtulavérunt regem ; * Et dedit illis Deus Saül virum de tribu Bénjamin. ℣. Dixérunt majóres natu Iſrael Samuéli : Conſtítue nobis regem ut júdicet nos. * Et dedit. *Act.* 13. *I. Reg.* 8.

Lectio ij.

ET adjécit Dóminus, & vocávit adhuc Samuélem tértiò. Qui conſurgens ábiit ad Heli, & ait : Ecce ego, quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli, quia Dóminus vocáret púerum, & ait ad Samuélem : Vade, & dormi : & ſi deinceps vocáverit te, dices : Lóquere, Dómine, quia audit ſervus tuus. Abiit ergo Sámuel, & dormívit in loco ſuo. Et venit Dóminus, & ſtetit & vocávit, ſicut vocáverat ſecundò : Sámuel, Sámuel. Et ait Sámuel : Lóquere, Dómine, quia audit ſervus tuus. Et dixit Dóminus ad Samuélem : Ecce ego fácio verbum in Iſrael, quod quicumque audíerit, tínnient ambæ aures ejus. In die illa ſuſcitábo adversùm Heli ómnia quæ locútus ſum ſuper domum ejus : incípiam & complébo. Prædixi enim ei quòd judicatúrus eſſem domum ejus in ætérnum propter iniquitátem, eò quòd nóverat indignè ágere filios ſuos, & non corripúerit eos. Idcircò jurávi dómui Heli, quòd non expiétur iníquitas do-

s víctimis & muné-
que in æternum.
it autem Sámuel
ane, aperuítque
omûs Dómini. Et
timébat indicáre
n Heli.
eit Sámuel ad Saül:
Amalec; non par-
t pepercit Saül A-
it Sámuel ad Saül:
quòd abjeciſti ſer-
Dómini, abjécit te
s. ℣. Quicumque
gem ſervâverit, of-
utem in uno, factus
ium reus. * Pro eo
Reg. 15. *Jac.* 2.
Lectio iij.
ávit ergo Heli Sa-
élem, & dixit: Sá-
i mi. Qui reſpon-
: Præſtò ſum. Et
ávit eum: Quis
o quem locútus eſt
is ad te? oro te ne
s me. Hæc fáciat
s, & hæc addat, ſi
eris à me ſermó-
omnibus verbis quæ
nt tibi. Indicávit
i Sámuel univerſos
s, & non abſcondit
Et ille reſpondit:
s eſt: quod bonum
ulis ſuis, fáciat. Cre-
m Sámuel, & Dó-
rat cum eo, & non
x ómnibus verbis
erram. Et cognóvit
s Iſrael à Dan uſ-
ſabée, *quòd fidélis
Prophéta eſſet Dó-*
mini. Et áddidit Dóminus,
ut apparéret in Silo: quó-
niam revelátus fúerat Dó-
minus Samuéli in Silo, jux-
ta verbum Dómini: & evé-
nit ſermo Samuélis univer-
ſo Iſraéli.

℟. Dixit Sámuel ad Iſai:
Numquid jam cōpléti ſunt
filii? Qui reſpondit: Adhuc
réliquus eſt párvulus; & ad-
duxit eum. Et ait Dóminus:
Surge, unge eum; & unxit
eum: * Et † Directus eſt
Spíritus Dómini à die illa
in David. ℣. David invénit
grátiam ante Deum. * Et
directus. Glória. † Directus
eſt. *I. Reg.* 16. *Act.* 7.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1583. *tit. de Extrema-
Unctione, num.* 2.

PArœcus non expectet
ut rogétur de ſacra-
mento Extrémæ-Unctiónis
conferendo, ſed ſedulitáte
ſuâ prævéniat ægrótum de
vita periclitantem: caveát-
que ne vel mors Unctió-
nem prævéniat, vel morbo
invaleſcente, ſemimórtuus
non séntiat.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.
Lectio j. Cap. 4.

FActum eſt in diébus il-
lis: convenérunt Phili-
ſthiim in pugnam; & egreſ-
ſus eſt Iſrael óbviam Phili-
ſthiim in prælium, & caſtra-
metátus eſt juxta Lápidem-
adjutórii. Porrò Philiſthiim

venérunt in Aphec, & inſtruxérunt áciem contra Iſrael. Inito autem certámine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certámine paſſim per agros quaſi quátuor míllia virórum. Et reverſus eſt pópulus ad caſtra, dixerúntque majóres natu de Iſrael: Quare percuſſit nos Dóminus hódie coram Philíſthiim? Afferámus ad nos de Silo Arcam fœderis Dómini, & véniat in médium noſtrî, ut ſalvet nos de manu inimicórum noſtrórum. Miſit ergo pópulus in Silo, & tulérunt inde Arcam fœderis Dómini exercítuum ſedentis ſuper Chérubim: erantque duo fílii Heli cum Arca fœderis Dei, Ophni & Phínees. Cúmque veniſſet Arca fœderis Dómini in caſtra, vociferátus eſt omnis Iſrael clamóre grandi, & persónuit terra. Et audiérunt Philíſthiim vocem clamóris, dixerúntque: Quænam eſt hæc vox clamóris magni in caſtris Hebræórum? Et cognovérunt quòd Arca Dómini veniſſet in caſtra.

℟. Dilectus. *pag.* 180.

Lectio ij.

TImuérunt Philíſthiim dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuérunt dicentes: Væ nobis; non *enim* fuit tanta exultátio *heri*, & nudiuſtértius; væ nobis. Quis nos ſalv manu Deórum ſubl iſtórum? hi ſunt I percuſsérunt Æg omni plagâ in d Confortámini, & eſ ri, Philíſthiim, ne ſ Hebræis, ſicut & illi runt vobis: confo & belláte. Pugnavé go Philíſthiim, & c Iſrael, & fugit un que in tabernáculu & facta eſt plaga m mis: & cecidérunt d triginta míllia pédi Arca Dei capta eſ quoque fílii Heli ſunt, Ophni & P. Currens autem vir c jamin ex ácie, veni in die illa, ſciſſâ v conſperſus púlvere Cúmque ille veniſſ ſedébat ſuper ſellam viam ſpectans. Er cor ejus pavens pr Dei. Vir autem ill quàm ingreſſus eſt, vit urbi: & ululávi cívitas. Et audívit I nitum clamóris, di Quis eſt hic sónitus tûs hujus? At ille feſt & venit, & nuntiávi

℟. Ait Sámuel.

Lectio iij.

HEli autem era ginta & octo rum, & óculi ejus verant, & vidére i terat. Et dixit ad Ego ſum qui veni

ego qui de ácie fugi Cui ille ait : Quid :ſt, fili mi ? Reſpon- tem ille qui nuntiá- igit, inquit, Iſrael Philíſthiim, & ruí- na facta eſt in pó- ínſuper & duo filii tui ſunt, Ophni & s; & Arca Dei capta ámque ille nomi- Arcam Dei, cécidit retrorſùm juxta ó- & fractis cervícibus s eſt. Senex enim r, & grandævus : & licávit Iſrael quadra- annis. Nurus autem xor Phínees, præ- rat, vicínaque pár- audíto núntio quòd eſſet Arca Dei, & s eſſet ſocer ſuus, & s, incurvávit ſe, & t : irrúerant enim in lóres súbiti. In ipſo momento mortis lixérunt ei quæ ſta- rca eam : Ne tímeas, lium peperiſti. Quæ ſpondit eis, neque dvertit. Et vocávit n Ichábod, dicens : áta eſt glória de Iſ- quia capta eſt Arca

)ixit Sámuel, *p.* 183.

C A N O N.

ncílio Burdigalenſi. . 1583. *tit.* 13. *de trema-Unctione.*

rent Párochi *crebris onitiónibus* imperí- tum vulgus ab illa ináni & ímpia opinióne abdúcere, quâ pleríque ſiniſtrè de Extrémæ-Unctiónis ſacramenti virtúte séntiunt, perindè ac ſi mortem ægris accéleret : cùm certum ſit ex Apóſtoli doctrína, Deum non ánimæ tantùm, verùm étiã córpori, ſi expedíerit, virtúte hujus ſacramenti, ſalútem conferre.

¶ *Si craſtinâ die occurrat Feſtum II. Claſſ. aut ſuprà, transfertur in Feriam VI. ſequentem, etiamſi ſit Feſtum Annuale alicujus loci proprium ; & tunc de eo ſit Commem. in II. Veſp. Feſti Corporis Chriſti. Si verò occurrat Feſtum duplex, tranſfertur poſt Octavam.*

De Feſto ſemiduplici, vel ſimplici nulla ſit Commem. in ipſo die Feſti Corporis Chriſti, neque transferuntur. Diebus intra Octavam, exceptâ Dominicâ, fiet de Duplici quocumque occurrente, cum Commem. Oct. in utriſque Veſp. & Laud.

Si autem Semiduplex, Simplex, aut Vigilia occurrant intra Octavam, ſit Officium de Octava, cum Commem. Semidupl. in utriſque Veſp. & Laud. & Simpl. in Veſp. & Laud. de Vigilia verò in Laudibus tantùm : Ad Nocturnum autem Lectio j. erit de Scriptura : ij. de Octava : iij. de Semidup. Simpl. aut *Vigilia occurrentibus.*

IN FESTO CORPORIS CHRIS

DUPLEX I. CLASSIS.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona. 2. D.

FAciet Dóminus ómnibus pópulis in monte Sion convívium pínguium, convívium medullatórum, vindémiæ defæcátæ. *Iſai.* 25.

Ant. 1. D. Vénient & laudábunt in monte Sion; & cónfluent ad bona Dómini ſuper frumento & vino. *Jerem.* 31.

Ant. 5. a. Tríticum cómedent, & vinum bibent in átriis ſanctis. *Iſ.* 62.

Ant. 4. E. Erit ánima eórum quaſi hortus irríguus, & ultrà non esúrient. *Jerem.* 31.

Ant. 3. a. Immundus non veſcétur his quæ ſanctificáta ſunt: ſed mundátus veſcétur de ſanctificátis, quia cibus illíus eſt. *Levit.* 22.

Capitulum. Jerem. 31.

INebriábo ánimam ſacerdótum pinguédine: & pópulus meus bonis meis adimplébitur, ait
nus.

℟. Memóriam
rabílium ſuórum
cors & miſerátor D
* Eſcam dedit tin
ſe: memor erit in
teſtamenti ſui. ℣.
cùm dilexiſſet ſu
erant in mundo, i
dilexit eos. * Eſca
ria. ℟. Memórian
ad ℣. *Pſ.* 110. *Jo*

Hymnus.

PANGE, lingua,
Córporis myſt
Sanguiníſque preti
Quem in mundi pr
Fructus ventris ge
Rex effúdit géntiu

NOBIS datus, n
tus
Ex intacta Vírgine
Et in mundo conv
Sparſo verbi ſémir
Sui moras incolátû
Miro clauſit órdin

IN ſuprémæ noct
Recumbens cum fr
Obſervátâ lege ple
Cibis in legálibus

n turbæ duodénæ
t ſuis mánibus.
RBUM caro panem
verum
carnem éfficit;
e ſanguis Chriſti me-
rum:
enſus déficit,
rmandum cor ſincé-
rum
fides ſúfficit.
NTUM ergo ſacra-
mentum
rémur cérnui,
ntíquum documen-
tum
cedat rítui.
et fides ſupplemen-
tum
uum defectui.
NITORI, Genitóque
& jubilátio,
, honor, virtus quo-
que
benedíctio;
edenti ab utróque
par ſit laudátio.
Amen.
Edent páuperes, &
abuntur; ℟. Vivent
eórum in ſéculum
i. *Pſ.* 21.
Magníficat *Ant.* 6. F.
àm ſuávis eſt, Dómi-
Spíritus tuus, qui ut
dinem tuam in fílios
nſtráres, pane ſuavíſ-
de cœlo præſtito eſu-
es imples bonis, &
lióſos dívites dimittis
es: allelúia. *Sap.* 12.
. *Luc.* 1.

Oratio infrà ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Panem vivum, qui de cœlo deſcendit, Chriſtum Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joann.* 6.

Pſalmus, Veníte, *p.* 2.

Hymnus.

SACRIS ſolémniis juncta ſint gáudia,
Et ex præcórdiis ſonent præcónia.
Recédant vétera, nova ſint ómnia,
Corda, voces, & ópera.

NOCTIS recólitur cœna novíſſima,
Quâ Chriſtus créditur Agnum & ázyma
Dediſſe frátribus, juxta legítima
Priſcis indulta pátribus.

POST Agnum typicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum diſcípulis
Sic totum ómnibus, quod totum ſíngulis,
Ejus fatémur mánibus.

DEDIT fragílibus córporis férculum,
Dedit & triſtibus ſánguinis póculum,
Dicens: Accípite, quod trado váſculum;
Omnes ex eo bíbite.

SIC ſacrifícium iſtud inſtítuit,
Cujus offícium commítti vóluit

Solis Presbyteris quibus ſic cóngruit,
Ut ſumant & dent céteris.
Panis Angélicus fit panis hóminum:
Dat panis cœlicus figúris términum.
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper, ſervus, & húmilis.
Te, Trina Déitas únaque, póſcimus;
Sic nos tu víſitas, ſicut te cólimus;
Per tuas sémitas duc nos quò téndimus,
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Pſalmum Beátus vir, *pag.* 3.

Ant. 1. D. Fructum ſalutíferum guſtandum dedit Dóminus mortis ſuæ témpore.

In Pſalmum Cùm invocárem, *pag.* 32.

Ant. 2. D. A fructu fruménti & vini multiplicáti fidéles, in pace Chriſti requieſcunt.

In Pſalmum Conſerva me, Dómine, *pag.* 93.

Ant 3. a. Communióne cálicis quo Deus ipſe súmitur, non vitulórum ſánguine, congregávit nos Dóminus.

℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, ℟. Quam abſcondiſti timéntibus te! *Pſ.* 30.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 12.

Dixit Dóminus ad Móyſen & Aaron in terra Ægypti: Menſis iſte vobis princípium ménſium: primus erit in ménſibus anni. Loquímini ad univerſum cœtum filiórum Iſrael, & dícite eis: Décimâ die menſis hujus tollat unuſquiſque agnum per famílias & domos ſuas. Sin autem minor eſt númerus ut ſuffícere poſſit ad veſcendum agnum, aſſúmet vicínum ſuum qui junctus eſt dómui ſuæ, juxta númerum animárum quæ ſuffícere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque mácula, maſculus, anniculus: juxta quem ritum tollétis & hædum. Et ſervábitis eum uſque ad quartam décimam diem menſis hujus: immolabítque eum univerſa multitúdo filiórum Iſrael ad véſperam. Et ſument de ſánguine ejus, ac ponent ſuper utrumque poſtem: & in ſuperliminaribus domórum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illâ aſſas igni, & ázymos panes cum lactúcis agréſtibus.

℟. Immolábit agnum univerſa multitúdo filiórum Iſrael ad véſperam:

nt carnes & ázy-
es. ℣. Paſcha no-
molátus eſt Chri-
.que epulémur in
nceritátis & veri-
Edent. *Exod.* 12.

o ij. Cap. 16.
:us eſt autem Dó-
s ad Móyſen, di-
dívi murmuratió-
um Iſrael: lóque-
s: Véſpere come-
nes, & mane ſa-
ni pánibus; ſcie-
iòd ego ſum Dó-
eus veſter. Factum
véſpere, & aſcen-
turnix coopéruit
mane quoque ros
er circúitum ca-
. Cúmque operuiſ-
rficiem terræ, ap-
a ſolitúdine minú-
quaſi pilo tuſum,
litúdinem pruínæ
rram. Quod cùm
t fílii Iſrael, di-
d ínvicem: Man-
d ſignificat, Quid
? ignorábant enim
t. Quibus ait Móy-
e eſt panis quem
s dedit vobis ad
um.
ppáruit in ſolitúdi-
tum, in ſimilitúdi-
ínæ ſuper terram.
ùm vidiſſent fílii
ait eis Móyſes: *
panis, quem Dó-
edit vobis ad veſ-
cendum. ℣. Non Móyſes dedit vobis panem de cœlo; ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. * Iſte eſt. *Exod.* 16. *Joann.* 6.

De libro tértio Regum.

Lectio iij. Cap. 19.

VEnit Elías in Berſabée Juda, & dimíſit ibi púerum ſuum, & perrexit in deſertum viam uníus diéi. Cúmque veniſſet, & ſedéret ſubter unam juníperum, petívit ánimæ ſuæ ut moreretúr, & ait: Súfficit mihi, Dómine; tolle ánimam meam, neque enim mélior ſum quàm patres mei. Projecitque ſe, & obdormívit in umbra juníperi: & ecce Angelus Dómini tétigit eum, & dixit illi: Surge & cómede. Reſpexit; & ecce ad caput ſuum ſubcinerícius panis, & vas aquæ: comédit ergo & bibit, & rurſùm obdormívit. Reverſuſque eſt Angelus Dómini ſecundò, & tétigit eum, dixitque illi: Surge, cómede; grandis enim tibi reſtat via. Qui cùm ſurrexiſſet, comédit & bibit, & ambulávit in fortitúdine cibi illíus quadraginta diébus & quadraginta nóctibus, uſque ad montem Dei Horeb.

℟. Reſpexit Elías; & ecce ad caput ſuum ſubci-

nerícius panis, & vas aquæ: qui cùm ſurrexiſſet, comédit & bibit, & ambulávit * In fortitúdine cibi illíus uſque ad montem Dei. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. * In fortitúdine. Glória. * In fortitúdine. *III. Reg.* 19. *Joann.* 6.

IN II. NOCTURNO.

In Pſalmum Exáudiat te Dóminus, *pag.* 67.

Ant. 4. E. Memor ſit Dóminus ſacrifícii noſtri, & holocauſtum noſtrum pingue fiat.

In Pſalmum Dominus regit me, *pag.* 68.

Ant. 5. a. Parátur nobis menſa Dómini adversùs omnes qui tríbulant nos.

In Pſalmum Quemádmodùm desíderat, *p.* 104.

Ant. 6. F. In voce exultatiónis réſonent epulantes in menſa Dómini.

℣. Replébimur in bonis domûs tuæ; ℟. Sanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte. *Pſ.* 64.

Sermo ſancti Thomæ Aquinátis.

Lectio iv. Opuſc. 17. *Aliàs* 57.

IMmenſa divínæ largitátis beneficia, exhíbita pópulo Chriſtiáno inæſtimábilem ei cónferunt dignitátem. Neque enim eſt aut fuit aliquando tam grandis nátio, quæ hábeat deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter. Unigénitus síquidem Dei Fílius, ſuæ divinitátis volens nos eſſe partícipes, natúram noſtram aſſumpſit; ut hómines deos fáceret factus homo. Et hoc ínſuper quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis cóntulit ad ſalútem. Corpus namque ſuum pro noſtra reconciliatióne in ara crucis hóſtiam óbtulit Deo Patri: ſánguinem ſuum fudit in prétium ſimul & lavácrum, ut redempti à miſerábili ſervitúte, à peccátis ómnibus mundarémur. Ut autem tanti benefícii jugis in nobis manéret memória, corpus ſuum in cibum, & ſánguinem ſuum in potum, ſub ſpécie panis & vini ſumendum, fidélibus derelíquit.

℟. Dixit Jeſus Judæis: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. * Litigábant ergo ad ínvicem, dicentes: Quómodò poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? ℣. Locútus eſt pópulus contra Dóminum: Anima noſtra náuſeat ſuper cibo iſto levíſſimo. * Litigábant. *Joann.* 6. *Num.* 21.

Lectio v.

O Pretióſum & admirandum convívium,

ı, & omni ſua-
étum! Quid e-
ınvívio pretió-
eſt; in quo non
lórum & hircó-
im in lege; ſed
:ndus propóni-
ıs verus Deus?
ſacramento mi-
n ipſo namque
.num in corpus
:m Chriſti ſub-
convertuntur:
hriſtus Deus, &
fectus ſub mó-
& vini ſpécie
. Manducátur
délibus, ſed mí-
átur; quinimò,
:amento, ínte-
uálibet diviſió-
ula perſevérat.
. autem ſine ſub-
ódem exiſtunt:
um hábeat, dum
viſibíliter súmi-
liénâ ſpécie oc-
& ſenſus à de-
:ddantur immú-
de accidéntibus
bi notis.
ıántibus diſcípu-
t Jeſus panem,
dixit ac fregit,
is, & ait: Accí-
médite; hoc eſt
:um. ℣. Panem
eis; panem An-
nandúcávit ho-
:dixit. *Matth.* 26.

Lectio vj.

NUllum étiam Sacramentum eſt iſto salúbrius, quo purgantur peccáta, virtútes augentur, & mens ómnium ſpirituálium chariſmatum abundántiâ impinguátur. Offertur in Ecclésia pro vivis & mórtuis; ut ómnibus proſit, quod eſt pro ſalúte ómnium inſtitútum. Suavitátem dénique hujus ſacramenti nullus exprímere ſufficit, per quod ſpirituális dulcédo in ſuo fonte guſtátur, & recólitur memória illíus quam in ſua paſſióne Chriſtus monſtrávit, excellentíſſimæ caritátis. Unde ut árctiùs hujúſmodi caritátis imménſitas fidélium córdibus infigerétur, in última Cœna, quando, Paſchâ cum diſcípulis celebráto, tranſitúrus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc ſacramentum inſtituit, tanquam paſſiónis ſuæ memoriále perenne, figurárum véterum impletívum, miraculórum ab ipſo factórum máximum, & de ſua contriſtátis abséntia ſolátium ſinguláre.

℟. Accípiens Jeſus cálicem, grátias egit, & dedit illis dicens: * Bíbite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamen-

ti, qui pro multis effundé-
tur in remiſſiónem pecca-
tórum. ℣. Hic eſt ſanguis
fœderis quod pépigit Dó-
minus vobiſcum. * Bíbite.
Glória.*Bíbite. *Matth.* 26.
Exod. 24.

IN III. NOCTURNO.

In Pſalmum Júdica me,
Deus, & diſcerne, *p.* 105.
Ant. 7. a. Introíbo ad
altáre Dei,ad Deum qui læ-
tíficat juventútem meam.
In Pſalmum Exultáte
Deo adjutóri noſtro,*p.* 105.
Ant. 8. g. Cibávit nos
Dóminus ex ádipe frumen-
ti, & de petra melle ſatu-
rávit nos.
In Pſalmum Quàm di-
lecta, *pag.* 106.
Ant. 6. F. Ex altári tuo,
Dómine, Chriſtum súmi-
mus, in quem cor & caro
noſtra exultant.
℣. Juſti epulentur, &
exultent in conſpectu Dei,
℟. Et delectentur in lætí-
tia. *Pſ.* 67.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Joannem.
Lectio vij. Cap. 6.

IN illo témpore: Dixit
Jeſus Judæis: Caro mea
verè eſt cibus, & ſanguis
meus verè eſt potus. Qui
mandúcat meam carnem,
& bibit meum ſánguinem,
in me manet, & ego in illo.
Et réliqua.

Homília ſancti I
Epíſcopi.
De Trinit. Libr. 8
& ſeq. Edit. Ben

SI verè carnem c
noſtri Chriſtus
pſit, & verè homo
ex María natus fui
ſtus eſt, noſque v
myſtério carnem c
ſui súmimus; (&
unum érimus, qui
in eo eſt, & ille in
quómodò voluntá
tas aſſéritur, cùm
lis per Sacramentu
príetas perfectæ Sa
tum ſit unitátis? N
humáno aut sécul
in Dei rebus loquen
Quæ ſcripta ſunt
mus: & quæ leg
intelligámus; & t
fectæ fídei offício
mur. De naturáli
nobis Chriſti verit
dícimus, niſi ab
cimus, ſtultè atqu
dícimus. Ipſe eni
Caro mea verè eſ
& Sanguis meus v
potus: qui edit
meam, & bibit sán
meum, in me ma
ego in eo. De verit
nis & sánguinis n
ctus eſt ambigendi
Nunc enim & ipsí
mini profeſſióne,
noſtrâ, verè caro
verè ſanguis eſt.

: atque hauſta id
ıt, ut & nos in
, & Chriſtus in no-
Anne hoc véritas
? Contingat planè
um non eſſe, qui
m Jeſum verum
um dénegant.
ur manducat meam
, & bibit meum
ıem, * In me ma-
ego in illo. ℣. Non
tio tam grandis
beat Deos appro-
ntes ſibi, ſicut Deus
adeſt nobis. * In me
Joann. 6. Deut. 4.
Lectio viij.
ergo in nobis ipſe
carnem, & ſumus
, dum ſecum hoc
nos ſumus, in Deo
iàm autem in eo per
ıentum communicà-
nis & ſánguinis ſi-
ſe teſtátur; dicens:
nundus me jam non
vos autem me vidé-
quóniam ego vivo;
vivétis; quóniam
Patre meo, & vos
, & ego in vobis.
untátis tantùm uni-
intélligi vellet, cur
ri quemdam atque
m conſummandæ u-
expóſuit, niſi ut
lé in Patre per natú-
ivinitátis eſſet, nos
in eo per corporá-
us nativitátem, &
rsùm in nobis per

Sacramentórum ineſſe myſtérium crederétur: ac ſic perfecta per Mediatórem únitas docerétur, cùm nobis in ſe manéntibus ipſe manéret in Patre, & in Patre manens manéret in nobis, & ita ad unitátem Patris proficerémus; cùm qui in eo naturáliter ſecundùm nativitátem ineſt, nos quoque in eo naturáliter ineſſémus, ipſo in nobis naturáliter permanente.

℟. Quóniam unus panis, * Unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participámus. ℣. Paraſti in dulcédine tua páuperi, Deus, qui habitáre facis unánimes in domo. * Unum. Glória. *Repetitur* ℟. Quóniam. *uſque ad* ℣. *I. Cor. 10. Pſ. 67.*

Lectio ix.

QUàm autem naturális in nobis hæc únitas ſit, ipſe ita teſtátus eſt: Qui edit carnem meam, & bibit ſánguinem meum, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fúerit: ejus tantùm in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam súmpſerit. Perfectæ autem hujus unitátis Sacramentum ſupériùs jam docúerat, dicens: Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo per Patrem; & qui man-

ducáverit meam carnem, & ipſe vivet per me. Vivit ergo per Patrem; &, quómodò per Patrem vivit, eódem modo nos per carnem ejus vívimus. Omnis enim comparátio ad intelligéntiæ formam præsúmitur; ut id dè quo ágitur, ſecundùm propóſitum exemplum aſſequátur. Hæc ergo vitæ noſtræ cauſa eſt, quòd in nobis carnálibus manentem per carnem Chriſtum habémus, victúris nobis per eum, eâ conditióne quâ vivit ille per Patrem. Si ergo nos naturáliter ſecundùm carnem per eum vívimus, id eſt, natúram carnis ſuæ adepti; quómodò non naturáliter ſecundùm ſpíritum in ſe Patrem hábeat, cùm vivat ipſe per Patrem?

Te Deum.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona. 1. G.

SApiéntia ædificávit ſibi domum, míſcuit vinum, & propóſuit menſam ſuam. *Prov.* 9.

Ant. 2. D. Angelórum eſcâ nutriviſti pópulum tuum, & panem de cœlo præſtitiſti illis. *Sap.* 16.

Ant. 3. c. Pinguis eſt panis ejus, & præbébit delícias régibus. *Gen.* 49.

Ant. 4, d. Su
tua.

Canticum. Pro

SApiéntia ædifi
domum, * ex
lumnas ſeptem.

Immolávit victi
*míſcuit vinum,&
ſuit menſam ſuam

Miſit ancillas
vocárent ad arcem
ad mœnia civitáti

Si quis eſt pa
véniat ad me.

Et inſipiéntibu
eſt: * Veníte, c
panem meum, &
vinum quod míſc

Relínquite infá
vívite, * & ambu
vias prudéntiæ.

Princípium ſapi
mor Dómini, * &
ſanctórum prudén

Per me enim mu
buntur dies tui,
dentur tibi anni v

Idem Canticum
per Octavam.

Ant. Subſtántia
mine, dulcédine
quam in fílios h
ſtendébat. *Sap.* 16

Ant. 5. a. Vince
manna abſcóndit
nomen novum. *A*

Capitulum. Ap

ECce ſto ad ó
pulſo: ſi quis
vocem meam, &
rit mihi jánuam,

a, & cœnábo cum
ipſe mecum.
Hymnus.
RBUM ſupernum
pródiens,
tris linquens déx-
am,
s ſuum éxiens,
d vitæ véſperam.
ortem à diſcípulo
dendus æmulis,
vitæ férculo
dit diſcípulis.
ıus ſub bina ſpécie
ı dedit & Sángui-
m,
licis ſubſtántiæ
cibáret hóminem.
ſcens dedit ſócium,
cens in edúlium,
ens in prétium,
nans dat in præ-
um.
utáris Hóſtia,
æli pandis óſtium,
remunt hoſtília,
ur, fer auxílium.
trinóque Dómino,
piterna glória;
tam ſine término,
donet in pátria.
ıen.
cut ádipe & pingué-
pleátur ánima mea,
lábiis exultatiónis
it os meum. *Pſ.* 62.
Bened. *Ant.* 1. D.
um panis vivus qui
o deſcendi: ſi quis
cáverit ex hoc pa-
vet in æternum; al-
Joann. 6.

Oratio.

DEus, qui nobis, ſub Sacramento mirábili, paſſiónis tuæ memóriam reliquiſti, tríbue, quæſumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus; Qui vivis.

A D H O R A S.

In fine Hymnorum dicitur Doxologia ſequens, & ſic per Octavam.

Qui carne nos paſcis tuâ,
Sit laus tibi, Paſtor bone,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriuſque Spíritus.
Amen.

Pſalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 1. G. Sapiéntia.

In ℟. br. ℣. Cujus caro verè eſt cibus, & ſanguis verè eſt potus. *Joann.* 6.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 13. *de Euchar. Can.* 6.

SI quis díxerit, in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum Unigénitum Dei Fílium non eſſe, cultu latríæ, étiam externo, adorandum; atque ídeò nec feſtívâ peculiári celebritáte venerandum, neque in Proceſſiónibus, ſecundùm laudábilem & univerſálem Eccléſiæ ſan-

ctæ ritum & conſuetúdinem ſolémniter circumgeſtandum, vel non públicè, ut adorétur, pópulo proponendum, & ejus adoratóres eſſe idololátras; anáthema ſit.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Angelórum.

Capitulum. I. Cor. 10.

UT prudéntibus loquor; vos ipſi judicáte quod dico: Calix benedictiónis cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Chriſti eſt? & panis quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini eſt?

℟. *br.* Paraſti in conſpectu meo menſam: * Allelúia, allelúia. ℣. Et calix meus inébrians quàm præclárus eſt! * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Paraſti. *Pſ.* 22.

℣. Altária tua, Dómine virtútum! ℟. Beáti qui hábitant in domo tua! *Pſ.* 83.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Pinguis eſt.

Capitulum. I. Cor. 11.

QUotieſcumque manducábitis panẽ hunc, & cálicem bibétis; mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. *br.* Pane cœli ſaturávit eos: * Allelúia, allelúia. ℣. Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ. * Allelúia, allel. Glória. ℟ *Pſ.* 104.

℣. Confiteántur no mirabília ejus, ℟ ánimam inánem bonis. *Pſ.* 106.

AD NONA

Ant. 5. a. Vince

Capitulum. I. Co

QUicumque m verit panem vel bíberit cálicem ni indignè, reus eri ris & sánguinis I Probet autem ſeip mo, & ſic de p edat, & de cálice l

℟. *br.* Innocen bus & mundo co Allelúia, allelúia accípiet benedicti Dómino. * Allelúi lúia. Glória. ℟. In *Pſ.* 23.

℣. Lavábo int centes manus mea circúmdabo altáre Dómine. *Pſ.* 25.

AD II. VESP

In Pſalmum D minus, *p.* 28.

Antiphona. 1

JUrávit Dóminu pœnitébit eum ſacerdos in æternu dùm órdinẽ Melc

In Pſalmum C tibi, Dómine, ... lio juſtórum, *p.*

Ant. 2. D. M fecit mirabílium miséricors & n

s ; eſcam dedit ti-
s ſe..
ſalmum Crédidi ,
quod locútus ſum ,

. a. Cálicem ſalu-
ípiam , & ſacrifi-
ſtiam laudis.
ſalmum Beáti om-
timent Dóminum ,

4. E. Fílii tui ſicut
olivárum in cir-
enſæ tuæ.
ſalmum Lauda , Je-
, Dóminum , p. 83.
5. a. Póſuit fines
em , & ádipe fru-
tiat te Dóminus.
ulum. I. Cor. 11.
accépi à Dómino
d & trádidi vobis ,
n Dóminus Jeſus
nocte tradebátur ,
panem , &, grátias
fregit , & dixit :
: & manducáte ; hoc
us meum quod pro
adétur : hoc fácite
n commemoratió-

n. Pange , lingua ,
Veſperis. p. 186.
nem de cœlo præ-
is , ℟. Omne de-
ntum in ſe haben-

lagníf. Ant. 5. C.
n convívium , in
iſtus ſúmitur , re-
memória paſſiónis
ens implétur grá-

tiâ ; & futúræ glóriæ nobis pignus datur ; allelúia.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

DIEBUS
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI.
Semiduplex.

AD MATUTINUM.

Invitat. & Hymn. ut in die, p. 187. Pſalmi de Feria ſub tribus Antiphonis quæ ſumuntur cum ſuo ℣. *è tribus Nocturnis diei, alternatim, ſecundùm Feriam. Lectiones &* ℟ ℟. *ut aſſignantur pro qualibet die.*

AD LAUDES.

Pſalmi de Feria , cum Cantico de die , ſub unica Ant. 4. d. Subſtántia , *quæ eſt quarta de Laudibus. Cætera ut in die.*

AD HORAS.

Pſalmi de Feria. Reliqua ut in die , excepto Canone.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Feria ſub unica Ant. 1. J. Jurávit. *quæ eſt prima II. Veſperarum. Cætera ut in die.*

FERIA SEXTA
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 5.

PHiliſthiim tulérunt arcam Dei , & aſportavérunt eam à Lápide ad-

jutórii in Azótum : tulerúntque Philísthiim arcam Dei , & intulérunt eam in templum Dagon , & ſtatuérunt eam juxta Dagon. Cúmque ſurrexiſſent dilúculo Azótii álterâ die ; ecce Dagon jacébat pronus in terra ante arcam Dómini : & tulérunt Dagon , & reſtituérunt eum in locum ſuum. * Rursúmque manè die álterâ conſurgentes, invenérunt Dagon jacentem ſuper fáciem ſuam in terra coram arca Dómini : caput autem Dagon , & duæ palmæ mánuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen: porrò Dagon ſolus truncus remánſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdótes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum ejus , ſuper limen Dagon in Azóto , uſque in hodiernum diem. Aggraváta eſt autem manus Dómini ſuper Azótios , & demolítus eſt eos: & percuſſit in ſecretióri parte nátium Azótum , & fines ejus. Et ebulliérunt villæ & agri in médio regiónis illíus , & nati ſunt mures , & facta eſt confúſio mortis magnæ in civitáte. ** Videntes autem viri Azótii hujuſcémodi plagam , dixérunt : Non máneat arca Dei Iſrael apud nos : quóniam dura eſt manus ejus ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum. Et mittentes congregavérunt omnes ſátrapas Philiſthinórum ad ſe , & dixérunt : Quid faciémus de arca Dei Iſrael ? Reſponderúntque Getthæi : Circumducátur arca Dei Iſrael. Et circumduxérunt arcam Dei Iſrael. Illis autem circumducéntibus eam , fiébat manus Dómini per ſíngulas civitátes interfectiónis magnæ nimis.

℟. Dixit Jeſus, *p.* 190.

Sermo ſancti Ignátii Epiſcopi Antiochéni & Mártyris.

Ex Epiſt. ad Smyrn. §. 6. 7. & 8.

Lectio ij.

Conſideráte eos qui aliénam opiniónem tuentur contra grátiam Jeſu Chriſti , quæ ad nos venit , quómodò contrárii ſint ſenténtiæ Dei. De caritáte non eſt cura ipſis. . . . Ab Euchariſtia & oratióne ábſtinent ; eò quòd non confiteantur Euchariſtiam carnem eſſe Servatóris noſtri Jeſu Chriſti , quæ pro peccátis noſtris paſſa eſt , quam Pater ſuâ benignitáte ſuſcitávit. Qui ergo contradícunt huic dono Dei , altercantes moriuntur. . . . Omnes

um ſequímini, ut
riſtus Patrem: &
rium, ut Apóſto-
iconos autem re-
ni, ut Dei man-
Sine Epíſcopo ne-
quam fáciat eórum
cclésiam ſpectant.
charíſtia habeátur
ſub Epíſcopo fúe-
cui ipſe concéſſe-
comparúerit Epíſ-
i & multitúdo ſit:
nodùm ubi fúerit
Jeſus, ibi Cathó-
cclésia. Non licet
copo neque bapti-
que ágapen cele-
quodcumque ille
rit, hoc & Deo
lácitum: ut tutum
e ſit quodcumque
...
cípiens, p. 191.
ſancti Irenæi Epí-
& Mártyris ad-
rsùs hæreſes.
. c. 17. & 18.
Lectio iij.
ſtus eum qui ex
túra panis, accé-
rátias egit dicens:
meum corpus. Et
ſimíliter, qui eſt
atúra quæ eſt ſe-
nos, ſánguinem
nfeſſus eſt, & no-
nenti novam dó-
tiónem, quam Ec-
Apóſtolis accí-
n univerſo mundo
eo, *ei qui alimen*-ta nobis præſtat... Quómodò autem conſtábit eis, cum panem in quo grátiæ actæ ſint, corpus eſſe Dómini ſui, & cálicem ſánguinis ejus, ſi non ipſum fabricatóris mundi Filium dicant, id eſt Verbū ejus?... Quómodò autem rursùs dicunt carnem in corruptiónem devenire, & non percípere vitam quæ córpore Dómini & ſánguine álitur? Ergo aut ſenténtiam mutent, aut abſtíneant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem cónſonans eſt ſenténtia Eucharíſtiæ, & Eucharíſtia rursùs confírmat ſenténtiam noſtram... Quemádmodùm enim qui eſt à terra panis percípiens invocatiónem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Eucharíſtia ex duábus rebus conſtans, terrénâ & cœleſti; ſic & córpora noſtra percipiéntia Eucharíſtiam, jam non ſunt corruptibília, ſpem reſurrectiónis habéntia.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 13. *de Euchar. Can.* 1.

Si quis negáverit, in ſanctíſſimæ Eucharíſtiæ Sacramento continéri verè, reáliter & ſubſtantiáliter corpus & ſánguinem unà cum ánima & divinitáte *Dómini* noſtri Jeſu Chri-

ſti, ac proindè totum Chriſtum; ſed dixerit tantùmmodò eſſe in eo ut in ſigno, vel figúrâ aut virtúte; anáthema ſit.

SABBATO
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI.

De libro primo Regum.
Lectio j. Cap. 6.

FUit arca Dómini in regióne Philiſthinórum ſeptem ménſibus. Et vocavérunt Philiſthiim ſacerdótes & divínos, dicentes: Quid faciémus de arca Dómini? indicáte nobis quómodò remittámus eam in locum ſuum. Qui dixérunt: Si remíttitis arcam Dei Iſrael, nolíte dimíttere eam vácuàm, ſed quod debétis, réddite ei pro peccáto, & tunc curabímini: & ſciétis quare non recédat manus ejus à vobis. Qui dixérunt: Quid eſt quod pro delicto réddere debeámus ei? Responderúntque illi: Juxta númerum provinciárum Philiſthinórum, quinque anos áureos fáciétis, & quinque mures áureos: quia plaga una fuit ómnibus vobis & ſátrapis veſtris. * Quare aggravátis corda veſtra, ſicut aggravávit Ægyptus, & Phárao cor ſuum? nonne poſtquàm percuſſus eſt, tunc dimíſit eos, & abiérunt? Nunc ergo arrípite, & fácite plauſtrum novum unum: & duas vaccas fœtas quibus non eſt impóſitum jugum, júngite in plauſtro; & reclúdite vítulos eárum domi. Tolletíſque arcam Dómini, & ponétis in plauſtro: & vaſa áurea quæ exolviſtis ei pro delicto, ponétis in capſellam ad latus ejus; & dimíttite eam ut vadat. ** Et aſpiciétis: & ſi quidem per viam fínium ſuórum aſcénderit contra Béthſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande; ſin autem mínimè, ſciémus quia nequáquam manus ejus tétigit nos, ſed caſu áccidit. Fecérunt ergo illi hoc modo.

℞. Qui mandúcat meam carnem *p.*, 193.

Sermo ſancti Cyrilli Hieroſolymitáni Epíſcopi.
Catecheſ. Myſtagog. 4. §. 1. 2. 3. Edit. Bened.
Lectio ij.

HÆc ſola beáti Pauli inſtitútio abundè ſufficiens eſt, ut certam vobis de divínis myſtériis fidem fáciat: quibus digni hábiti, concorpórei, & conſangues Chriſti facti eſtis. Ille enim modò clamábat quòd in ea nocte quâ tradebátur Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, ſumpto pane, & grátiis actis, fregit, & dedit diſcípulis ſuis di-

ccípite, & mandu-
ıc eſt corpus meum.
ıpto cálice, ac grá-
s, dixit: Accípite,
; hic eſt ſanguis
:ùm ígitur ipſe pro-
'erit & díxerit de
Hoc corpus eſt
quis audébit dein-
ubígere? Et cùm
everáverit & díxe-
: meus eſt ſanguis;
ıquam dubitáverit,
on eſſe ejùs ſángui-

uóniam unus panis,
ʒ..

Lectio iij.

Ɔuam olim in vi-
ım quod sánguini
eſt, in Cana Gali-
ınſmutávit: & eum
dignum exiſtimá-
cui credámus, cùm
in ſánguinem tranſ-
it? Ad núptias cor-
s vocátus, ſtupen-
ıoc miráculum effé-
k non eum multò
fíliis thálami nup-
corpus ſuum & ſán-
n fruenda donaſſe
:bimur? Quare cum
)erſuaſióne tanquam
;& ſánguinem Chri-
ı ſumámus. Nam in
panis datur tibi cor-
k in figúra vini da-
)i ſanguis; ut, cùm
ēris corpus & ſán-
m Chriſti, concor-
s & conſanguis ipſi

efficiáris. Sic étenim Chri-
ſtíferi effícimur, diſtri-
búto in membra noſtra
córpore ejus & ſánguine;
ſic, juxta beátum, Petrum,
divínæ ſimus conſortes na-
túræ.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *de Euchariſtia.*

Can. 2.

SI quis díxerit in ſacro-
ſancto Euchariſtiæ Sa-
cramento remanére ſub-
ſtántiam panis & vini una
cum córpore & ſánguine
Dómini noſtri Jeſu Chri-
ſti; negaverítque mirábi-
lem illam & ſingulárem
converſiónem totius ſub-
ſtántiæ panis in corpus,
& totíus ſubſtántiæ vini in
ſánguinem, manéntibus
duntaxat ſpeciébus panis &
vini; quam quidem con-
verſiónem Cathólica Ec-
cléſia aptíſſimè Tranſſub-
ſtantiatiónem appellat;
anáthema ſit.

ADVESPERAS.

Duplex.

Pſalmi de Sabbato, Antiphona & alia ut in I. Veſperis Feſti, omiſſo Reſponſorio.

Oratio, ut infrà ad Laudes, pag. 106.

Non fit alia Commemoratio Octavæ.

DOMINICA
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI,
Quæ eſt II. poſt Pentecoſten.
AD MATUTINUM.

Invitat. & Hymn. ut in die. Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Melchíſedech rex Salem próferens panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei altíſſimi, benedixit Abrahæ. *Gen.* 14.

℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, ℟. Quam abſcondiſti timéntibus te! *Pſ.* 30.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 6.

PErcuſſit Dóminus de viris Bethſamítibus, eò quòd vidiſſent arcam Dómini: & percuſſit de pópulo ſeptuaginta viros, & quinquaginta míllia plebis. Luxitque pópulus, eò quòd Dóminus percuſſiſſet plebem plagâ magnâ. Et dixérunt viri Bethſamítæ: Quis póterit ſtare in conſpectu Dómini Dei ſancti hujus? & ad quem aſcendet à nobis? Miſerúntque núntios ad habitatóres Cariathíarim, dicentes: Reduxérunt Philíſthiim arcam Dómini; deſcéndite, & redúcite eam ad vos.

℟. Immolábit, *p.* 188.

Lectio ij. Cap. 7.

VEnérunt ergo viri Cariathíarim, & reduxérunt arcam Dómini, & intulérunt eam in domum Abínadab in Gábaa: Eleázarum autem fílium ejus ſanctificavérunt, ut cuſtodíret arcam Dómini. Et factum eſt, ex qua die manſit arca Dómini in Cariathíarim, multiplicáti ſunt dies, erat quippe jam annus vigéſimus, & requiévit omnis domus Iſrael poſt Dóminum. Ait autem Sámuel ad univerſam domum Iſrael dicens: Si in toto corde veſtro revertímini ad Dóminum, auferte deos aliénos de médio veſtrî, Báalim & Aſtaroth: & præparáte corda veſtra Dómino, & ſervíte ei ſoli, & éruet vos de manu Philíſthiim. Abſtulérunt ergo filii Iſrael Báalim & Aſtaroth, & ſerviérunt Dómino ſoli.

℟. Appáruit, *p.* 189.

Lectio iij.

AUdiérunt Philíſthiim quòd congregáti eſſent filii Iſrael in Maſphath, & aſcendérunt sátrapæ Philiſthinórum ad Iſrael. Quod cùm audiſſent filii Iſrael, timuérunt à fácie Philiſthinórum, dixerúntque ad Samuélem: Ne ceſſes pro nobis clamáre ad Dóminum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiſthinórum. Tulit autem Sámuel agnum lactentem unum, & óbtulit illum holocauſtum

integrum Dómino: & clamávit Sámuel ad Dóminum pro Iſrael, & exaudívit eum Dóminus. Factum eſt autem, cùm Sámuel offerret holocauſtum, Philíſthiim iniére prælium contra Iſrael: intónuit autem Dóminus fragóre magno in die illa ſuper Philíſthiim, & extérruit eos, & cæſi ſunt à fácie Iſrael.

℟. Reſpexit, *pag.* 189.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. d. Patres noſtri manducavérunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis manducáre. *Joann.* 6.

℣. Replébimur in bonis domûs tuæ; ℟. Sanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte. *Pſ.* 64.

Ex Apológia ſancti Juſtíni Mártyris pro Chriſtiánis.

Apologia 1. *ad Antoninum Pium. Ed. Bened.* 65. 66. & 67.

Lectio iv.

Offertur ei qui frátribus præeſt, panis & póculum aquæ & vini: quibus ille acceptis, laudem & glóriam rerum ómnium Patri, per nomen Fílii & Spíritûs ſancti offert; & Euchariſtiam ſeu gratiárum actiónem, pro his ab illo acceptis donis prolixè exéquitur. Atque ubi ille preces & Euchariſtiam abſolvit, pópulus omnis qui adeſt, fauſtâ approbatióne acclámat dicens: Amen. Amen autem Hebræâ linguâ, idem valet ac Fiat. Præſidens verò poſtquam gratiárum actiónem perfécit, & pópulus univerſus apprecatióne lætâ comprobávit; qui apud nos Diáconi vocantur, eam diſtríbuunt unicuíque præſéntium, ut partícipet eum in quo grátiæ actæ ſunt, panem, vinum & aquam; & ad abſentes pérferunt.

℟. Dixit Jeſus, *p.* 190.

Lectio v.

Porrò alimentum hoc apud nos appellátur Euchariſtia, quod nulli álii participáre lícitum eſt, quàm ei qui veram eſſe noſtram doctrinam credit, quique lavácro propter remiſſiónem peccatórum regeneratiónémque dato ablútus eſt, & qui ita vivit ut Chriſtus trádidit. Neque enim ut commúnem panem, neque ut commúnem potum iſta súmimus: ſed quemádmodùm per verbum Dei caro factus Jeſus Chriſtus, Salvátor noſter, & carnem & ſánguinem ſalútis noſtræ causâ hábuit; ita étiam, eam in qua per preces Verbi ejus ab ipſo profecti grátiæ ſunt actæ, alimó-

niam, unde ſanguis & carnes noſtræ per mutatiónem aluntur, incarnáti Illíus Jeſu carnem & ſánguinem eſſe edocti ſumus. Apóſtoli enim in commentáriis ſuis quæ Evangélia vocantur, ita tradidérunt præcepiſſe ſibi Jeſum; eum ſcilicet, accepto pane, cùm grátias egiſſet, dixiſſe: Hoc fácite in meam commemoratiónem: hoc eſt corpus meum: & póculo ſimíliter accepto, actíſque grátiis, dixiſſe: Hic eſt Sanguis meus.

℞. Cœnántibus, *p.* 191.

Lectio vj. Paulò pòſt.

IN ómnibus, quas offérimus, oblatiónibus, benedicendo laudámus creatórem ómnium, per Fílium ejus Jeſum Chriſtum, & per Spíritum ſanctum. Et die qui dícitur Solis, ómnium qui vel in óppidis, vel in agris manent, in eumdem locum conventus fit: & commentária Apoſtolórum, aut ſcripta Prophetárum, quámdiu licet per tempus, leguntur. Deinde ubi lector déſiit, is qui præeſt, oratiónem quâ pópulum inſtruit, & ad imitatiónem tam pulchrárum rerum exhortátur, habet. Tum conſúrgimus omnes, & preces fúndimus: atque, ut jam díximus, précibus peractis, panis offertur, & vinum & aqua: & qui præeſt, preces & gratiárum actiónes totis víribus emittit; populúſque acclámat dicens: Amen. Et diſtribútio communicatióque fit eórum in quibus grátiæ ſunt actæ, cuíque præséntium: abséntibus autem per Diáconos míttitur. Quibus cópiæ ſúppetunt, ii, pro arbítrio quiſque ſuo, quod viſum eſt, contríbuunt: & quod ita colligitur, apud Præpóſitum depónitur, ílleque inde opitulátur pupíllis, & víduis, & his qui propter morbum aut áliquam áliam cauſam egent; tum étiam iis qui in vínculis ſunt, & adveniéntibus péregrè hoſpítibus; uno verbo indigéntium is ómnium curátor eſt. Solis autem die commúniter omnes convenímus, tum quia is primus dies eſt quo Deus, cùm ténebras & matériam vertiſſet, mundum creávit; tum quia & Jeſus Chriſtus Salvátor noſter eo ipſo die à mórtuis reſurrexit.

℞. Accipiens Jeſus, *p.* 191.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Hic eſt panis de cœlo deſcendens; ut ſi quis ex ipſo manducáverit, non moriátur. *Joann.* 6.

℣. Juſti epuléntur, & exúltent in conſpectu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia. *Pſ. 67.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 14.

IN illo témpore: Dixit Jeſus cuídam de ſimul diſcumbéntibus cum ipſo in domo príncipis Phariſæórum: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epiſcopi.

Expl. in Pſ. 118. Serm. 18. Edit. Bened. §. 26.

JAm menſæ cœleſtis honóre ſuſcípior: épulis meis non plúvia undátur, non terræ partus labórat, non árborum fructus: pótui meo non flúmina quærenda, non fontes: Chriſtus mihi cibus, Chriſtus mihi potus: caro Dei cibus mihi, & Dei ſanguis potus eſt mihi. Non jam ad ſatietátem meî ánnuos expécto provéntus: Chriſtus mihi quotídiè miniſtrátur. Non verébor, ne qua mihi eum cœli intempéries, aut ſterílitas ruris imminuat, ſi pii cultûs diligéntia perſevéret. Non jam coturnícum plúvias mihi opto deſcéndere quas antè mirábar: non manna quod antè cibis ómnibus præferébam; quia, qui manna manducavérunt, patres eſuriérunt. Meus cibus eſt, quem ſi quis manducáverit, non eſúriet: meus cibus eſt qui non corpus impinguat, ſed confirmat cor hóminis.

℟. Homo quidam fecit cœnam magnam, & miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dícere invitátis ut veníſrent; * Quia jam paráta ſunt ómnia. ℣. Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod míſcui vobis. * Quia. *Luc. 14. Prov. 9.*

Lectio viij. §. 28.

DOminus panem quem dat ómnibus, dat quotídiè, dat ſemper. In te ipſo eſt, ut accípias hunc panem: accéde ad hunc panem, & accípies eum. De hoc pane dictum eſt: Omnes qui elongant ſe abs te, períbunt. Si te elongáveris ab eo, períbis: ſi appropinquáveris ad eum, vives. Hic eſt panis vitæ; qui ergo vitam mandúcat, mori non poteſt. Quómodò enim moriétur, cui cibus vita eſt? Quómodò defíciet, qui habúerit vitálem ſubſtántiam? Accédite ad eum, & ſatiámini; quia panis eſt: accédite ad eum, & potáte; quia fons eſt: accédite ad eum, & illuminámini; quia lux

eſt : accédite ad eum, & liberámini; quia ubi Spíritus Dómini, ibi libertas : accédite ad eum, & abſolvímini; quia remíſſio peccatórum eſt. Quis ſit iſte quæritis ? Audíte ipſum dicentem : Ego ſum panis vitæ : qui venit ad me, non eſúriet; & qui credit in me, non ſítiet unquam.

℟. Irátus paterfamílias, dixit ſervo ſuo : * Exi citò in platéas & vicos civitátis; & páuperes ac débiles, & cæcos & claudos intróduc huc. ℣. Si quis eſt párvulus, véniat ad me. * Exi citò. Glória. * Exi. *Luc.* 14. *Prov.* 9.

Lectio ix.

Libr. 5. *de Sacr. c.* 4. §. 25.

SI quotidiánus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis ? Accipe quotídiè quod quotídiè tibi proſit; ſic vive, ut quotídiè meréaris accípere. Qui non merétur quotídiè accípere, non merétur poſt annum accípere. Quòmodò Job ſanctus pro fíliis ſuis offerébat quotídiè ſacrifícium ? Ne fortè áliquid vel in corde, vel in ſermóne peccaſſent. Ergo tu audis quòd quotieſcúmque offertur ſacrifícium, mors Dómini, reſurréctio Dómini, elevátio Dómini ſignificétur & remíſſio peccatórum : & paner vitæ non quotidiá ſúmis ? Qui vulnus medicínam requíri nus eſt, quia ſub ſumus : medicína leſte & venerábil mentum.

AD LAUD

Omnia ut in die, quæ ſequuntur.

Ad Bened. *An* Ego diligentes me mélior eſt fructu auro, & lápide pre genímina mea arge cto : delíciæ meæ fíliis hóminum. *Pr*

Oratio.

DEus, qui E tuam pretióſ re & sánguine tu bíliter réficis, inf eam Spíritum vi tem, ut, cœleſtis pa tióne myſtérii, de t in terris, tecum mereátur in cœlis; vis & regnas... i te ejuſdem Spíritû Deus; per ómnia.

AD HOR

Omnia ut in Feſt ris Chriſti, exceptis & Oratione.

CANO

Ex Concílio Trid *Seſſ.* 15. *de Euchar.*

SI quis negáve venerábili Sacr Euchariſtiæ ſub u que ſpécie, & ſub

: ſpeciéi pártibus,
ône factâ, totum
a continéri; aná-
t.

I. VESPERAS.

i de Dominica.
oit. Hymn. & ℣.
'. Feſti.
agníf. Ant. 5. E.
, factum eſt ut
i, & adhuc locus
iit Dóminus ſer-
in vias & ſepes;
elle intráre, ut
ir domus mea. Luc.

, ut ſuprà ad Lau-
. 206.

Á SECUNDA
ra Octavam
ORIS CHRISTI.
o primo Regum.
io j. Cap. 8.
m eſt autem cùm
ſſet Sámuel, pó-
s ſuos júdices Iſ-
itque nomen filii
hogéniti Joel; &
ecundi Abía, jú-
Berſabée. Et non
érunt filii illíus in
: ſed declinavé-
avarítiam, acce-
le múnera, & per-
t judícium. Con-
ergo univérſi ma-
u Iſrael venérunt
iélem in Ráma-
erúntque ei: Ecce
ti, & filii tui non
t in viis tuis:
conſtítue nobis regem, ut
júdicet nos, ſicut & uni-
verſæ habent natiónes.
Diſplícuit ſermo in ócu-
lis Samuélis eò quòd di-
xiſſent: Da nobis regem,
ut júdicet nos. * Et orávit
Sámuel ad Dóminum. Di-
xit autem Dóminus ad Sa-
muélem: Audi vocem pó-
puli in ómnibus quæ lo-
quuntur tibi: non enim
te abjecérunt, ſed me, ne
regnem ſuper eos. Juxta
ómnia ópera ſua, quæ fe-
cérunt à die quâ eduxi eos
de Ægypto uſque ad diem
hanc, ſicut dereliquérunt
me, & ſerviérunt diis alié-
nis, ſic fáciunt étiam tibi.
Nunc ergo vocem eórum
audi, verúmtamen con-
teſtáre eos, & prædic eis
jus regis qui regnatúrus eſt
ſuper eos. ** Dixit ítaque
Sámuel ómnia verba Dó-
mini ad pópulum qui pe-
tíerat à ſe regem.... Nó-
luit autem pópulus audíre
vocem Samuélis, ſed di-
xérunt: Nequáquam; rex
enim erit ſuper nos, &
érimus nos quoque ſicut
omnes gentes, & judicábit
nos Rex noſter, & egre-
diétur ante nos, & pugná-
bit bella noſtra pro nobis.
Et audívit Sámuel ómnia
verba pópuli; & locútus
eſt ea in áuribus Dómini.
Dixit autem Dóminus ad
Samuélem: Audi vocem

eórum, & conſtítue ſuper eos regem. Et ait Sámuel ad viros Iſrael: Vadat unuſquíſque in civitátem ſuam.

℟. Immolábit agnum, *pag.* 188.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Myſtériis.

Lectio ij. Cap. 9.

Fortè dicas: Aliud vídeo; quómodò tu mihi ásſeris quòd Chriſti corpus accípiam? . . . . Probémus non hoc eſſe quod natúra formávit, ſed quod benedíctio conſecrávit: majorémque vim eſſe benedictiónis quàm natúræ; quia benedictióne étiam natúra ipſa mutátur. Virgam tenébat Móyſes; projécit eam, & facta eſt ſerpens. Rursùs prehendit caudam ſerpentis, & in virgæ natúram revertit. Vides ígitur prophéticâ grátiâ bis mutátam eſſe natúram & ſerpentis & virgæ? Sub Eliſæo Prophéta, uni ex fíliis Prophetárum excuſſum eſt ferrum de ſecúri, & ſtatim merſum eſt. Rogávit Eliſæum, qui amíſerat ferrum; miſit étiam Eliſæus lignum in aquam; & ferrum natávit. Utique & hoc præter natúram factum cognóſcimus; grávior eſt enim ferri ſpécies, quàm aquárum liquor. Advértimus ígitur ſ
eſſe virtútis grátian
natúram; & adh
men prophéticæ b
ctiónis numerámu
tiam? Quòd ſi tant
fuit humána benedí
natúram convérter
dícimus de ipſa co
tióne divína, ubi
ipſa Dómini ſalva
perantur? Nam ſac
tum iſtud quod. á
Chriſti ſermóne c
tur.

℟. Reſpexit, *pa*

Lectio iij.

De totíus mund
bus legiſti: Q
dixit, & facta ſunt
mandávit, & creá
Sermo ergo Chriſti
tuit ex nihilo fácer
non erat, non poteſt
ſunt, in id mutár
non erant? Non en
nus eſt novas rebu
quàm mutáre natúr
quid arguméntis u
Suis utámur exe
incarnationíſque e
aſtruámus myſtérii
tem. Numquid natú
præceſſit, cùm Jeſu
nus ex María naſc
Liquet ígitur quòd
natúræ órdinem V
nerávit. Et hoc qu
fícimus corpus, e
gine eſt: quid hîc
natúræ órdinem in

e, cùm præter na-
ſit ipſe Dóminus
partus ex Vírgine?
itique caro Chriſti
ucifixa eſt, quæ ſe-
ſt: verè ergo car-
is ſacramentum eſt.
amat Dóminus Je-
oc eſt corpus meum.
benedictiónem ver-
cœléſtium ália ſpé-
minátur; poſt con-
ónem corpus ſigni-
Ipſe dicit sángui-
um. Ante conſecra-
álíud dícitur, poſt
atiónem ſanguis
átur. Et tu dicis:
; hoc eſt, Verum
uod os lóquitur,
interna fateátur:
rmo ſonat, affectus
.

ANON.

ncílio Tridentino.
1551. Seſſ. 13. de
uchar. Can. 4.

uis díxerit, peractâ
ſecratióne in admi-
Eucharíſtiæ Sacra-
, non eſſe corpus &
nem Dómini noſtri
hriſti, ſed tantùm
dum ſúmitur, non
antè vel poſt, &
tiis ſeu partículis
átis quæ, poſt com-
nem, reſervantur
perſunt, non rema-
rpus Dómini; aná-
ſit.

FERIA TERTIA
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI.

De libro primo Regum.
Lectio j. Cap. 9.

ERat vir de Bénjamin nómine Cis, fílius Abíel, fílii Seror, fílii Béchorath, fílii Aphía, fílii viri Jémini, fortis róbore. Et erat ei fílius vocábulo Saül, electus & bonus: & non erat vir de fíliis Iſrael mélior illo; ab húmero & ſursùm eminébat ſuper omnem pópulum. Períerant autem áſinæ Cis patris Saül; & dixit Cis ad Saül fílium ſuum: Tolle tecum unum de púeris, & conſurgens vade, & quære áſinas. Qui cùm tranſiſſent per montem Ephraim, & per terram Sáliſa, & non inveniſſent, tranſiérunt étiam per terram Salim, & non erant; ſed & per terram Jémini, & mínimè reperérunt. * Cùm autem veniſſent in terram Suph, dixit Saül ad púerum qui erat cum eo: Veni, & revertámur, ne fortè dimíſerit pater meus áſinas, & ſollícitus ſit pro nobis. Qui ait ei: Ecce vir Dei eſt in civitáte hac, vir nóbilis: omne quod lóquitur, ſine ambiguitáte venit. Nunc ergo eámus illuc, ſi fortè índicet nobis de via noſtra, propter quam venimus... ** Et aſcendérunt

in civitâtem. Cúmque illi ambulárent in médio urbis, appáruit Sámuel egrédiens óbviam eis, ut aſcénderet in excelſum. Dóminus autem revelâverat aurículam Samuélis ante unam diem quàm veníret Saül, dicens: Hac ipsâ horâ quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de terra Bénjamin, & unges eum ducem ſuper pópulum meum Iſrael, & ſalvábit pópulum meum de manu Philiſthinórum: quia reſpexi pópulum meum, venit enim clamor eórum ad me. Cúmque aſpexiſſet Sámuel Saúlem, Dóminus dixit ei: Ecce vir quem díxeram tibi; iſte dominábitur pópulo meo.

℟. Dixit Jeſus, *p.* 190.

Sermo ſancti Joannis Chrysóſtomi.

Hom. 82. *aliàs* 83. *in Matth.*

Lectio ij.

CUique fidéli per hoc myſtérium Chriſtus ſe conjungit; & quos génuit, per ſe nutrit, neque álii tradit; hocque tibi modo probat, ſe carnem accepiſſe tuam. Ne ítaque ſegnes ſimus tantâ dignáti caritáte & tanto honóre. Non vidétis quanto ímpetu infántes lábia ſua mamillæ admóveant? Cum eódem ſtúdio nos ad hanc accedámus menſam, & ad mamillam ſpirituális póculi; imò verò majóre cum ſtúdio, ut lactentes púeri grátiam Spíritûs attrahámus: unuſque nobis ſit dolor, ſi hoc ſpirituáli alimento privémur. Non ſunt humánæ virtútis hæc ópera. Is qui tunc in illâ cœna hæc confécit, & nunc étiam operátur. Nos miniſtrórum habémus órdinem: qui verò illa ſanctíficat & tranſmútat, ipſe eſt. Nullus ergo Judas adſit, nullus avárus: ſi quis diſcípulus non eſt, recédat: non récipit hæc menſa eos qui tales non ſunt: Cum diſcípulis meis, inquit ille, fácio Paſcha.... Nemo inhumánus accédat, nemo crudélis & immiséricors; nemo impúrus. Hæc vobis qui communicátis, dico, necnon vobis qui miniſtrátis. Nam neceſſe eſt vos álloqui, ut cum multa diligéntia hæc dona diſtribuátis. Non parvum vobis ſupplícium deputátum eſt, ſi quem ímprobum vobis notum ad hujus menſæ participatiónem admittátis. Sanguis ejus exquirétur de mánibus veſtris. Quamvis dux quíſpiam ſit, quamvis præfectus, ſive is ipſe qui diadémate redimítur, ſi indignè accédat, cohibéte; majórem vos quàm ille poteſtátem habétis.... Hæc ve-

ııtas eſt, hæc ſe-
hæc coróna; non
ˋplendénteque tú-
ıti circumeátis. -
cípiens, p. 191.
46. aliàs 45. in
Joann.
Lectio iij.
i dictis Dómini
ıantur. Ut ergo
ùm per dilectió-
ed étiam reipſâ,
Chriſti carne com-
ır; id quidem ef-
er cibum quem ille
ſt oſtendat nobis
erga nos férveat
ſe nobis commíſ-
in unum corpus
nſtituit, ut unum
quaſi corpus jun-
piti; nam ardentis
hoc eſt indícium.
bíndicans Job de
is dicébat, à qui-
ımabátur, ut ejus
admiſcéri perop-
ur enim ardentem
oſténderent, di-
Quis det nobis de
; ejus, ut ſaturé-
Quod Chriſtus ſe-
najóri nos caritáte
ret, & ut ſuum in
ıétrium oſténderet,
iò ſe vidéri permit-
ıderántibus; ſed &
manducári, & den-
ıi ſuæ infigi, nos
ılári, & deſidério
es impléri. Ab illa
nſa recedámus tan-

quam leónes ignem ſpirantes, diábolo terríbiles, cogitantes quòd ſit caput noſtrum, & quantam nobis dilectiónem exhibúerit.... Attendámus igitur nobis ipſis, dilecti, cùm tantis fruámur bonis; & cùm turpe quídpiam loqui ſubit ánimum, vel quando irâ, vel pravo quópiam affectu nos córripi cérnimus, nobiſcum reputémus quibus dignáti ſimus benefíciis, quem Spíritum accepérimus. Hæc cogitátio noſtros temperábit affectus. Quouſque enim rebus præséntibus hærébimus? quouſque non excitábimur? quouſque nullam ſalútis noſtræ curam habébimus? Cogitémus quibuſnam nos Deus dignátus ſit: grátias agámus, glóriam referámus.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 13. *de Euchar. Can.* 7.

SI quis díxerit, non licére ſacram Euchariſtiam in ſacrário reſervári, ſed ſtatim poſt conſecratiónem aſtántibus neceſſário diſtribuendam; aut non licére, ut illa ad infirmos honoríficè deferátur; anáthema ſit.

FERIA QUARTA
Intra Octavam
CORPORIS CHRISTI.

¶ *Si Feſtum S. Joannis Baptiſtæ, vel SS. Apoſto-*

lorum Petri & Pauli, occurrat Feriâ ſextâ poſt Octavam Corporis Chriſti, fiet de eo; ſed, propter ſolemnitatem diei Octavæ, jejunium anticipabitur in hanc Feriam IV. tuncque Lectio j. erit de Scriptura, ſecunda de Sermone ſancti Auguſtini, tertia de Homilia in Evangelium Vigiliæ, de qua fiet Commemoratio in Laudibus per Antiph. ℣. & Orat. ut in Proprio.

Si verò unum ex prædictis Feſtis vel Feſtum Patroni, inciderit in Feriam quintam, Officium Sacerdotii D. N. J. C. fiet Feriâ quartâ, cum Homilia in Evang. Vigiliæ, & ejus Commemoratione in Laudibus per Antiph. ℣. & Orat. ut in Proprio: in I. autem Veſp. horum Feſtorum fiet Commemoratio Officii Sacerdotii Domini.

*De die verò Octava Corporis Chriſti fiet Commemoratio in Laudibus & II. Veſperis per Antiphonas, Verſus & Orationem de die. Tunc autem in his Feſtis, Lectiones I. Nocturni, quæ erunt de Script. ſumentur è Feria IV. diviſione factâ ad ** Aſteriſcos.*

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 9. & 10.

ACceſſit Saül ad Samuélem in médio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, ubi eſt domus Videntis? Et reſpondit Sámuel Saúli dicens: Ego ſum Videns. Aſcende ante me in excelſum, ut comedátis mecum hódie, & dimittam te manè; & ómnia quæ ſunt in corde tuo, indicábo tibi: et de áſinis quas nudiuſtértius perdidiſti, ne ſollícitus ſis, quia inventæ ſunt. Et cujus erunt óptima quæque Iſrael? nonne tibi, & omni dómui patris tui? Reſpondens autem Saül ait: Numquid non fílius Jémini ego ſum de mínima tribu Iſrael, & cognátio mea noviſſima inter omnes famílias de tribu Bénjamin? Quare ergo locútus es mihi ſermónem iſtum? Aſſúmens ítaque Sámuel Saúlem & púerum ejus, introduxit eos in triclínium, & dedit eis locum in cápite eórum qui fúerant invitáti.... * Et comédit Saül cum Samuéle in die illa. Et deſcendérunt de excelſo in óppidum, & locútus eſt cum Saúle in ſolário: ſtravítque Saül in ſolário, & dormívit. Cúmque manè ſurrexiſſent, & jam elucéſceret, vocávit Sámuel Saúlem in ſolário, dicens: Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saül; egreſsíque ſunt ambo, ipſe vidélicet & Sámuel. ** Cúmque deſcénderent in extréma parte civitátis,

dixit ad Saül: Dic
t antecédat nos, &
:; tu autem ſubſiſte
r, ut índicem tibi
Dómini. Tulit au-
muel lentículam
t effúdit ſuper ca-
s, & deoſculátus
, & ait: Ecce unxit
inus ſuper hæredi-
uam in príncipem,
ibis pópulum ſuum
nibus inimicórum
ſi in circúitu ejus
.
Qui mandúcat, *pag.*

ıctátu ſancti Augu-
Epíſcopi, ſuper
Pſalmos.
. 33. *Enarr. prima*
§. 8. & 10.
Lectio ij.
Jaſi insánus putátus
ſt David, quando
pſe Achis, (quem
terpretári, quómo-
;) Arreptítium hunc
adduxiſtis. Nonne
r insánia? Mandu-
rnem meam, & bí-
nguinem meum. Et
: Quicumque non
ıcáverit carnē meam
rit sánguinem meū,
abébit in ſe vitam;
inſaníre videbátur.
gi Achis inſaníre vi-
ır, id eſt, ſtultis &
intibus. Ideò dimíſit
t ábiit. Fugit corda
ı intellectus, *ne eum*
poſſent comprehéndere. Et
quid dixérunt illi? Quaſi
Quómodo eſt, quod inter-
pretátur Achis. Dixérunt
enim: Quómodò poteſt
hic nobis dare manducáre
carnem ſuam? Arreptítium
putábant Dóminum, & ne-
ſcíre quid loquerétur, &
inſaníre. Ille autem qui
nóverat quod dicébat, in
illa mutatióne vultûs ſui
& quaſi furóre & insániâ
ſacramenta prædicábat....
Et ferebátur in mánibus
ſuis. Hoc verò, fratres,
quómodò poſſet fíeri in
hómine, quis intélligat?
Quis enim portátur in má-
nibus ſuis? Mánibus alió-
rum poteſt portári homo:
mánibus ſuis nemo portá-
tur. Quómodò intelligá-
tur in ipſo David, ſecun-
dùm lítteram non inve-
nímus; in Chriſto autem
invenímus. Ferebátur enim
Chriſtus in mánibus ſuis,
quando commendans ip-
ſum corpus ſuum ait: Hoc
eſt corpus meum; ferébat
enim corpus illud in má-
nibus ſuis.

℟. Quóniam unus pa-
nis, *p.* 193.

In Pſalm. 98.
Lectio iij.

Adoráte ſcabellum pe-
dum ejus, quóniam
ſanctus eſt. Vidéte, fra-
tres, quid nos júbeat ado-
ráre. Alio loco Scriptura

rum dícitur : Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meórum. Ergo terram nos jubet adoráre, quia dixit álio loco quòd ſit ſcabellum pedum Dei ? Et quómodò adorábimus terram, cùm dicat apertè Scriptúra : Dóminum Deum tuum adorábis ? Et hîc dicit : Adoráte ſcabellum pedum ejus ? Anceps factus ſum : tímeo adoráre terram, ne damnet me qui fecit cœlum & terram : rursùs tímeo non adoráre ſcabellum pedum Dómini mei, quia Pſalmus mihi dicit : Adoráte ſcabellum pedum ejus... Flúctuans converto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hîc ; & invénio quómodò ſine impietáte adorétur terra, ſine impietáte adorétur ſcabellum pedum ejus. Suſcépit enim de terra terram ; quia caro de terra eſt, & de carne Maríæ carnem accépit. Et quia in ipſa carne hîc ambulávit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalútem dedit ; nemo autem illam carnem mandúcat, niſi priùs adoráverit : inventum eſt quemádmodùm adorétur tale ſcabellum pedum Dómini ; & non solùm non peccémus adorando, ſed peccémus non adorando.

CANON.

Ex Concílio Triden

Seſſ. 21. cap. 2.

AGnoſcens ſanct ter Ecclésia ſua adminiſtratióne Sacra tórum auctoritátem, ab inítio Chriſtiána ligiónis non ínfre utriuſque ſpéciéi fuiſſet, tamen pro témporis, latíſſimè mutátâ illâ conſuet grávibus & juſtis adducta, hanc conſu nem ſub áltera ſpécie municandi approbáv pro lege habendam d vit : quam reprobár ſine ipsíus Ecclésiæ a ritáte, pro líbito m non licet.

FERIA QUIN

Octava

CORPORIS CHRI

Et Feſtum

SACERDOTII D. N.

Duplex III. Cla

Pſalmi de Feria i Officio.

IN PRIMIS VESPE

Antiphona 1. a

DIxit Dóminus Móyſen : Appli te Aaron fratrem tuum fíliis ſuis, ut ſacer fungantur mihi. *Exo*

Ant. 2. D. Cunct conſecrábis manus, ſ ficabíſque illos. *Exo*

Ant. 3. c. Indues A veſtimentis ſuis, &

iram in cápite ejus, & eum unctiónis fundes ſu-r caput ejus. *Exod.* 29.

Ant. 1. a. Státues Leví-s in conſpectu Aaron, conſecrábis ac ſepará-s, ut sérviant mihi. *um.* 8.

Ant. 5. a. Sacerdótes ncti erunt Deo ſuo, & n pólluent nomen ejus: cenſum enim Dómini panes Dei ſui ófferunt, evit. 21.

Capitulum. Hebr. 7.

Ex hómines conſtítuit Sacerdótes infirmitá-m habentes: ſermo au-m jurisjurandi qui poſt gem eſt, Fílium in ætter-um perfectum.

Hymnus.

CESSANT figúræ; non litat ímpares
mpar ſacerdos ámpliùs hóſtias;
am Póntifex ſit Numen ipſum,
eque ſibi Deus Agnus offert.

VITAM cruentus qui ſe-mel óbtulit,
Se non cruentum júgiter immolat;
Mactátus aris, & renaſ-cens
Perpétuò, moriendo vi-vit.

AD grande munus nos Deus érigit,
Quos ungit intùs ſacríficos ſibi.
Pondus cadúci ſuſtiné-mus
Angélicis húmeris tremen-dum.

O quàm ſtupendæ, quas ágimus, vices!
Quem prona cœli Cúria ſúſcipit,
Sacras ad aras imperan-tes
Nos dócilis Deus ipſe ſentit.

CHRISTUM, Sacerdos, cœlitùs évocas:
Per te creátur, qui creat ómnia;
Immótus orbem qui gu-bernat,
Se tibi dat fácilem mo-véri.

LAUS ſumma Patri, ſúm-maque Fílio,
Sit ſancte, compar laus tibi, Spíritus,
Quo Chriſtus aris per Mi-niſtros
Hóſtia ſtat ſimul & Sa-cerdos.
Amen.

℣. Immola Deo ſacri-ficium laudis, ℟. Et red-de Altíſſimo vota tua. *Pſ.* 49.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Reprobátio fit præceden-tis mandáti propter infir-mitátem ejus & inutilitá-tem; melióris Teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. *Hebr.* 7.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Pontíficem magnum Jeſum, Fílium Dei, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 4.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

NATE qui Deo parenti
Par Deus nunc áſſides;
Chriſte, ſuprémus Sacerdos
Atque factus Hóſtia,
Ipſe Judex & patrónus,
Et Deus nobis homo:

TE tuis offers ſub aris
Incruento fúnere;
Noſtra vel te glorióſum
Heu! cruentant crímina:
Júdicem te, te patrónum
In dies lacéſſimus.

SACRA ſicne tam nocentes
Ambiunt altária?
Quam tremiſcunt intuendo
Puriórcs Spíritus,
Suſtinébunt inquináti
Núminis præséntiam?

MORTE victâ qui triumphas,
Cógimus rursùs mori.
Morte placaſti parentem:
Illa mors nil próderit?
Vana ſunt an ſic amóris
Sempiterna pígnora?

TOLLE vela, rumpe nubem,
Ore nudo pródeas:
Temperáto tu benignus
Vis latére Númine;
Ni premas, nos fulgu-ranti
Enecáres lúmine.

NUBE densâ delitentem
Da fide te cérnere;
Sole puro puriórem
Ore puro tángere.
Da ſimul nos immolári
Immolátæ víctimæ.

LAUS ſupréma ſit Parenti,
Qui creávit ómnia,
Filióque, qui redémit
Morte nos volens ſuâ.
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

IN I. NOCTURNO

Ant. 2. D. Melchíſedech rex Salem, Sacerdos Dei summi, obviávit Abrahæ, & benedixit ei. *Hebr.* 7.

Ant. 1. a. Melchíſedech décimas ómnium dívit Abraham. Intuémini quantus ſit hic, cui décimas dedit Abraham Patriarcha. *Hebr.* 7.

Ant. 4. f. Per Abraham & Levi qui décimas accépit, decimátus eſt: adhuc enim in lumbis patris erat quando obviávit ei Melchíſedech. *Hebr.* 7.

℣. Unxit te, Deus, Deus tuus óleo lætítiæ; ℟. Præ consórtibus tuis. *Pſ.* 44.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 4. & 5.

HAbentes Pontíficem magnum qui penetrávit

los, Jeſum Fi-
, teneámus con-
. Non enim ha-
ntíficem qui non
pati infirmitáti-
; tentátum au-
mnia pro ſimili-
que peccáto. Ad-
go cum fidúcia
m grátiæ: ut mi-
m conſequámur,
a inveniámus in
pportúno. Omnis
óntifex ex homí-
mptus, pro ho-
onſtitúitur in iis
d Deum; ut óf-
& ſacrificia pro
qui condolére
qui ignórant &
uóniam & ipſe
us eſt infirmi-
roptéreà debet,
odùm pro pópu-
am & pro ſemet-
e pro peccátis.
chíſedech rex ju-
pacis, neque iní-
um, neque finem
ns, * Aſſimilá-
Dei manet Sacer-
pétuum. ℣. Pró-
nem & vinum,
edictus Abram
ſo.* Aſſimilátus.
Gen. 14.
Lectio ij.
quiſquam ſumit
honórem, ſed qui
Deo, tanquam
c & Chriſtus non
m clarificávit ut
Póntifex fieret; ſed qui locútus eſt ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodùm & in álio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech. Qui in diébus carnis ſuæ preces ſupplicationéſque ad eum qui poſſit illum ſalvum fácere à morte, cum clamóre válido & lácrymis ófferens, exaudítus eſt pro ſua reveréntia. Et quidem cùm eſſet Fílius Dei, dídicit ex iis quæ paſſus eſt, obediéntiam: & conſummátus factus eſt ómnibus obtemperántibus ſibi cauſa ſalútis ætérnæ, appellátus à Deo Póntifex juxta órdinem Melchíſedech.

℟. Neceſſárium fuit ſecundùm órdinem Melchíſedech álium ſúrgere Sacerdótem, & non ſecundùm Aaron dici; * Nihil enim ad perfectum addúxit lex. ℣. Angelus teſtamenti ecce venit, dicit Dóminus, & purgábit fílios Levi, & erunt Dómino offerentes ſacrifícia in juſtítia. * Nihil enim. *Hebr.* 7. *Malach.* 3.

Lectio iij. Cap. 8.

TAlem habémus Pontíficem qui conſédit in déxtera ſedis magnitúdinis in cœlis, Sanctórum miniſter, & tabernáculi

veri quod fixit Dóminus, & non homo. Omnis enim Póntifex ad offerendum múnera & hóstias constitúitur: unde neceſſe eſt & hunc habére áliquid quod ófferat. Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet Sacerdos: cùm eſſent qui offerrent ſecundùm legem múnera, qui exemplári & umbræ deſérviunt cœléſtium. Sicut reſponſum eſt Móyſi, cùm conſummáret tabernáculum: Vide, inquit; ómnia fácito ſecundùm exemplar quod tibi oſtenſum eſt in monte. Nunc autem méliùs ſortítus eſt miniſtérium, quantò & melióris Teſtamenti Mediátor eſt, quod in melióribus repromiſſiónibus ſancítum eſt.

℟. Tranſláto Sacerdótio, neceſſe eſt ut & legis tranſlátio fiat. * Secundùm ſimilitúdinem Melchíſedech álius Sacerdos, non ſecundùm legem mandáti carnális factus eſt, ſed ſecundùm virtútem vitæ inſolúbilis. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo: Ante lucíferum génui te; tu es Sacerdos in æternum. * Secundùm. Glória. * Secundùm. *Hebr.* 7. *Pſ.* 109.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3, a. Umbram habens lex futurórum bonórum hóſtiis quas ófferunt (Sacerdótes,) nu poteſt accedentes pe fácere. *Hebr.* 10.

Ant. 8. c. Ideò tus) ingrédiens dum dicit: Holocau ta, pro peccáto, n placuérunt. Dixi: vénio. *Hebr.* 10.

Ant. 7. d. Hic un peccátis ófferens hó in ſempiternum ſe déxtera Dei. *Hebr.*

℣. Si voluiſſes cium, dediſſem ℟. Holocauſtis no ctáberis. *Pſ.* 50.

Sermo ſancti Aug Epíſcopi.

Libr. 1. *contra adve Legis & Prophet.* 20. §. 39.

Lectio iv.

CHriſtus ímmol ſacrificium lau ſecundùm órdinem ſed ſecundùm ó Melchíſedech. Quo Pſalmo pósitum eſ Dóminus Jeſus in I lio de ſe conſcript teſtátur. . . . Ibi qu hoc dictum eſt: Dóminus, & non bit eum: Tu es S in æternum ſecund dinem Melchíſede vérunt qui legunt protúlerit Melchí quando benedixit ham: &, ſi jam ſi tícipes ejus, videm

a nunc offerri Deo
xe terrárum. Dei
jurátio incredu-
eſt increpátio. Et
:um non pœnité-
iificátio eſt, quia
erdótium non mu-
nutávit quippe Sa-
im ſecundùm ór-
laron. Unde álius
:a dicit ad eum qui
er eſt Iſrael: Non
i voluntas in vo-
cit Dóminus om-
s, & hóſtiam non
n de mánibus ve-
cce quod eſt ſe-
ı órdinem Aaron.
tem hoc non accí-
ldit & dicit: Quia
ſolis ad occáſum,
ıtum eſt nomen
in géntibus, & in
ıco incenſum offer-
nini meo, & hóſtia
quia magnum eſt
meum in géntibus,
)óminus omnípo-
:ce quod eſt ſecun-
rdinem Melchíſe-

ımnis Sacerdos præ-
ıuotídie miniſtrans,
lem ſæpè ófferens
:s, quæ nunquam
t auferre peccáta: *
ıutem unâ oblatió-
ıſummávit in ſem-
ım ſanctificátos. ℣.
s eſt Dóminus ad
n: Per ſíngulos dies
ıgnum manè, álte-
rum verò agnum ófferes ad véſperam. * Jeſus autem. *Hebr.* 10. *Exod.* 25. *&* 29.

Lectio v.

Ex Enarrat. 1. *in Pſalm.* 33. §. 5.

ERat, ut noſtis, ſacrifícium Judæórum ántea ſecundùm órdinem Aaron in víctimis pécorum, & hoc in myſtério: nondùm erat ſacrifícium córporis & ſánguinis Dómini quod fidéles norunt, & qui Evangélium legérunt; quod ſacrifícium nunc diffúſum eſt toto orbe terrárum. Propónite ergò vobis ante óculos duo ſacrifícia, & illud ſecundùm órdinem Aaron, & hoc ſecundùm órdinem Melchíſedech. Scriptum eſt enim: Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

℟. In prióri tabernáculo ſemper introíbant Sacerdótes: in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Póntifex, non ſine ſánguine.* Chriſtus autem non per ſánguinem hircórum, ſed per próprium ſánguinem introívit ſemel in Sancta, æternâ redemptióne inventâ. ℣. Póntifex, cùm mactáverit hircum pro peccáto pópuli, inferet ſángui-

nem ejus intra velum Sanctuárii. * Christus. *Hebr.* 9. *Levit.* 16.

Lectio vj. §. 5 & 6.

DE quo dícitur : Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech ? De Dómino noſtro Jeſu Chriſto. Quis erat Melchíſedech ? Rex Salem.... Tantus erat Melchíſedech à quo benedicerétur Abraham. Prótulit panem & vinum, & benedixit Abraham, & dedit ei décimas Abraham. Vidéte quid prótulit, & quem benedixit. Et dictum eſt póſteà : Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech. David hoc in ſpíritu dixit longè poſt Abraham ; tempóribus autem Abrahæ fuit Melchíſedech. De quo álio dicit ; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech, niſi de illo cujus noſtis ſacrifícium ? Sublátum eſt ergo ſacrifícium Aaron, & cœpit eſſe ſacrifícium ſecundùm órdinem Melchíſedech..... Dóminus noſter Jeſus Chriſtus in córpore & ſánguine ſuo vóluit eſſe ſalútem noſtram.

℟. Alii plures facti ſunt Sacerdótes, idcircò quòd morte prohiberentur permanére ; * Jeſus eò quòd

máneat in æter
piternum habe
tium. ℣. Aſce
Sacerdos in mo
jubente Dómi
mórtuus eſt.
Glória. * Jeſu
Num. 33.

IN III. NOC

Ant. 8. G. O
tifex ad offeren
ra & hóſtias c
Hebr. 8.

Ant. 6. F. Si ſ
córum inquinát
cat ad emundat
nis : quantò ma
Chriſti emund
ſciéntiam noſtra

Ant. 5. a. N
menti Mediáto
morte intercede
miſſiónem accí
vocáti ſunt æter
tátis. *Hebr.* 9.

℣. Congregá
ctos ejus, ℟. Q
teſtamentum ej
crifícia. *Pſ.* 49.

Léctio ſancti
ſecundùm I

Lectio vij.

IN illo témp
facta eſſet h
buit Jeſus, &
Apóſtoli cum
illis : Deſidério
hoc paſcha man
biſcum ántequ
Et réliqua.

ſancti Cypriáni
pi & Mártyris.

ad Cæcil. de Sa-
ominici calicis.
it. Baluz.

rdóte Melchíſe-
crifícii Domíni-
nentum præfigu-
lémus, ſecundùm
iptúra divína te-
dicit: Et Melchí-
x. Salem prótulit
: vinum. Fuit au-
rdos Dei ſummi,
dixit Abraham.
temMelchíſedech
hriſti portáret,
in Pſalmis Spíri-
us ex persóna Pa-
lium dicens: An-
um génui te: Tu
los in æternum ſe-
órdinem Melchi-
Qui ordo útique
le ſacrifício illo
, & indè deſcen-
òd Melchiſedech
Dei ſummi fuit,
nem & vinum ób-
òd Abraham be-
Nam quis magis
Dei ſummi, quàm
r noſter Jeſus
, qui ſacrifícium
ri óbtulit, & ób-
: idem quod Mel-
h obtúlerat, id eſt,
& vinum, ſuum
orpus & ſángui-

nántibus, p. 191.

Lectio viij.

UT ergo in Géneſi per Melchíſedech Sacerdótem benedíctio circa Abraham poſſet ritè celebrári, præcédit antè imágo ſacrifícii Chriſti, in pane & vino ſcílicet conſtitúta; quam rem perfíciens & adimplens Dóminus, panem & cálicem mixtum vino óbtulit, & qui eſt plenitúdo veritátis, veritátem præfigurátæ imáginis adimplévit. Sed & per Salomónem Spíritus ſanctus typum Domínici ſacrifícii antè præmonſtrans, immolátæ hóſtiæ, & panis & vini, ſed & altáris, & Apoſtolórum fáciens mentiónem: Sapiéntia, inquit, ædificávit ſibi domum, & ſúbdidit columnas ſeptem: mactávit ſuas hóſtias, miſcuit in cratéra vinum ſuum, & parávit menſam ſuam. Et miſit ſervos ſuos, cónvocans cum excelsâ prædicatióne ad cratérem, dicens: Qui eſt inſípiens, declínet ad me. Et egéntibus ſenſu dixit: Venite, édite de meis pánibus, & bibite vinum quod míſcui vobis. Vinum mixtum declárat, id eſt, cálicem Dómini aquâ & vino mixtum prophéticâ voce prænúntiat, ut appáreat in paſſióne Domínica id eſſe geſtum, quod fúerat antè prædictum.

℟. Ait Jeſus Apóſtolis: Deſidério deſiderávi hoc paſcha manducáre vobiſcum ántequam pátiar: * Hoc fácite in meam commemoratiónem. ℣. Sacrificáte ſacrifícium juſtítiæ, & ſperáte in Dómino. * Hoc fácite. Glória. * Hoc fácite. *Luc.* 22. *Pſ.* 4.

Lectio ix.

SI Jeſus Chriſtus Dóminus & Deus noſter ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, & ſacrifícium Patri ſeipſum primus óbtulit, & hoc fíeri in ſuî commemoratiónem præcépit; útique ille Sacerdos vice Chriſti verè fúngitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitátur: & ſacrifícium verum & plenum tunc offert in Eccléſia Deo Patri, ſi ſic incípiat offerre ſecundùm quod ipſum Chriſtum vídeat obtuliſſe.... Nam ſi Sacerdótes Dei & Chriſti ſumus, non invénio quem magis ſequi quàm Deum & Chriſtum debeámus, quandò ipſe in Evangélio máximè dicat: Ego ſum lumen séculi: qui me ſecútus fúerit, non ambulábit in ténebris, ſed habébit lumen vitæ. Ne ergo in ténebris ambulémus, Chriſtum ſequi & præcepta ejus obſerváre debémus... Religióni ígitur noſtræ cóngruit & timóri, & ipſi loco atque cerdótii noſtri, nico cálice miſc ferendo, cuſtodí nis Domínicæ ut cùm in clari majeſtáte cœl cœperit, invéni re quod mónuit re quod dócuit, fecit.

Te Deum.

AD LAU

Antiphona

TAlis decéb eſſet Pónti ctus, ínnocens tus, ſegregátus ribus. *Hebr.* 7.

Ant. 2. D. ómnia frátribu ut miséricors fi lis Póntifex ad repropitiáret de li. *Hebr.* 2.

Ant. 3. a. D & trádidit ſeme nobis oblatióne ſtiam Deo in o vitátis. *Epheſ.* 5

Super Canticu tia, *p.* 194.

Ant. 7. d. Co factus eſt ómni perántibus ſibi tis ætérnæ, appe Póntifex juxta Melchíſedech.

Ant. 8. c. Sal pétuum poteſt per ſemetipſum

vivens ad interpel-
pro nobis. *Hebr. 7.*
tutum. Hebr. 8.
lius ſortitus eſt mi-
iſtérium, quantò &
s teſtamenti mediá-
, quod in melióri-
romiſſiónibus ſan-
ſt.

Hymnus.

amas, ut quos a-
naſti,
, nunquam déſe-
s,
rpus das in eſcam,
nas sánguinem,
e factus lactis in-
ır,
s nos ópprimat.
ALIS iſta fraus a-
óris!
indúlgeas,
irâ ſis propínquus,
nobis júngeris,
mel terras beaſti,
tis præséntiâ.
N ut olim monte
ncto,
eus, nos térritas.
nes non mináris:
as mitéſcere.
bonus prudénſque
las
m præséntiam.
PERES nos, nos
illos,
aſtris éxules,
cas nos Olympo,
reddas dívites,
ctus es puſillus,
, exul, índigens.

VENTRE natum virginali
Corpus olim súmpſeras:
Hoc Deo plenum redónas
Amplióri fœnore;
Ter quater nos ô beáti
Tanta per commércia!
MENSA qualis hîc parátur!
Si quis intùs éſurit,
Aſſides convíva nobis,
Ipſe tu convívium:
Fons ſalútis, ſi quis æger;
Si flet, hîc ſolátium.
LAUS ſupréma ſit Parenti,
Qui creávit ómnia;
Filióque qui redémit
Morte nos volens ſuâ.
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

℣. Acceptábis, Dómine, ſacrifícium juſtítiæ:
℟. Oblatiónes & holocauſta. *Pſ.* 50.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Chriſtus Póntifex futurórum bonórum, ad deſtitutiónem peccáti per hóſtiam ſuam appáruit. *Hebr.* 9.

Oratio.

DEus, qui Unigénitum tuum dediſti ſummum Sacerdótem, eíque ad ſacrificandum tibi hóſtiam mundam Sacerdótes miniſtros ſociaſti: quæſumus, ut omnes, qui vocatióne tam ſanctâ dignáti ſunt, altári tuo devótè miniſtrent, & ſeipſos hóſtiam

vivam & ſanctam offerre mereantur; Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Talis decébat.

In ℟. *br.* ℣. Qui es Sacerdos in æternum. *Hebr.* 5.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *de Sacrificio Miſſæ, cap.* 1.

QUóniam ſub prióri Teſtamento, teſte Apóſtolo Paulo, propter Levítici ſacerdótii imbecillitátem conſummátio non erat: opórtuit, Deo Patre miſericordiárum ita ordinante, Sacerdótem álium ſecundùm órdinem Melchíſedech ſurgere, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummáre, & ad perfectum addúcere.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Débuit.

Capitulum. Hebr. 4.

NOn habémus Pontíficem qui non poſſit cómpati infirmitátibus noſtris; tentátum autem per ómnia pro ſimilitúdine abſque peccáto. Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ.

℟. *br.* Cálicem ſalutáris accípiam; * Allelúia, allelúia. ℣. Et nomen Dómini invocábo. * A allelúia. Glória. ℟ cem.

℣. Sacrificábo l laudis; ℟. Vota m mino reddam in c ctu omnis pópuli e 115.

AD SEXT

Ant. 3. a. Dilexi

Capitulum. Hebr

HAbentes fidúc introítu San in sánguine Chriſti initiávit nobis vi vam & viventem p men, id eſt, carnem & Sacerdótem m ſuper domum Dei, mus ſpei noſtræ co nem indeclinábilem

℟. *br.* Memor ſit nus ſacrifícii tui; allelúia, allelúia. ℣. E cauſtum tuum ping *Allelúia, allelúia. ℟. Memor. *Pſ.* 19.

℣. Guſtáte & vid niam ſuávis eſt Dó ℟. Beátus vir, qui in eo. *Pſ.* 33.

AD NONA

Ant. 8. c. Salvá

Capitulum. Heb

TAlem habému tíficem qui c in déxtera ſedis m dinis in cœlis, San miniſter & tabernác ri quod fixit Dómin non homo.

Salvum fecit Dó-
hriſtum ſuum : *
,. allelúia. ℣. E-
llum de cœlo ſan-
* Allelúia , alle-
ȷria. ℟. Salvum.

ificávit Dóminus
ſuum: ℟. Dómi-
lier me, cùm cla-
ad eum: *Pſ.* 4.
VESPERAS.
phon. 1. D:
is Póntifex ad
rendum múnera
as conſtitúitur.

. F. Umbram ha-
futurórum bonó-
ſtiis quas ófferunt
r poteſt acceden-
ctos fácere. *Hebr.*

:. D. Chriſtus in-
mundum , dicit :
& oblatiónem no-
rpus autem apta-
Hebr. 10.
7. c. Holocautó-
a tibi placuérunt ;
ti : Ecce vénio.
:
4. F. Dignus eſt
qui occiſus eſt ,
virtútem , & di-
n, & glóriam , &
iónem. *Apoc.* 5.
lum. Malach. 1.
i eſt mihi voluntas
vobis , dicit Dó-
tercituum : & mu-
ſuſcipiam de ma-
nu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occáſum, magnum eſt nomen meum in géntibus ; & in omni loco ſacrificátur & offertur nómini meo oblátio munda, dicit Dóminus.

Hymnus. Ceſſant figúræ, *ut in I. Veſperis, p.* 215.

℣. Sacríficent ſacrificium laudis, ℟. Et annúntient ópera ejus in exultatióne. *Pſ.* 106.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Sacerdótes tui , Dómine Deus, induantur ſalútem, & ſancti tui lætentur in bonis. *II. Paral.* 6.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 10.

Convocávit Sámuel pópulum ad Dóminum in Maſpha, & ait ad fílios Iſrael : Hæc dicit Dóminus Deus Iſrael : . . . Vos hódiè projeciſtis Deum veſtrum , qui ſolus ſalvávit vos de univerſis malis & tribulatiónibus veſtris ; & dixiſtis : Nequáquam ; ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Dómino per tribus veſtras , & per famílias. Et applícuit Sámuel omnes tribus Iſrael , & cécidit ſors tribûs Bénjamin. Et applícuit tribum Bénjamin , & cognatiónes ejus , & cécidit cognátio Metri , & pervénit uſque ad Saül fílium Cis.

Quæſiérunt ergo eum, & non eſt inventus. Et conſuluérunt poſt hæc Dóminum, utrumnam ventúrus eſſet illuc. Reſpondítque Dóminus: Ecce abſcónditus eſt domi. Cucurrérunt ítaque, & tulérunt eum inde; ſtetítque in médio pópuli, & áltior fuit univerſo pópulo ab húmero & ſursùm. Et ait Sámuel ad omnem pópulum: Certè vidétis quem elégit Dóminus, quóniam non ſit símilis illi in omni pópulo. Et clamávit omnis pópulus, & ait: Vivat Rex.

℟. Dilectus, *p.* 180.

Lectio ij. Cap. 10 *&* 11.

SAül ábiit in domum ſuam in Gábaa: & ábiit cum eo pars exércitûs, quorum tetígerat Deus corda. Fílii verò Bélial dixérunt: Num ſalváre nos póterit iſte? Et deſpexérunt eum, & non attulérunt ei múnera: ille verò diſſimulábat ſe audíre. Et factum eſt quaſi poſt menſem aſcendit Naas Ammonites, & pugnáre cœpit adversùm Jabes Gálaad. Dixerúntque omnes viri Jabes ad Naas: Habéto nos fœderátos, & ſerviémus tibi. Et reſpondit ad eos Naas Ammonites: In hoc fériam vobiſcum fœdus, ut éruam ómnium veſtrûm óculos dextros, ponámque vos oppróbrium in univerſo Iſrael. Et dixérunt ad eum senióres Jabes: Concéde nobis ſeptem dies, ut mittámus núntios ad univerſos términos Iſrael: &, ſi non fúerit qui defendat nos, egrediémur ad te. Venérunt ergo núntii in Gábaa Saúlis, & locúti ſunt verba hæc, audiente pópulo; & levávit omnis pópulus vocem ſuam, & flevit.

℟. Ait Sámuel, *p.* 181.

Lectio iij. Cap. 11.

ET ecce Saül veniébat, ſequens boves de agro, & ait: Quid habet pópulus quód plorat? Et narravérunt ei verba virórum Jabes. Et inſilívit Spíritus Dómini in Saül, cùm audiſſet verba hæc, & irátus eſt furor ejus nimis. Et aſsúmens utrumque bovem, concídit in fruſta, misítque in omnes términos Iſrael per manum nuntiórum, dicens: Quicumque non exíerit, & ſecútus fúerit Saül & Sámuel, ſic fiet bobus ejus. Inváſit ergo timor Dómini pópulum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus.... Et factum eſt, cùm dies cráſtinus veniſſet, conſtítuit Saül pópulum in tres partes, & ingreſſus eſt média caſtra in vigília matutína, & percuſſit Ammon uſque dum incaléſceret dies: réliqui autem diſperſi

ſunt, ita ut non relinquerentur in eis duo páriter. Et ait pópulus ad Samuélem: Quis eſt iſte qui dixit: Saül num regnábit ſuper nos? Date viros, & interficiémus eos. Et ait Saül: Non occidétur quiſquam in die hac, quia hódiè fecit Dóminus ſalútem in Iſrael.

℟. Dixit Sámuel, p. 181.

Oratio.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum; quia nunquam tuâ gubernatióne deſtítuis quos in ſoliditáte tuæ dilectiónis inſtítuis; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 22. Can. 2.*

SI quis díxerit, illis verbis, Hoc fácite in meam commemoratiónem, Chriſtum non inſtituiſſe Apóſtolos Sacerdótes, aut non ordinaſſe ut ipſi aliíque Sacerdótes offerrent Corpus & Sánguinem ſuum; anáthema ſit.

SABBATO.

¶ *Sabbatis uſque ad Adventum, fit de B. Maria in Sabbato, p. xciij. niſi occurrat Feſtum Semiduplex & ſuprà, vel dies intra Octavam, aut fieri debeat de aliqua Feria privilegiata; in hoc autem ultimo caſu, Reſponſoria j. & ij. ſumentur è II. Noct. Dominica præced. ℟. iij. erit Evangelicum.*

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 12.

DIxit Sámuel ad univerſum Iſrael: Ecce audívi vocem veſtram, juxta ómnia quæ locúti eſtis ad me, & conſtítui ſuper vos regem. Et nunc rex gráditur ante vos; ego autem ſénui & incánui: porrò filii mei vobíſcum ſunt. Itaque conversátus coram vobis ab adoleſcéntia mea uſque ad hanc diem, ecce præſtò ſum. Loquímini de me coram Dómino, & coram Chriſto ejus, utrùm bovem cujuſquam túlerim aut áſinum. Si quémpiam calumniátus ſum, ſi oppreſſi áliquem, ſi de manu cujuſquam munus accépi: & contemnam illud hódiè, reſtituámque vobis. Et dixérunt: Non es calumniátus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicújus quíppiam. Dixítque ad eos: Teſtis eſt Dóminus adversùm vos, & teſtis Chriſtus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quíppiam. Et dixérunt: Teſtis.

óbviam ei, ut ſalutáret eum. Locutúſque eſt ad eum Sámuel: Quid feciſti? Reſpondit Saül: Quia vidi quòd pópulus dilaberétur à me, & tu non véneras juxta plácitos dies, (porrò Philiſthiim congregáti fúerant in Machmas) dixi: Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Gálgala, & fáciem Dómini non placávi: neceſſitáte compulſus óbtuli holocauſtum. Dixítque Sámuel ad Saül: Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandáta Dómini Dei tui quæ præcépit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet Dóminus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempitérnum, ſed nequáquam regnum tuum ultrà conſurget. Quæſívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum: & præcépit ei Dóminus ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum, eò quòd non ſerváveris quæ præcépit Dóminus.

℟. Dixit Samuel, *p.* 181.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

De Sacerd. lib. 4. *cap.* 1.

Lectio iv.

Optárim ego veram eſſe iſtam tuam opiniónem, nimirùm eos quibus cóntigit non benè público múneri præeſſe, (etſi millies eos dicas vi pertractos fuiſſe, atque ignorántiâ peccaſſe,) optárim, inquam, eos effúgere poſſe ignem illum ætérnum, nec cum hypócritis & infidélibus partem habére. Verùm quid tibi fáciam? Non ita ſe res habet; non ita ſanè. Ac ſi vis ut à regno primùm, quod apud Deum tanti non eſt quanti ſacerdótium, eórum quæ dixi fidem fáciam: Saül ille filius Cis, non ſuopte motu & curâ rex factus eſt; ſed ábiit ut quæreret áſinas, & ſuper iis Prophétam interrogáre cœpit: ille verò de regno ipſum allocútus eſt. Neque tamen ille ſtatìm regnum ádiit, licet id à Prophéta audiſſet; ſed deprecabátur, renuebátque dicens: Quis ſum ego, & quæ domus patris mei? Quid ergo? An cùm honóre ſibi per Deum trádito malè uſus eſſet, pótuit his verbis éximi ab ira ejus qui ſe in regem conſtitúerat?

℟. Deus plebis, *p.* 182.

Lectio v.

Atqui póterat ad Samuélem increpantem dícere: Num ego regnum inváſi? num inſilívi in hanc poténtiam? Vitam privátam, otióſam & quiétam dúcere volébam: tu verò me in hanc dignitátem per-

Si in illa humili-
manſiſſem , hæc
illa fácilè declinaſ-
m cùm ex vulgá-
ignobílium eſſem
, ad hoc opus miſ-
uam fuiſſem ; ne-
i bellum contra
tas Deus commiſiſ-
mihi non commiſ-
ccátum hujúſmodi
n incidiſſem. Ve-
ómnia ad defen-
infirma ſunt ; nec
nodò, ſed pericu-
æ Dei magis iram
t.
Dixit Sámuel ad
. 183.
Lectio vj.
enim qui méritis
órem dignitátem
, non oportet ad
um excuſatiónem
magnitûdinem ob-
, ſed ad majórem
e profectum uti
illo Dei erga ſe
lle verò, quia me-
actus dignitátem,
cáre ſibi lícitum
ſtimábat, nihil á-
m Dei cleméntiam
um ſuórum cau-
ere conátus eſt :
nè impiis, & iis
m ignávè ducunt,
dícere. Nos autem
ffectos eſſe, nec in
decídere inſániam
ed ubique curáre,
facultátis noſtræ
ſunt, adhibeámus ; ac benè
de Deo cogitémus & lo-
quámur.

℟. Dixit Sámuel ad Iſai, *pag.* 183.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 15.

IN illo témpore : Erant appropinquantes Jeſu publicáni & peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant Phariſæi & Scribæ dicentes : Quia hic peccatóres récipit, & mandúcat cum illis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 34. in Evang.

CОnſiderandum nobis eſt, fratres mei, cur Dóminus plus de converſis peccatóribus, quàm de ſtántibus juſtis, in cœlo gáudium eſſe fateátur. Undè hoc, niſi quòd ipſi per quotidiánum viſiónis experimentum nóvimus ; quia plerumque hi qui nullis ſe oppreſſos peccatórum mólibus ſciunt, ſtant quidem in via juſtítiæ, nulla illícita pérpetrant, ſed tamen ad cœleſtem pátriam ánxiè non anhélant ; tantóque ſibi in rebus lícitis uſum præbent, quantò ſe perpetraſſe nulla illícita meminérunt. Et plerumquè pigri rémanent ad-

exercenda bona præcípua; quia valdè ſibi ſecúri ſunt, quòd nulla commíſerint mala gravióra.

℟. Phariſæi dicébant diſcípulis Jeſu: Quare cum peccatóribus mandúcat & bibit Magiſter veſter? Jeſus ait illis: * Non neceſſe habent ſani médico, ſed qui malè habent: non veni vocáre juſtos, ſed peccatóres. ℣. Ego obdúcam eis cicatrícem & ſanitátem, & propítius ero cunctis iniquitátibus eórum. * Non. *Marc.* 2. *Jer.* 33.

Lectio viij.

AT contrà, nonnunquam hi qui ſe áliqua illícita egiſſe meminérunt, ex ipſo ſuo dolóre compuncti, inardeſcunt in amórem Dei, ſeséque in magnis virtútibus exercent, cuncta difficília ſancti certáminis áppetunt, ómnia mundi derelinquunt, honóres fúgiunt, acceptis contuméliis lætantur, flagrant deſidério, ad cœleſtem pátriam anhélant; & quia ſe erraſſe à Deo conſíderant, damna præcedéntia lucris ſequéntibus recompenſant. Majus ergo de peccatóre converſo, quàm de ſtante juſto gáudium fit in cœlo; quia & dux in prælio plus eum mílitem díligit, qui poſt fugam reverſus hoſtem fórtiter premit, qui lum qui nunquam præbuit, & nunqua quid fórtiter geſſit. gricola illam ámpli ram amat quæ poſt úberes fruges pr quàm eam quæ nu ſpinas hábuit, & nu fértilem meſſem pr

℟. Venit Fílius h ſalváre quod perie Non eſt voluntas a trem veſtrum qui i eſt, ut péreat unus ſillis iſtis. ℣. Nu voluntátis meæ eſt ímpii, dicit Dómi non ut convertátur ſuis, & vivat? * Glória. * Non. *Mat* *Ezech.* 18.

Lectio ix.

SEd inter hæc ſci eſt quia ſunt pl juſti, in quorum vi tum eſt gáudium, quælibet peccatóru niténtia præpóni n nis poſſit. Nam & nullórum ſibi ma ſunt cónſcii; & ta tanti ardóris afflicti exercent, ac ſi à p ómnibus coanguſt Cuncta étiam líci ſpuunt, ad deſpectu di ſublímiter accing licére ſibi nolunt. quod libet, bona ſi putant étiam con contemnunt viſibili

viſibílibus accenduntur, lamentis gaudent, in cunctis ſemetipſos humíliant; & ſicut nonnulli peccáta óperum, ſic ipſi cogitatiónum peccáta deplórant. Quid ítaque iſtos díxerim, niſi & juſtos & pœniténtes, qui ſe & in pœniténtia de peccáto cogitatiónis humíliant, & recti ſemper in ópere perſevérant? Hinc ergo colligendum eſt quantum Deo gaúdium fáciat, quandò humíliter plangit juſtus, ſi facit in cœlo gaúdium, quandò hoc quod malè geſſit, per pœniténtiam damnat injuſtus.

Te Deum.

[*Et dicitur omnibus Dominicis uſque ad Adventum.*]

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Quis ex vobis homo qui habet centum oves; & ſi perdíderit unam, nonne vadit ad illam quæ períerat, donec invéniat eam? *Luc.* 15.

Oratio.

PRotector in te ſperántium, Deus, ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanctum; multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, ſic tranſeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Budenſi.

Ann. 1279. *cap.* 33.

PRæcípimus ut Eccléſiárum Parochiáni, ſíngulis diébus Domínicis & Feſtivis, ad divína officia, ſpeciáliter ad Miſſam, vadant ad ſuas Parochiáles Eccléſias, ibíque divína offícia, prout Deus dédérit, aúdiant diligenter: nec ipſi Parochiáni, relictâ ſuâ Parochiáli Eccléſiâ, vel contemptâ, ad álias Eccléſias, cujuſcumque ſint Ordinis, Religiónis, aut ſtatûs præſúmant accédere.

Ad Magníf. *Ant.* 7. c. Dico vobis: Gaúdium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatóre pœniténtiam agente. *Luc.* 15.

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 14.

ET áccidit quâdam die ut díceret Jónathas fílius Saül ad adoleſcentem armígerum ſuum... Veni, tranſeámus ad ſtatiónem incircumciſórum horum, ſi fortè fáciat Dóminus pro nobis.... Cúmque apparuérimus eis, ſi táliter locúti fúerint ad nos: Manéte donec veniámus ad vos; ſtemus in loco noſtro, nec aſcendámus ad eos. Si autem dixerint: Aſcéndite ad nos: aſcen-

dámus, quia trádidit eos Dóminus in mánibus noſtris: hoc erit nobis ſignum. Appáruit ígitur uterque ſtatióni Philiſthinórum, dixerúntque Philíſthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis in quibus abſcónditi fúerant. Et locúti ſunt viri de ſtatióne ad Jónatham, & ad armígerum ejus, dixerúntque: Aſcéndite ad nos, & oſtendémus vobis rem. Et ait Jónathas ad armígerum ſuum: Aſcendámus: ſéquere me; trádidit enim Dóminus eos in manus Iſrael.

℟. Dilectus, *p.* 180.

Lectio ij.

AScendit autem Jónathas, mánibus & pédibus reptans, & ármiger ejus poſt eum. Itaque álii cadébant ante Jónatham, álios ármiger ejus interficiébat ſequens eum. Et facta eſt plaga prima, quâ percuſſit Jónathas & ármiger ejus, quaſi viginti virórum: ... & áccidit quaſi miráculum à Deo. Et reſpexérunt ſpeculatóres Saül, qui erant in Gábaa Bénjamin, & ecce multitúdo proſtráta, & huc illúcque diffúgiens. Et ait Saül pópulo qui erat cum eo: Requírite, & vidéte quis abíerit ex nobis. Cúmque requiſiſſent, eſt non adeſſe Jó & armígerum ej

℟. Ait Sámu 181.

Lectio ii

SAlvávit Dómi illa Iſrael: tem pervénit uſq thaven. Et viri ciáti ſunt ſibi in adjurávit autem pulum, dicens: ctus vir qui com nem uſque ad v donec ulciſcar d meis. Et non m univerſus pópul .... Porrò Jón audíerat, cùm pater ejus pópu tendítque ſummi gæ quam habéb nu, & intinxit mellis: & conv num ſuam ad os illumináti ſunt Reſpondénſque pópulo, ait: Ju conſtrinxit pate pulum dicens: M vir qui coméde hódiè: defécerat pulus. Dixitque Turbávit pater ram: vidiſtis ipſ mináti ſunt ócu quòd guſtáverin de melle iſto.

℟. Dixit Sár 181.

CANON.

›ncílio Mediolanenſi quarto.

573. *Part.* 2. *tit.* 4.
Jas píxides unaquæ-
jue Parochiális Ec-
ſaltem hábeat; ál-
formâ majóri ad
ſacræ communiónis
o in Ecclésia mini-
æ; álteram minó-
iâ ſanctíſſimum Sa-
ntum ad infirmos de-
r.

RIA TERTIA.

bro primo Regum.

Lectio j. Cap. 14.

xit Saül: Irruámus
uper Philiſthæos no-
t vaſtémus eos uſque
llucéſcat mane, nec
uámus ex eis virum.
jue pópulus: Omne
onum vidétur in ó-
uis, fac. Et ait Sacer-
Accedámus huc ad
: & consúluit Saül
num: Nunc pérſe-
'hiliſthiim? ſi trades
manus Iſrael? Et
ſpondit ei in die illa.
jue Saül: Applicáte
iverſos ángulos pó-
& ſcitóte, & vidé-
quem accíderit pec-
hoc hódiè. Vivit
nus ſalvátor Iſrael,
i per Jónatham fí-
meum factum eſt,
retractatióne mo-
.

Deus plebis, *p.* 182.

Lectio ij.

ET dixit Saül ad Dóminum Deum Iſrael: Dómine Deus Iſrael, da indícium: quid eſt quòd non reſpónderis ſervo tuo hódiè? Si in me aut in Jónatha fílio meo eſt iníquitas hæc, da oſtenſiónem: aut ſi hæc iníquitas eſt in pópulo tuo, da ſanctitátem. Et deprehenſus eſt Jónathas & Saül, pópulus autem exívit. Et ait Saül: Míttite ſortem inter me & inter Jónatham fílium meum. Et captus eſt Jónathas. Dixit autem Saül ad Jónatham: Indica mihi quid féceris. Et indicávit ei Jónathas, & ait: Guſtans guſtávi, in ſummitáte virgæ quæ erat in manu mea, páululum mellis, & ecce ego mórior. Et ait Saül: Hæc fáciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte moriéris, Jónatha. Dixítque pópulus ad Saül: Ergóne Jónathas moriétur, qui fecit ſalútem hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt.

℞. Dixit Sámuel ad Saül, *pag.* 183.

Lectio iij. Cap. 15.

ET dixit Sámuel ad Saül..... Hæc dicit Dóminus exercítuum.... Vade, & pércute Amalec, & demolíre univerſa ejus: non parcas ei, & non con-

cupiſcas ex rebus ipsíus áliquid : ſed intérfice à viro uſque ad mulíerem, & párvulum atque lactentem, bovem & ovem, camélum & áſinum.... Et apprehendit Agag regem Amalec vivum: omne autem vulgus interfécit in ore gládii. Et pepercit Saül & pópulus Agag, & óptimis grégibus óvium & armentórum, & véſtibus & ariétibus, & univerſis quæ pulcra erant, nec voluérunt diſpérdere ea : quidquid verò vile fuit & réprobum, hoc demolíti ſunt. Factum eſt autem verbum Dómini ad Sámuel dicens: Pœnitet me quòd conſtitúerim Saül regem; quia derelíquit me, & verba mea ópere non implévit. Contriſtatúſque eſt Sámuel, & clamávit ad Dóminum totâ nocte.

℟. Dixit Sámuel ad Iſai, *pag.* 183.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 22. Decreto de obſervandis & evitandis in celebr. Miſſæ.*

QUòd ſi neceſsáriò fatémur, nullum áliud opus ádeò ſanctum ac divínum à Chriſti fidélibus tractári poſſe, quàm hoc ipſum tremendum myſtérium, quo vivífica illa hóſtia quâ Deo Patri reconciliáti ſumus, in alt[...] Sacerdótes quotídie i[...] látur; ſatis étiam a[...] omnem óperam & di[...] tiam in eo ponendam ut, quantâ máximâ fi[...] teſt, interióri cordis n[...] tiâ & puritáte, atqu[...] rióri devotiónis ac p[...] ſpécie peragátur.

FERIA QUAR[...]

De libro primo Re[...]

Lectio j. Cap.

AIt Sámuel ad [...] Sine me, & in[...] tibi quæ locútus ſit [...] mus ad me nocte. Di[...] ei : Lóquere. Et ait S[...] Nonne cùm párvulu[...] in óculis tuis, capu[...] bubus Iſrael factus e[...] xítque te Dóminus [...] gem ſuper Iſrael, & [...] te Dóminus in via[...] ait: Vade, & intérfi[...] catóres Amalec, & [...] bis contra eos uſque [...] terneciónem eórum [...] re ergo non audiſti [...] Dómini; ſed ver[...] prædam es, & fecif[...] lum in óculis Dó[...] Et ait Saül ad Samu[...] Imò audívi vocem [...] ni, & ambulávi in [...] quam miſit me Dóm[...] adduxi Agag regem [...] lec, & Amalec in[...] Tulit autem de præ[...] pulus oves & boves, [...] tias eórum quæ cæſ[...]

ıolet Dómino Deo
Gálgalis.
ꝉilectus, p. 180.
Lectio ij.
itSámuel:Numquid
t Dóminus holo-
& víctimas, & non
ut obediátur voci
i? Mélior eſt enim
ıtia quàm víctimæ,
ultáre magis quàm
ádipem aríetum.
am quaſi peccátum
ıdi eſt repugnáre;
ſi ſcelus idololatríæ
ıcquiéſcere. Pro eo
ıòd abjeciſti ſermó-
ꝺómini, abjécit te
ıus, ne ſis Rex. Di-
Saül ad Samuélem:
i, quia prævaricá-
ı ſermónem Dómi-
verba tua, timens
ım, & obédiens voci
. Sed nunc porta,
, peccátum meum,
rtere mecum ut adó-
óminum. Et ait Sá-
d Saül: Non rever-
um, quia projeciſti
ıem Dómini, & pro-
. Dóminus ne ſis rex
ſrael.
ıit Sámuel, p. 181.
Lectio iij.
converſus eſt Sá-
ıel, ut abiret: ille
apprehendit ſum-
m pállii ejus, quæ
ſa eſt. Et ait ad eum
:l: Scidit Dóminus
ı Iſrael à te hódie,
& trádidit illud próxi-
mo tuo melióri te. Porrò
Triumphátor in Iſrael non
parcet, & pœnitúdine non
flectétur: neque enim ho-
mo eſt ut agat pœnitén-
tiam. At ille ait: Peccávi;
ſed nunc honóra me coram
ſenióribus pópuli mei, &
coram Iſrael, & revértere
mecum, ut adórem Dómi-
num Deum tuum. Rever-
ſus ergo Sámuel, ſecútus
eſt Saülem: & adorávit
Saül Dóminum. Dixítque
Sámuel: Addúcite ad me
Agag regem Amalec. Et
oblátus eſt ei Agag, pin-
guíſſimus & tremens. Et
dixit Agag: Síccine sépa-
rat amára mors? Et ait Sá-
muel: Sicut fecit abſque lí-
beris mulíeres gládius tuus,
ſic abſque líberis erit in-
ter mulíeres mater tua. Et
in fruſta concídit eum Sá-
muel coram Dómino in
Gálgalis.

℟. Dixit Sámuel, *pag.* 181.

C A N O N.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1583. *tit. de Euchar. num.* 8.

SAcerdótes non diébus tantùm ſolémnibus, ſed étiam Domínicis, ſæpiúſque, ſi fíeri poteſt, ſacrí-ficent. Nullus tamen ſibi cónſcius mortális peccáti, quantumvis ſibi contrítus videátur, abſque prævia

ſacramentáli confeſſióne célebret. Quod étiam ab iis Sacerdótibus, quibus ex offício incubúerit celebráre, ſervandum erit, modò non deſit illis cópia confeſſóris. Si verò, neceſſitáte urgente, Sacerdos abſque præmiſſa confeſſióne celebráverit, quamprímùm confiteátur.

FERIA QUINTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 16.

DIxit Dóminus ad Samuélem: Uſquequò tu luges Saül? cùm ego projécerim eum, ne regnet ſuper Iſrael? imple cornu tuum óleo, & veni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemítem: provídi enim in fíliis ejus mihi regem. Et ait Sámuel: Quómodo vadam? aúdiet enim Saül, & interfíciet me. Et ait Dóminus: Vítulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Dómino veni. Et vocábis Iſai ad víctimam, & ego oſtendam tibi quid fácias; & unges quemcumque monſtrávero tibi. Fecit ergo Sámuel, ſicut locútus eſt ei Dóminus: venitque in Béthlehem, & admiráti ſunt ſeniores civitátis occurrentes ei, dixerúntque: Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? Et ait: Pacíficus: ad immolandum Dómino veni; ſa[...] mini, & veníte m[...] ímmolem.

℟. Deus plebis, [...]

Lectio ij.

SAnctificávit e[...] & fílios ejus, [...] cávit eos ad ſac[...] Cúmque ingreſſi [...] ait Sámuel ad Iſ[...] elégit Dóminus [...] Dixitque Sámuel [...] Numquid jam [...] ſunt fílii? Qui re[...] Adhuc réliquus eſ[...] lus, & paſcit ove[...] Sámuel ad Iſai: N[...] adduc eum: nec [...] cumbémus priuſq[...] ille véniat. Miſit [...] adduxit eum. Era[...] rufus & pulcher [...] decorâque fácie. [...] Dóminus: Surge [...] eum; ipſe eſt eni[...] ergo Sámuel corn[...] & unxit eum in [...] fratrum ejus: & [...] eſt Spíritus Dóm[...] illa in David, [...] ceps: ſurgénſque [...] ábiit in Rámatha[...] tus autem Dómin[...] à Saül.

℟. Dixit Sám[...] Saül, *pag.* 183.

Lectio iij. Ca[...]

COngregantes Philíſthiim [...] ſua in prælium, [...] runt in Socho Jud[...] ſtrametáti ſunt i[...]

ızéca , in fínibus
n.... Et egreſſus eſt
ius de caſtris Phi-
um , nómine Gó-
Geth , altitúdinis
tórum & palmi :...
: clamábat adver-
ılangas Iſrael , &
eis : Quare veni-
áti ad prælium ?
id ego non ſum Phi-
, & vos ſervi Saül ?
x vobis virum , &
at ad ſinguláre cer-
Si quíverit pugná-
m , & percúſſerit
mus vobis ſervi : ſi
go prævalúero , &
ro eum , vos ſervi
& ſerviétis nobis.
at Philiſthæus : E-
obrávi agmínibus
ıódie : Date mihi
& íneat mecum ſin-
ertámen. Audiens
Saül , & omnes
æ ſermónes Phili-
ujuſcémodi , ſtu-
, & metuébant ni-

Dixit Sámuel ad
ag. 183.

A N O N.

oncílio Toletáno
primo.

ı. 400. *cap.* 5.

byter , vel Diáco-
, vel Subdiáconus ,
libet Eccléſiæ depu-
léricus , ſi intra ci-
ı fúerit , vel in loco
Eccléſia eſt , aut
caſtello , aut vico , aut villa , & ad Eccléſiam ad ſacrifícium quotidiánum non accéſſerit , Cléricus non habeátur.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. 17.

LOcútus eſt David Saúli : . . Ego ſervus tuus vadam , & pugnábo adversùs Philiſthæum. Et ait Saül ad David : Non vales reſíſtere Philiſthæo iſti , nec pugnáre adversùs eum : quia puer es , hic autem vir bellátor eſt ab adoleſcéntia ſua... Et ait David : Dóminus qui erípuit me de manu leónis & de manu urſi , ipſe me liberábit de manu Philiſthæi hujus. Dixit autem Saül ad David : Vade , & Dóminus tecum ſit... Et tulit David báculum ſuum , quem ſemper habébat in mánibus : & elégit ſibi quinque limpidíſſimos lápides de torrente , & miſit eos in peram paſtorálem quam habébat ſecum ; & fundam manu tulit , & proceſſit adversùm Philiſthæum.

℟. Dilectus , *p.* 180.

Lectio ij.

DIxit autem David ad Philiſthæum : Tu venis ad me cum gládio & haſtâ & clypeo : ego autem vénio ad te in nómine Dómini... ut ſciat om-

nis terra, quia eſt Deus in Iſrael; & nóverit univerſa ecclésia hæc, quia non in gládio, nec in haſta, ſalvat Dóminus: ipsíus enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras. Cùm ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veníret, & appropinquáret contra David, feſtinávit David, & cucurrit ad pugnam ex adverſo Philiſthæi. Et miſit manum ſuam in peram, tulitque unum lápidem, & fundâ jecit, & circumdúcens percuſſit Philiſthæum in fronte: & infixus eſt lapis in fronte ejus, & cécidit in fáciem ſuam ſuper terram: prævaluítque David adversùm Philiſthæum in funda & lápide, percuſsúmque Philiſthæum interfécit. Cúmque gládium non habéret in manu David cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gládium ejus, & eduxit eum de vagína ſua: & interfécit eum, præcidítque caput ejus. Videntes autem Philiſthiim, quòd mórtuus eſſet fortiſſimus eórum, fugérunt.

℟. Ait Sámuel, *p.* 181.

Lectio iij. Cap. 18.

PORrò cùm reverterétur, percuſſo Philiſthæo, David; egreſſæ ſunt mulíeres de univerſis úrbibus Iſrael.... Et præcinébant ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saül mille, & David decem míllia. Irátus eſt autem Saül nimis, & diſplícuit in óculis ejus ſermo iſte; dixítque: Dedérunt David decem míllia, & mihi mille dedérunt: quid ei ſupereſt niſi ſolum regnum? Non rectis ergo óculis Saül aſpiciébat David à die illa & deinceps. Poſt diem autem álteram invâſit ſpíritus Dei malus Saül, & prophetábat in médio domûs ſuæ: David autem pſallébat manu ſuâ, ſicut per ſíngulos dies, tenebátque Saül lánceam, & miſit eam, putans quòd configere poſſet David cum paríete: & declinávit David à fácie ejus ſecundò. Et tímuit Saül David, eò quòd Dóminus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet.

℟. Dixit Sámuel, *pag.* 181.

CANON.

Ex Concílio Remenſi. *Ann.* 1583. *tit. de Euchar. num.* 5.

SAcerdóte celebrante, & Clero concinente, laici preces horárias, non niſi ſubmiſsâ voce, récitent, nec confabulentur aut ſédeant, aut áliquid quidquam agant, quo res ſacra interturbétur. Qui tamen

: eos doctióres,
ıriſtiánæ peritió-
:rint, præcláriùs
loco precum ex
:citandárum, à
e, quæ pertra-
yſtéria, ea ánimo
:ntíſque fervóre
intur atque con-
ır.

3 B A T O.

ı primo Regum.

ı *j. Cap. 26.*

unt David & A-
i ad pópulum no-
invenérunt Saül
& dormientem
rio, & haſtam
terra ad caput
ıer autem & pó-
ɔrmientes in cir-
. Dixítque Abíſaï
l: Conclúſit Deus
ı tuum hódie in
ıas: nunc ergo
:n eum lánceâ in
ıel, & ſecundò
erit. Et dixit Da-
ɔíſaï: Ne interfí-
: quis enim ex-
nanum ſuam in
Dómini, & ín-
rit? Et dixit Da-
it Dóminus, quia
ninus percúſſerit
t dies ejus vénerit
tur, aut in præ-
cendens períerit;
; ſit mihi Dómi-
:xtendam manum
ı chriſtum Dómi-
ni. Nunc ígitur tolle ha-
ſtam quæ eſt ad caput ejus,
& ſcyphum aquæ, & abeá-
mus.

Lectio ij.

TUlit ígitur David ha-
ſtam & ſcyphum aquæ
qui erat ad caput Saül,
& abiérunt: & non erat
quiſquam qui vidéret &
intellígeret, & evigiláret,
ſed omnes dormiébant,
quia ſopor Dómini irrúe-
rat ſuper eos. Cúmque
tranſiſſet David ex adver-
ſo, & ſtetiſſet in vértice
montis de longè, & eſſet
grande intervallum inter
eos, clamávit David ad
pópulum & ad Abner fí-
lium Ner, dicens: Nonne
reſpondébis, Abner? Et
reſpondens Abner, ait:
Quis es tu qui clamas, &
inquiétas regem? Et ait
David ad Abner: Numquid
non vir tu es? & quis á-
lius símilis tuî in Iſrael?
Quare ergo non cuſtodiſti
dóminum tuum regem?
ingreſſus eſt enim unus de
turba ut interfíceret re-
gem, dóminum tuum. Non
eſt bonum hoc quod feci-
ſti: vivit Dóminus quó-
niam filii mortis eſtis vos,
qui non cuſtodiſtis dómi-
num veſtrum, chriſtum
Dómini. Nunc ergo vide
ubi ſit haſta regis, & ubi ſit
ſcyphus aquæ qui erat ad
caput ejus.

Lectio iij.

COgnóvit autem Saül vocem David, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi David? Et ait David: Vox mea, dómine mi rex. Et ait: Quam ob cauſam dóminus meus perſéquitur ſervum ſuum? quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? Nunc ergo audi, oro, dómine mi rex, verba ſervi tui. Si Dóminus íncitat te adversùm me, odorétur ſacrifícium: ſi autem filii hóminum, maledicti ſunt in conſpectu Dómini: qui ejecérunt me hódie, ut non hábitem in hæreditáte Dómini, dicentes: Vade, ſervi diis aliénis. Et nunc non effundátur ſanguis meus in terram corã Dómino: quia egreſſus eſt rex Iſrael, ut quærat púlicem unum, ſicut perſéquitur perdix in móntibus. Et ait Saül: Peccávi, revértere, fili mi David: nequàquàm enim ultrà tibi malefáciam, eò quòd pretióſa fúerit ánima mea in óculis tuis hódie: appáret enim quòd ſtultè égerim, & ignoráverim multa nimis.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 22. Decreto de obſervandis & evitandis in celebr. Miſſæ.

CUm multa jam, ſive témporum vítio, ſive hóminum incúriâ probitáte, irrepſiſſe tur, quæ à tanti M crifícii dignitáte ſunt; ut ei débitus & cultus ad Dei gl & fidélis pópuli æd nem reſtituátur, ſancta Synodus, nárii locórum Epi ómnia prohibére, médio tóllere séd rent ac teneantur, avarítia, idolórum tus; vel irreverén ab impietáte vix eſſe poteſt; vel tio, veræ pietátis f tátrix, induxit.

Ad Magníf. *Ant* David in ſua m dia conſecútus eſ regni in ſécula. *Î*.

Oratio, infrà ad

DOMINIC

Poſt Penteco

IN I. NOCTU

Incipit liber ſe Regum.

Lectio j. Ca

FActum eſt, p mórtuus eſt David reverterétu Amalec, & mané celeg duos dies. tem tértia appári véniens de caſtr veſte conſciſsâ, conſperſus caput: nit ad David, céci fáciem ſuam, &

ad eum David:
is? Qui ait ad
caſtris Iſrael fu-
it ad eum Da-
od eſt verbum
um eſt? índica
ait: Fugit pó-
prælio, & multi
è pópulo mór-
d & Saül & Jó-
ius ejus interié-

to Saül, ſuſcitá-
avid regem, cui
m pérhibens di-
ii David filium
rum ſecundùm
, qui * Fáciet
luntátes meas.
David ſervum
leo ſancto meo
* Fáciet omnes
meas. *Act.* 13.

ctio ij.

ue David ad a-
centem qui nun-
Unde ſcis quia
ſt Saül, & Jó-
ius ejus? Et ait
qui nuntiábat
veni in montem
& Saül incumbé-
haſtam ſuam;
us & équites ap-
bant ei, & con-
t tergum ſuum,
me vocávit. Cui
ondiſſem: Ad-
it mihi: Quiſ-
? Et áio ad eum:
s ego *ſum. Et*

locútus eſt mihi: Sta ſuper me, & intérfice me: quóniam tenent me angúſtiæ, & adhuc tota ánima mea in me eſt. Stánſque ſuper eum occídi illum; ſciébam enim quòd vívere non póterat poſt ruínam: & tuli diadéma quod erat in cápite ejus, & armillam de bráchio illius, & áttuli ad te dóminum meum huc.

℟. Quaſi adeps ſeparátus à carne, ſic David à fíliis Iſrael. Occídit gigantem: in tollendo manum ſaxo fundæ dejécit exultatiónem Góliæ; & * Dedit Dóminus in déxtera ejus tóllere hóminem fortem in bello, & exaltáre cornu gentis ſuæ. ℣. Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia. * Dedit. *Eccli.* 47. *I. Cor.* 1.

Lectio iij.

Apprehendens autem David veſtimenta ſua ſcidit, omnéſque viri qui erant cum eo, & planxérunt, & flevérunt, & jejunavérunt uſque ad véſperam ſuper Saül, & ſuper Jónathan fílium ejus, & ſuper pópulum Dómini, & ſuper domum Iſrael, eò quòd corruiſſent gládio. Dixítque David ad júvenem qui nuntiáverat ei: *Unde es tu?* Qui reſpon-

dit: Fílius hóminis ádvenæ Amalecítæ ego ſum. Et ait ad eum David: Quare non timuiſti míttere manum tuam, ut occíderes chriſtum Dómini? Vocánſque David unum de púeris ſuis, ait: Accédens írrue in eum. Qui percuſſit illum, & mórtuus eſt. Et ait ad eum David: Sanguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum locútum eſt adverſùm te, dicens: Ego interféci chriſtum Dómini.

℟. Hæc dicit Dóminus David: Feci tibi nomen grande, ſuſcitábo ſemen tuum poſt te, firmábo regnum ejus, & * Stabíliam thronum ejus uſque in ſempiternum. ℣. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus, & regni ejus non erit finis. * Stabíliam. Glória. * Stabíliam. *II. Reg. 7. Luc. 1.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.
Homil. 2. de David & Saül.
Lectio iv.

CUm Saül íterùm incidiſſet in manus David, poſt acceptam ſalútem inſequens illum, & occídere volens; cúmque David poſſet hoſtem cum univerſo exércitu concídere, dimíſit illum íntegrum & incólumem; ideóque cùm

ſciret morbum re
medicábilem eſſe
illum unquam hoſ
ſe ánimum poſitún
móvit ſeſe ab ócul
& apud bárbaros
agébat, sérviens,
privátus, pudóre (
labóre ac miséria
parans ad victum i
ria. Atqui non hoc
eſt quod mirému
illud quoque, quòd
quàm audíerat re
ácie cecidiſſe, diſ
ſtem, & cínere
ſperſit, eo luctu l
quis lugéret, ami
mogénito german
lio: ſubindè nom
inclámans unà c
nómine; compóſi
encómiis, ac voce
dolóris teſtes emitt
pranſus manſit u
véſperam, éxecra
loca quæ Saúlis sár
excéperant.

℟. Tabernáculu
mónii fuit cum
David, qui invénit
ante Deum, * E
ut inveníret taber
Deo Jacob. ℣. Me
Dómine, David,
nis manſuetúdinis
cut jurávit Dómin
Act. 7. Pſ. 131.

Lectio v.

NUnc mihi qu
cordétur iniu
læſit, dolóre etiam

tuante , atque
ivum ſervet, &
ctum deplóret,
m ad oſtenta-
ed ex ánimo ve-
le; etiamſi quid
um ſit incómmo-
id offendat cum
ómnia tum fá-
patiátur, ma-
expectans præ-
c étiam regnum
t, nec tamen in-
ede manus, ſed
habens puram,
redimítus eſt,
m aſcendit, púr-
adémate magni-
encómium ge-
délicet quòd &
ercilſet & quòd
xtinctum luxiſ-
non vivus mo-
& mórtuus hó-
emóriâ celebrá-

xit David Deum
lum: & dedit illi
nimícos potén-
minus purgávit
ſíus, & * Exal-
æternum cornu
dedit illi teſta-
gni, & ſedem
ael. ℣. Erexit
cornu ſalútis no-
no David púeri
ocútus eſt per os
, qui à ſéculo
phetárum ejus.
it in æternum.
Luc. 1.

Lectio vj. Hom. 3.

DAvid Saúlis fílium in ſuam ipsíus domum induxit, ſuæque menſæ fecit partícipem. Multi, defunctis inimícis, quam irâ in eos habébant, hanc in eórum líberos effudérunt. At non ita generóſus ac magnánimus ille David: ſed & viventem inimícum obſervávit, & illo defuncto, benevoléntiam quam erga illum géſſerat, filiis exhíbuit. Quid illíus menſâ sánctius, quam cingébant filii hoſtis; hoſtis, inquam, occídere conáti? Quid illo convívio ſpirituálius, in quo tam multæ abundábant benedictiónes? Angeli pótiùs quàm hóminis convocantis erat. Síquidem inimíci filios amplecti & amáre, & illíus inimíci qui tóties ipſum tentáverat è médio tóllere, ídque móliens excéſſerat è vita, facit ea res dignum qui in Angelórum chorum referátur.

℟. Appropinquavérunt dies David ut morerétur; præcepítque Salomóni dicens: * Obſerva cuſtódias Dómini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut cuſtódias præcepta ejus. ℣. Non auditóres legis juſti ſunt apud Deum, ſed factóres legis juſtificabuntur. * Obſerva cuſtódias Dómini.

Glória patri. * Obſerva. *III. Reg.* 2. *Rom.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo témpore: Cùm turbæ irrúerent in Jeſum, ut audírent verbum Dei; & ipſe ſtabat ſecùs ſtagnum Genézareth: & vidit duas naves ſtantes ſecùs ſtagnum. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. libr. 4. §. 68 & 70.

UBi Dóminus multis impertívit vária génera ſanitátum; nec témpore, nec loco cœpit ab ſtúdio ſanandi turba cohibéri. Veſper incúbuit, ſequebantur: ſtagnum occurrit, urgébant. Et ídeò aſcendit in Petri navim. Hæc eſt illa navis quæ adhuc, ſecundùm Matthæum, flúctuat, ſecundùm Lucam replétur píſcibus; ut & princípia Eccléſiæ fluctuantis, & posterióra exuberantis agnoſcas: piſces enim ſunt qui hanc enávigant vitam. Ibi adhuc diſcípulis Chriſtus dormit, hìc præcipit. Dormit enim tépidis, perfectis vígilat... Non turbátur hæc navis in qua prudéntia návigat, abeſt perfídia, fides ſpirat.

Quemádmodùm e[...] bári póterat, cui p[...] in quo Eccléſiæ fir[...] tum eſt? Illic erg[...] tio, ubi módica fi[...] ſecúritas, ubi per[...] léctio.

℟. Cùm turbæ i[...] in Jeſum ut audír[...] bum Dei, aſcende[...] vim quæ erat Simó[...] Sedens docébat de[...] la turbas. ℣. Sapi[...] cápite turbárum cl[...] Convertímini ad c[...] nem meam; en o[...] vobis verba mea. * *Luc.* 5. *Prov.* 1.

Lectio viij. §. 71

ETſi áliis impe[...] laxent rétia f[...] tamen Petro dícit[...] in altum, hoc eſt,[...] fundum diſputa[...] Quid enim tam [...] quàm altitúdinem [...] rum vidére, ſcire [...] lium, & profeſſió[...] vínæ generatiónis [...] re? Quam licèt m[...] queat humána ple[...] nis inveſtigatióne [...] héndere; fídei ta[...] nitúdo compléctit[...] hoc altum diſp[...] Eccléſia à Petro [...] ut vídeat hinc r[...] tem Dei Filium, i[...] ritum ſanctum p[...] tem. Quæ ſunt aut[...] ſtolórum quæ la[...] bentur, rétia? nil[...]

lexiónes, & qua-
oratiónis ſinus,
:iónum receſſus,
ıos céperint, non
? Et bene Apo-
ıſtrumenta piſ-
a ſunt, quæ non
rimunt, ſed re-
& de profundo
ı extrahunt: flu-
le infimis ad ſu-
lúcunt.
ceſsávit Jeſus lo-
t ad Simónem:
tum, & *Laxáte
tra in captúram.
as ejus à mari uſ-
ıre, & à flumíni-
e ad fines terræ.
rétia veſtra. Gló-
* Laxáte. *Luc.* 5.

ix. §. 76 & 77.
:ptor, per totam
:m laborantes ni-
ıus; ſed in verbo
ıo rétia. O humíli-
ıóſa! qui nihil án-
rant, magnam in
ómini conclúdunt
ultitúdinem. Non
mánæ facúndiæ
l ſupernæ vocatió-
unus. Cedunt diſ-
hóminum: fide
s credit. Rumpun-
, nec lábitur piſcis:
r ad adjumentum
ı erant in ália navi.
t illa ália navis,
è Judæa, ex qua
& Jacóbus eligun-

tur? facta eſt enim Judæa ſanctificátio ejus. Hi ígitur de ſynagóga ad navem Petri, hoc eſt ad Eccléſiam, convenérunt; ut implérent ambas navículas. Omnes enim in nómine Jeſu genu flectunt, ſive Judæus, ſive Græcus; ómnia, & in ómnibus Chriſtus.

Ad Bened. *Ant.* 8. g. Simon dixit Jeſu: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cépimus; in verbo autem tuo laxábo rete. Et, cùm hoc feciſſent, concluſérunt píſcium multitúdinem copióſam. *Luc.* 5.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, ut & mundi curſus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur, & Eccléſia tua tranquillâ devotióne lætétur; Per Dóminum noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *Ann.* 1584. *tit.* 23. *de Miſſa. Can.* 8 & 9.

NOn celebrétur Miſſa Parochiális ad nutum nobílium aut laicórum, ſed conſuétâ & opportúnâ horâ. Provídeant Epíſcopi & Eccleſiárum Rectóres, ne ſimul & tumultuáriè plures Miſſæ privátæ, ſed certo órdine, & váriis horis celebrentur.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Stupor circumdéderat Petrum, & omnes qui cum illo erant, in captúra píſcium quam céperant. Et ait ad Simónem Jeſus: Noli timére: ex hoc jam hómines eris cápiens. *Luc.* 5.

FERIA SECUNDA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio j. Cap. 2.

POſt hæc conſúluit David Dóminum dicens: Num aſcendam in unam de civitátibus Juda? Et ait Dóminus ad eum: Aſcende. Dixítque David: Quò aſcendam? Et reſpondit ei: In Hebron. Aſcendit ergo David, & duæ uxóres ejus, Achínoam Jezraelítis, & Abígail uxor Nabal Carméli: ſed & viros qui erant cum eo, duxit David ſíngulos cum domo ſua: & manſérunt in óppidis Hebron. Venerúntque viri Juda, & unxérunt ibi David ut regnáret ſuper domum Juda.

℟. Amóto Saül, *p.* 243.

Lectio ij.

ET nuntiátum eſt David, quòd viri Jabes Gálaad ſepeliſſent Saül. Miſit ergo David núntios ad viros Jabes Gálaad, dixítque ad eos: Benedicti vos Dómino, qui feciſtis misericórdiam hanc cum dómino veſtro Saül, & ſepeliſtis eum. Et nunc retríbuet vobis quidem Dóminus misericórdiam & veritátem: ſed & ego reddam grátiam, eò quòd feciſtis verbum iſtud: Confortentur manus veſtræ, & eſtóte filii fortitúdinis: licèt enim mórtuus ſit dominus veſter Saül, tamen me unxit domus Juda in regem ſibi.

℟. Quaſi adeps, *p.* 243.

Lectio iij.

ABner autem fílius Ner, princeps exércitûs Saül, tulit Isboſeth fílium Saül, & circumduxit eum per caſtra, regémque conſtítuit ſuper Gálaad, & ſuper Geſsúri, & ſuper Jézrael, & ſuper Ephraim, & ſuper Bénjamin, & ſuper Iſrael univerſum. Quadraginta annórum erat Isboſeth fílius Saül, cùm regnáre cœpiſſet ſuper Iſrael, & duóbus annis regnávit: ſola autem domus Juda ſequebátur David. Et fuit númerus diérum quos commorátus eſt David, ímperans in Hebron ſuper domum Juda, ſeptem annórum & ſex ménſium.

℟. Hæc dicit, *p.* 244.

CANON.

Ex Synodo Auguſtenſi.

Anno 1548. *Stat.* 18.

UT nímia feſtinátio in Miſſæ lectióne aut celebratióne religióſas aures

ſque offendit; ita in-
ta prolíxitas faſtídiũ
; génerat, quàm de-
nem. Quapropter Sa-
tibus devótam me-
tátem, & toto ſacra-
e actiónis témpore
um quid ex córporis
, véſtium ſacrárum
à compoſitióne, ip-
vultu elúceat, com-
ámus.

IA TERTIA.

: libro ſecundo
Regum.

ectio j. Cap. 3.

Jm eſſet prælium in-
er domum Saül & do-
David, Abner filius
egébat domum Saül.
t autem Saúli concu-
nómine Reſpha, fília
Dixítque Isboſeth ad
r: Quare ingreſſus es
ncubínam patris mei?
irátus nimis propter
Isboſeth, ait: Num-
caput canis ego ſum
ſùm Judam hódie,
ècerim miſericórdiam
domum Saül patris
& ſuper fratres & pró-
s ejus, & non trádidi
manus David; & tu
ſiſti in me quòd argúe-
o mulíere hódie? Hæc
t Deus Abner, & hæc
t ei, niſi quómodò ju-
Dóminus David, ſic
m cum eo, ut transfe-
regnum de domo
Saül, & elevétur thronus David ſuper Iſrael & ſuper Judam, à Dan uſque Berſabée. Et non pótuit reſpondére ei quidquam, quia metuébat illum.

℟. Tabernáculum teſtimónii, *pag.* 244.

Lectio ij.

MIſit ergo Abner núntios ad David pro ſe dicentes: Cujus eſt terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicítias, & erit manus mea tecum, & redúcam ad te univerſum Iſrael. Qui ait: Optimè: ego fáciam tecum amicítias: ſed unam rem peto à te dicens: Non vidébis fáciem meam, ántequàm addúxeris Michol fíliam Saül: & ſic vénies & vidébis me. Miſit autem David núntios ad Isboſeth fílium Saül dicens: Redde uxórem meam Michol, quam deſpondi mihi centum præpútiis Philiſthiim. Miſit ergo Isboſeth, & tulit eam à viro ſuo Pháltiel, fílio Laïs. Sequebatúrque eam vir ſuus plorans uſque Bahúrim: & dixit ad eum Abner: Vade, & revértere. Qui reverſus eſt.

℟. Dilexit David Deum, *pag.* 245.

Lectio iij.

SErmónem quoque íntulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicens: Tam heri quàm nudiuſtértius quære-

bátis David ut regnáret ſuper vos : nunc ergo fácite quóniam Dóminus locútus eſt ad David dicens: In manu ſervi mei David ſalvábo pópulum meum Iſrael de manu Philíſthiim, & ómnium inimicórum ejus. Locútus eſt autem Abner étiam ad Bénjamin : & ábiit ut loquerétur ad David in Hebron, ómnia quæ placúerant Iſraéli & univerſo Bénjamin. Venítque ad David in Hebron cum viginti viris : & fecit David Abner & viris ejus qui vénerant cum eo, convívium. Et dixit Abner ad David : Surgam ut cóngregem ad te dóminum meum regem omnem Iſrael, & íneam tecum fœdus, & ímperes ómnibus, ſicut desíderat ánima tua.

℟. Appropinquavérunt, *p.* 245.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *de Sacrif. Miſſæ, Can.* 9.

SI quis díxerit Eccléſiæ Románæ ritum, quo ſubmiſsâ voce pars Cánonis & verba Conſecratiónis proferuntur, damnandum eſſe ; aut linguâ tantùm vulgári Miſſam celebrári debére ; aut aquam non miſcendam eſſe vino in cálice offerendo, eò quòd ſit

contra Chriſti i
nem ; anáthema
FERIA QU
De libro ſecund
Lectio j. Ca
VEnientes fi
mon Beroth
chab & Báana, .
runt caput Isboſe
vid in Hebron,
que ad regem :
put Isboſeth fílii
míci tui, qui quæ
mam tuam : & d
minus dómino 1
ultiónem hódie d
de sémine ejus.
dens autem Davi
xit ad eos : Vivit
qui éruit ánimam
omni angúſtia,
eum qui annuntiá
hi & díxerat : M
Saül ; qui putáb
ſpera nuntiáre,
occídi eum in Síc
oportébat mercé
pro núntio : quan
nunc, cùm hómi
interfecérunt viru
xium in domo ſua
ctum ſuum, non
ſánguinem ejus
veſtra, & áuferai
terra? Præcépit ít
vid púeris ſuis, &
cérunt eos.
℟. Amóto Saül
Lectio ij. Ca
ET venérunt
tribus Iſrael a
in Hebron dicent

uum, & caro tua ſu-
:d & heri & nudius-
; cùm eſſet Saül rex
nos, tu eras edú-
redúcens Iſrael: di-
em Dóminus ad te:
ces pópulum meum
& tu eris dux ſuper
Venérunt quoque &
s Iſrael ad regem in
n, & percuſſit cum
David fœdus in He-
ram Dómino: un-
que David in regem
ſrael.... Et ábiit rex
es viri qui erant cum
Jerúſalem ad Jebu-
habitatórem terræ:
ique eſt David ab
on ingrediéris huc,
túleris cæcos & clau-
centes: Non ingre-
David huc. Cepit
David arcem Sion,
t cívitas David.
Quaſi adeps, *p.* 243.

ro primo Paralipó
menon.
tio iij. Cap. 11.

ſcendérunt autem
res de triginta prin-
s ad petram in qua
avid, ad ſpeluncam
am, quando Phili-
fúerant caſtrametáti
lle Ráphaim. Porrò
erat in præsídio, &
Philiſthinórum in
em. Deſiderávit ígi-
avid, & dixit: O ſi
quis daret mihi aquam de ciſterna Béthleem quæ eſt in porta! Tres ergo iſti per média caſtra Philiſthinórum perrexérunt, & hauſérunt aquam de ciſterna Béthleem quæ erat in porta, & attulérunt ad David ut bíberet: qui nóluit, ſed magis libávit illam Dómino dicens: Abſit ut in conſpectu Dei mei hoc fáciam, & sánguinem iſtórum virórum bibam: quia in perículo animárum ſuárum attulérunt mihi aquam. Et ob hanc cauſam nóluit bíbere. Hæc fecérunt tres robuſtíſſimi.

℟. Hæc dicit Dóminus, *p.* 244.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
An. 1583. *tit. de Euchar. num.* 10. 11 & 12.

MIſſam quiſquis celebratúrus eſt, ne accédat illótis, ut áiunt, mánibus, & hábitu sórdido veſtimentórum, aut ornamentórum altáris. Sacrum autem fáciens clarâ diſtinctáque voce ita pronúntiet, ut ab aſſiſténtibus, ſaltémque à miniſtris altáris, poſſit intélligi. Miniſtrórum verò nómine censémus étiam eos hoc loco, qui ſacrificanti reſpondent, & insérviunt.

FERIA QUINTA.

De libro primo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 13.

INiit autem conſilium David cum tribúnis, & centuriónibus & univerſis princípibus, & ait ad omnem cœtum Iſrael: Si placet vobis, & à Dómino Deo noſtro egréditur ſermo quem loquor; mittámus ad fratres noſtros réliquos in univerſas regiónes Iſrael, & ad ſacerdótes & levítas qui hábitant in ſuburbánis úrbium, ut congregentur ad nos, & reducámus arcam Dei noſtri ad nos: non enim requiſívimus eam in diébus Saül. Et reſpondit univerſa multitúdo ut ita fieret: placúerat enim ſermo omni pópulo..... Et aſcendit David & omnis vir Iſrael, ad collem Cariathíarim qui eſt in Juda, ut afferret inde arcam Dómini Dei ſedentis ſuper Chérubim, ubi invocátum eſt nomen ejus.

℟. Tabernáculum teſtimónii, *pag.* 244.

Lectio ij.

IMpoſuerúntque arcam Dei ſuper plauſtrum novum, de domo Abínadab; Oza autem & frater ejus minábant plauſtrum. Porrò David, & univerſus Iſrael ludébant coram Deo omni virtúte, in cánticis & tharis, & pſaltériis & panis, & cymbalis & Cùm autem perve ad áream Chidon, t Oza manum ſuam ſtentáret arcam: bo pe laſcíviens páulul clináverat eam. Ir ítaque Dóminus Ozam, & percuſſi eò quòd tetigiſſet a & mórtuus eſt ibi Dómino. Contriſta eſt David, eò quò ſiſſet Dóminus Oza cavítque locum : Divíſio Ozæ, uſque ſentem diem.

℟. Dilexit David *pag.* 245.

De libro ſecundo R

Lectio iij. Cap.

ET extímuit Dav minum in die i cens: Quómodò in tur ad me arca Dóm nóluit divértere ad cam Dómini in ci David : ſed divert in domum Obédede thæi. Et habitávit a mini in domo Ob Gethæi tribus ménſ benedixit Dóminu dedom & omnem ejus. Nuntiatúmqu gi David, quòd l xiſſet Dóminus dom, & ómnia eju ter arcam Dei: áb

David, & adduxit arcam Dei de domo Obédedom in civitátem David cum gáudio: & erant cum David ſeptem chori, & víctima vítuli. Cúmque tranſcendiſſent qui portábant arcam Dómini ſex paſſus, immolábat bovem & aríetem, & David ſaltábat totis víribus ante Dóminum. Porrò David erat accinctus Ephod líneo: & David & omnis domus Iſrael ducébant arcam teſtamenti Dómini, in júbilo & in clangóre búccinæ.

℟. Appropinquavérunt dies David ut moreretur; *p.* 245.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi tértio.

Ann. 1573. *tit.* 11.

CUm audiendæ Miſſæ ratiónem pópulum Párochus docet, quò ex propitiatório illo ſacrifício uberiórem ille fructum cápere poſſit, hoc eum ſæpè admóneat, ut campánæ ſigno dato, quo fidéles ad Miſſæ ſacrum vocentur, ſeſe quiſque cólligens, ſi ſibi alicújus mortíferi peccáti cónſcius eſt, ſummo ex eo dolóre affectus, vitæque emendandæ certo ſtabilíque propóſito ſuſcepto, ſupplex à Deo véniam petat.

FERIA SEXTA.

De libro primo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 17.

CUm autem habitáret David in domo ſua, dixit ad Nathan prophétam: Ecce ego hábito in domo cédrina; arca autem fœderis Dómini ſub péllibus eſt. Et ait Nathan ad David: Omnia quæ in corde tuo ſunt, fac: Deus enim tecum eſt. Igitur nocte illâ factus eſt ſermo Dei ad Nathan dicens: Vade & lóquere David ſervo meo; Hæc dicit Dóminus: Non ædificábis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim manſi in domo ex eo témpore quo eduxi Iſrael, uſque ad diem hanc: ſed fui ſemper mutans loca tabernáculi, & in tentório manens cum omni Iſrael. Numquid locútus ſum ſaltem uni Júdicum Iſrael quibus præcéperam ut páſcerent pópulum meum? & dixi: Quare non ædificaſtis mihi domum cédrinam?

℟. Amóto Saül, ſuſcitávit Deus, *p.* 243.

Lectio ij.

NUnc ítaque ſic loquéris ad ſervum meum David: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Ego tuli te, cùm in páſcuis ſequeréris gregem, ut eſſes dux pópuli

mei Iſrael. Et fui tecum quocumque perrexiſti...... Annúntio ergo tibi, quòd ædificatúrus ſit tibi Dóminus domum: cúmque impléveris dies tuos ut vadas ad patres tuos, ſuſcitábo ſemen tuum poſt te quod erit de filiis tuis; & ſtabíliam regnum ejus. Ipſe ædificábit mihi domum, & firmábo sólium ejus uſque in æternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in fílium: & miſericórdiam meam non áuferam ab eo, ſicut ábſtuli ab eo qui ante te fuit: & ſtátuam eum in domo mea, & in regno meo uſque in ſempitérnum: & thronus ejus erit firmíſſimus in perpétuum. Juxtà ómnia verba hæc, & juxtà univerſam viſiónem iſtam, ſic locútus eſt Nathan ad David.

℟. Quaſi adeps, *p.* 243.

Lectio iij.

CUmque veniſſet rex David, & ſediſſet coram Dómino, dixit: Quis ego ſum, Dómine Deus, & quæ domus mea, ut præſtáres mihi tália? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo; ideóque locútus es ſuper domum ſervi tui étiam in futúrum: & feciſti me ſpectábilem ſuper omnes hómines, Dómine Deus. Quid ultrà áddere poteſt David, cùm ita glorificáveris ſervun & cognóveris eum ne, propter fámul juxta cor tuum fe nem magnificénti & nota eſſe voluiſ ſa magnália, Dón eſt símilis tuî: & álius Deus abſqu ómnibus quos a áuribus noſtris.

℟. Hæc dicit, *p*

C A N O

Ex Concílio R
Ann. 1583. *tit.*
num. 9.

SAcerdótum hu ctum obſervál cus, ut néminem ad Miſſæ celebrat ſua Eccléſia, niſi aſcriptus, aut fil aut litteras teſtim commendatítias a po próprio habúe

S A B B A

De libro ſecundo

Lectio j. Ca

FActum eſt aut tente anno, e re quo ſolent reg la procédere, mi Joab & ſervos ſuo & univérſum Iſra ſtavérunt fílios & obſedérunt Ra vid autem reman rúſalem. Dum hæ tur, áccidit ut súr vid de ſtrato ſuo rídiem, & deamb ſolário domûs rég

...m ſe lavantem
ſuper ſolárium
autem múlier
dè. Miſit ergo
...iſívit quæ eſſet
...tiatúmque eſt
ſa eſſet Bethſa-
am, uxor Uríæ
...ſſis ítaque Da-
...tulit eam. Quæ
a eſſet ad illum,
...m ea: ſtatím-
...icáta eſt ab im-
a: & reverſa eſt
...uam, concepto
...ſque nuntiávit
it: Concépi.

...ctio ij.

...utem David ad
, dicens: Mitte
...m Hethæum:
...ab Uríam ad
venit Urías ad
...ſivítque David
ágeret Joab, &
... quómodò ad-
...ur bellum. Et
ad Uríam: Va-
...n tuam, & lava
Et egreſſus eſt
...mo regis, ſecu-
...m cibus régius.
...utem Urías ante
...nûs régiæ cum
dómini ſui, &
dit ad domum
...tiatúmque eſt
...icéntibus: Non
...n domum ſuam.
id ad Uríam:
...on de via veni-
non deſcendiſti in domum tuam? Et ait Urías ad David: Arca Dei & Iſrael & Juda hábitant in papiliónibus, & dóminus meus Joab, & ſervi dómini mei ſuper fáciem terræ manent: & ego ingrédiar domum meam, ut cómedam & bibam, & dórmiam cum uxóre mea? per ſalútem tuam, & per ſalútem ánimæ tuæ, non fáciam rem hanc.

Lectio iij.

Ait ergo David ad Uríam: Mane hîc étiam hódie, & cras dimittam te. Manſit Urías in Jerúſalem in die illa & áltera: & vocávit eum David ut comédere coram ſe & bíberet, & inebriávit eum; qui egreſſus véſpere, dormívit in ſtrato ſuo cum ſervis dómini ſui, & in domum ſuam non deſcendit. Factum eſt ergo mane, & ſcripſit David epíſtolam ad Joab: miſítque per manum Uríæ ſcribens in epíſtola: Pónite Uríam ex adverſo belli, ubi fortiſſimum eſt prælium: & derelínquite eum, ut percuſſus intéreat. Igitur cùm Joab obſidéret urbem, póſuit Uríam in loco ubi ſciébat viros eſſe fortíſſimos: egreſsique viri de civitáte bellábant adversùm Joab, & cecidérunt de pópulo ſervórum David,

& mórtuus eſt étiam Urías Hethæus.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi ſexto.

Ann. 1582. *tit.* 15.

CLéricus qui in Miſſæ ſacrificio miniſtrat, dum eam functiónem obit, ne preces horárias, neve áliud quidquam de libro, alióve offício récitet; ſed toto íntimæ pietátis ſtúdio ad miniſtérium attentus ſit, quod tunc piè religioséque éxequi debet.

Ad Magníf. *Ant.* 1. d. Dixit David ad Deum: Peccávi nimis Dómino; óbſecro, aufer iniquitátem ſervi tui, quia inſipienter egi. *I. Paral.* 21.

Oratio infrà ad Laudes.

DOMINICA V. Poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro ſecundo Regum.

Lectio j. Cap. 11 *&* 12.

AUdívit uxor Uríæ quòd mórtuus eſſet Urías vir ſuus, & planxit eum. Tranſacto autem luctu, miſit David, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei uxor, pepérítque ei fílium: & diſplícuit verbum hoc quod fécerat David, coram Dómino. Miſit ergo Dóminus Nathan ad David; qui, cùm veniſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erant in una, unus dives, pauper. Dives habé & boves plúrimos pauper autem nih bat omnínò præt unam párvulam émerat & nutríerat créverat apud eum liis ejus ſimul, de líus cómedens, & ejus bibens, & in ſi dórmiens; erátque fília. Cùm autem nus quidam veniſſe vitem, parcens ille de óvibus & de bo ut exhibéret conví regríno illi qui vé ſe, tulit ovem viri ris, & præparávit c mini qui vénerat a

℞. Amóto Saül, vit, *p.* 243.

Lectio ij.

IRátus autem ind ne David adverſ nem illum nimis, Nathan: Vivit Dó quóniam fílius m vir qui fecit hoc reddet in quádrupl quòd fécerit verbu & non pepérceri t. I tem Nathan ad Da es ille vir. Hæc dic nus Deus Iſrael: E te in regem ſuper & ego érui te de ma & dedi tibi domu ni tui, & uxóres tui in ſinu tuo, ded

ael & Juda : &,
it iſta, adjíciam
majóra. Quare
mpſiſti verbum
t fáceres malum
tu meo ? Uríam
percuſſiſti glá-
orem illíus acce-
rem tibi, & in-
um gládio filió-
n. Quamóbrem
t gládius de do-
ue in ſempiter-
quòd deſpéxeris
ris uxórem Uríæ
t eſſet uxor tua
ſi adeps, *p.* 243.
ctio iij.
æc dicit Dómi-
e ego ſuſcitábo
alum de domo
llam uxóres tuas
is, & dabo pró-
& dórmiet cum
is in óculis ſolis
enim feciſti abſ-
go autem fáciam
ud in conſpectu
el, & in conſpe-
t dixit David ad
Peccávi Dómi-
que Nathan ad
óminus quoque
eccátum tuum :
éris. Verúmta-
niam blaſphe-
ti inimícos Dó-
pter verbum hoc
natus eſt tibi,
iétur. Et rever-
than in domum
uſſit quoque Dó-

minus párvulum, quem pepérerat uxor Uríæ David, & deſperátus eſt.

℟. Hæc dicit, *p.* 244.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Apológia Prophétæ David.

Apolog. 1. *cap.* 2. §. 5.

Lectio iv.

UNuſquiſque noſtrûm per ſíngulas horas quàm multa delinquit ? & tamen unuſquiſque de plebe peccátum ſuum confiténdum non putat. Ille rex tantus ac potens, ne exíguo quidem momento manére penès ſe delícti paſſus eſt conſciéntiam : ſed præmatúrâ confeſſióne, atque imménſo dolóre réddidit peccátum ſuũ Dómino. Quem mihi nunc fácilè repérias honorátum ac dívitem qui, ſi arguátur alicújus culpæ reus, non moleſtè ferat ? At ille régio clarus império, tot divínis probátus oráculis, cùm à priváto hómine corriperétur quòd gráviter deliquiſſet, non indignátus infrémuit, ſed confeſſus ingémuit culpæ dolóre.

℟. Tabernáculum teſtimónii, *pag.* 244.

Lectio v. §. 5. 6.

DEnique Dóminum dolor íntimi movit affectûs, ut Nathan díceret : Quóniam pœnítuit te, &

Dóminus tránſtulit peccátum tuum. Matúritas ítaque véniæ profundam regis fuiſſe pœniténtiam declarávit, quæ tanti erróris offenſam tradúxerit. Alii hómines cùm à ſacerdótibus corripiuntur, peccátum ſuum íngravant, dum negáre cúpiunt aut defféndere; ibíque eórum lapſus eſt major, ubi deſperátur corréctio. Sancti autem Dómini, qui conſummáre pium certámen géſtiunt, & cúrrere curſum ſalútis, sícubi fortè ut hómines corrúerint natúræ magis fragilitáte, quàm peccandi libídine, acrióres ad currendum reſurgunt, pudóris ſtímulo majóra reparantes certámina; ut non ſolùm nullum attuliſſe æſtimétur lapſus impedimentum, ſed étiam velocitátis incentíva cumulaſſe.

℟. Dilexit David, *p.* 245.

Lectio vj. Cap. 4. §. 15.

PEccávit David, quod ſolent reges: ſed pœniténtiam geſſit, flevit, ingémuit, quod non ſolent reges. Confeſſus eſt culpam, obſecrávit indulgéntiam, humi ſtratus deplorávit ærumnam, jejunávit, orávit, confeſſiónis ſuæ teſtimónium in perpétua ſécula vulgáto dolóre tranſmíſit. Quod erubéſcunt fá-

cere priváti, rex n
buit confitéri. Qu
tur légibus, auder
negáre peccátum
gnantur rogáre in
tiam, quam peté
nullis légibus te
humánis. Quòd p
conditiónis eſt: q
plicávit, correctió
ſus commúnis, ſe
lis conféſſio. Culp
que incidiſſe, Nat
diluiſſe, Virtútis.

℟. Appropinqua
p. 245.

IN III. NOCT

Léctio ſancti Ev
ſecundùm Matt
Lectio vij. Ca

IN illo tempore
Jeſus diſcípulis
co vobis, quia ni
dáverit juſtítia veſ
quàm Scribárum &
ſæórum, non intr
regnum cœlórum.
qua.

Homília ſancti J
Chryſóſtom
Homil. 16. *in Ma*

SI offers munus
altáre, & ibi
tus fúeris quia fr
habet áliquid adve
relinque munus tu
altáre, & vade;
conciliári fratri
tunc véniens offe
tuum. O bonitáte
nignitátem quæ

ıſúperat! Honó-
ı deſpicit pro ca-
a próximum; oſ-
ſe priùs commi-
e non ex inimicí-
m, vel ex cupi-
erendi ſupplícii,
amóre ferventi.
im hiſce verbis
as fingi poſſit? In-
tur, inquit, cultus
t cáritas tua má-
m verè ſacrifi-
reconciliátio cum

limiséritis homí-
:cáta eórum, di-
vobis Pater veſ-
tis delícta veſtra:
:m non dimiséri-
nibus, nec Pater
nittet vobis pec-
tra. ℣. Relinque
tuo nocenti te;
:precanti tibi pec-
entur. * Si autem.
. *Eccli.* 28.
viij. Poſt pauca.
ambo, ut mihi
dem vidétur, ſub-
& agit Dóminus;
idem, ut jam dixi,
dat ſe caritátem
cere, & illam eſſe
ıáximum ómnium
ım, ſéque ſine ca-
:rifícium non ad-
ſecundum autem,
:iliatiónis inevitá-
ceſſitátem áfferat.
ıi juſſus eſt non
erre, quàm recon-

ciliarétur; etiamſi non ex amóre próximi, ſaltem ne ſacrifícium imperfectum máneat, properábit ad offenſum fratrem, ut inimicítiam ſolvat. Ideóque ómnia emphátıcis expreſſit verbis, terrens illum excitánſque. Cùm dixiſſet enim: Relinque munus tuū; non ibi ſúbſtitit, ſed ſubjunxit: Ante altáre; & poſtquàm ex loco in horrórem quemdam conjécit: Et vade; nec tantùm dixit: Vade; ſed adjunxit; Priùs reconciliári fratri tuo; & tunc véniens offer munus tuum. Per hæc ómnia declárans, hanc menſam non admíttere eos qui inimicítias mútuò exercent. Aúdiant initiáti, qui cum inimicítiis accédunt.

℟. Benedícite perſequéntibus vos, nulli malum pro malo reddentes: * Sed † Si eſuríerit inimícus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi. ℣. Omnis injúriæ próximi ne memíneris, & nihil agas in opéribus injúriæ. * Sed. Glória. † Si eſuríerit. *Rom.* 12. *Eccli.* 10.

Lectio ix. Poſt pauca. & §. 10.

NOn dixit: Cùm gráviter offenſus es, tum reconciliáre; ſed étiamſi leve quídpiam contra te habúerit. Neque adjécit, ſive juſtè ſive injuſtè; ſed ſim-

plíciter, Si habúerit áliquid adversùm te: etiamſi enim juſtè, neque ſic decet inimicítiã diútiùs fovére. Quandóquidem & Chriſtus juſtè nobis iraſcebátur, áttamen ſeipſum pro nobis dedit occidendum, non ímputans nobis illa peccáta. Ideò Paulus álio modo nos ad reconciliatiónem agens, dicébat: Sol non óccidat ſuper iracúndiam veſtram.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Niſi abundáverit juſtitia veſtra pluſquàm Scribárum & Phariſæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. *Matth.* 5.

Oratio.

Confirma, quæſumus, Dómine, tuórum corda fidélium, & grátiæ tuæ virtúte corróbora; ut & in tua ſint ſupplicatióne devóti, & mútuâ dilectióne ſincéri; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 50.

Chriſtianórum religióſæ devotiónis, quæ, ut créditur, ex Apoſtolórum traditióne, imò Eccléſiæ auctoritáte deſcendit, mos inolévit ut ob memóriam Domínicæ Reſurrectiónis, diem Domínicum venerabíliter atque honorabíliter colat: quóniam

eo die Deus
cóndidit co
mórtuis reſur
Paraclétum S
ctum Apóſt
cœlis.

Ad Magni
Si offers mun
táre, & ibi re
ris, quia frat
áliquid adver
que ibi mun
altáre, & vad
ciliári fratri tu
niens ófferes
Matth. 5.

FERIA SI

De libro ſecu

Lectio j.

Accidit d
morerét
muerúntque
nuntiáre ei q
eſſet párvulu
David vidiſſe
muſſitantes, in
mórtuus eſſet
dixítque ad
Num mórtu
Qui reſpondé
tuus eſt. Surr
vid de terra,
ctúſque eſt:
taſſet veſtem,
domum Dón
rávit: & ven
ſuam, petiví
rent ei panem
Et conſolátus
thſabée uxór
greſſúſque ad
vit cum ea:

m, & vocávit nomen
us Sálomon. Et Dóminus
lexit eum, misítque in
nu Nathan Prophétæ,
vocávit nomen ejus,
mábilis Dómino, eò quòd
geret eum Dóminus.

℟. Amóto Saül, *p.* 243.

Lectio ij. Cap. 13.

ctum eſt autem, ... ut
nderentur oves Abſa-
veníṭque ad regem,
t ad eum: Ecce ton-
r oves ſervi tui: vé-
oro, rex cum ſervis
ſervum ſuum...Cùm
cógeret eum, & no-
ire, benedixit ei. Et
alom: Si non vis ve-
ré niat, óbſecro, no-
ſaltem Amnon fra-
us. Dixítque ad eum
on eſt neceſſe ut va-
um. Coëgit ítaque
m eum, & dimíſit
Amnon & univer-
s regis. Fecerátque
n convívium quaſi
um regis. Præcépe-
em Abſalom púeris
ens: Obſerváte cùm
ntus fúerit Amnon
dixero vobis: Per-
um, & interfícite:
timére; ego enim
ui præcípio vobis,
mini, & eſtóte viri
s.

℟. Quaſi adeps, *p.* 243.

Lectio iij.

érunt ergo púeri Ab-
lom adversùm Am-
non, ſicut præcéperat eis Abſalom. Surgentéſque omnes filii regis aſcendérunt ſínguli mulas ſuas, & fugérunt. Cúmque adhuc pérgerent in itínere, fama pervénit ad David dicens: Percuſſit Abſalom omnes filios regis, & non remanſit ex eis ſaltem unus. Surrexit ítaque rex, & ſcidit veſtimenta ſua: & cécidit ſuper terram, & omnes ſervi illíus qui aſſiſtébant ei, ſcidérunt veſtimenta ſua. Reſpondens autem Jónadab fílius Sémmaa fratris David dixit: Ne æſtimet dóminus meus rex quòd omnes púeri fílii regis occíſi ſunt: Amnon ſolus mórtuus eſt... Fugit autem Abſalom.

℟. Hæc dicit, *p.* 244.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. *Reform. cap.* 1.

STátuit ſancta Synodus, ut, cùm primùm Eccléſia vacáverit, ſupplicatiónes ac preces públicè privatímque habeantur, atque à Capítulo per civitátem & diœcéſim indicantur; quibus Clerus populúſque bonum à Deo Paſtórem váleat impetráre.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio j. Cap. 14.

CUm ingreſſa fuiſſet múlier Thecuítis ad

regem, cécidit coram eo ſuper terram, & adorávit & dixit: Serva me rex. Et ait ad eam rex: Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit: Heu! múlier vídua ego ſum; mórtuus eſt enim vir meus: & ancíllæ tuæ erant duo fílii, qui rixáti ſunt adversùm ſe in agro, nullúſque erat qui eos prohibére poſſet: & percuſſit alter álterum, & interfécit eum. Et ecce conſurgens univerſa cognátio adversùm ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percuſſit fratrem ſuum, ut occidámus eum pro ánima fratris ſui quem interfécit, & deleámus hærédem: & quærunt extínguere ſcintillam meam quæ relícta eſt, ut non ſuperſit viro meo nomen & relíquiæ ſuper terram. Et ait rex ad mulíerem: Vade in domum tuam, & ego jubébo pro te. Dixítque múlier Thecuítis ad regem: In me, dómine mi rex, ſit iníquitas & in domum patris mei; rex autem & thronus ejus ſit innocens.

℟. Tabernáculum teſtimónii, *p.* 244.

Lectio ij.

ET ait rex: Qui contradíxerit tibi, adduc eum ad me, & ultrà non addet ut tangat te. Quæ ait: Recordétur rex Dómini Dei ſui, ut non multiplicentur próximi sánguinis ad ulciſcendum, & nequáquam interfíciant fílium meum. Qui ait: Vivit Dóminus, quia non cadet de capillis fílii tui ſuper terram. Dixit ergo múlier: Loquátur ancilla tua ad dóminum meum regem verbum. Et ait: Lóquere. Dixítque múlier: Quare cogitaſti hujuſcémodi rem contra pópulum Dei, & locútus eſt rex verbum iſtud, ut peccet & non redúcat ejectum ſuum? Omnes mórimur, & quaſi aquæ dilábimur in terram quæ non revertuntur: nec vult Deus períre ánimam, ſed retractat cógitans, ne pénitùs péreat qui abjectus eſt.

℟. Dilexit David Deum, *pag.* 245.

Lectio iij.

ET ait rex: Numquid manus Joab tecum eſt in ómnibus iſtis? Reſpondit múlier, & ait: Per ſalútem ánimæ tuæ, dómine mi rex, nec ad ſiniſtram nec ad déxteram eſt ex ómnibus his quæ locútus eſt dóminus meus rex: ſervus enim tuus Joab ipſe præcépit mihi, & ipſe póſuit in os ancíllæ tuæ ómnia verba hæc. Ut vérterem figúram ſermónis hujus, ſervus tuus Joab præcépit iſtud: tu autem, dómine

, ſápiens es, ſicut
ápiéntiam Angelus
ıt intélligas ómnia
erram. Et ait rex ad
Ecce placátus feci
ı tuum : vade ergo,
oca púerum Abſa-

Appropinquavérunt
ıvid ue mqrerétur,

: A N O N.

ncílio Tridentíno.
. *de Reform. cap.* 1.
ı Eccleſiárum régi-
ıen, (onus quippe
cis húmeris formi-
n,) qui máximè di-
erint, quorúmque
ita ac omnis ætas,
libus exórdiis uſque
fectióres annos per
inæ ſtipéndia Eccle-
: laudabíliter acta,
nium præbeat; ſe-
n venerábiles bea-
Patrum ſanctiónes,
ntur.

IA QUARTA.

ro ſecundo Regum.
tio j. Cap. 14.
exit Joab, & venit
Abſalom in domum
k dixit: Quare ſuc-
unt ſervi tui ſége-
eam igni? Et reſpon-
ſalom ad Joab: Mi-
: óbſecrans ut vení-
me, & mítterem te
em, & díceres ei:
veni de Geſſur? mé-
lius mihi erat ibi eſſe: ób-
ſecro ergo ut vídeam fá-
ciem regis: quòd ſi memor
eſt iniquitátis meæ, inter-
fíciat me. Ingreſſus ítaque
Joab ad regem, nuntiávit
ei ómnia: vocatúſque eſt
Abſalom, & intrávit ad
regem, & adorávit ſuper
fáciem terræ coram eo:
oſculatúſque eſt rex Abſa-
lom.

℟. Amóto Saül, ſuſci-
távit Deus, *p.* 243.

Lectio ij. Cap. 16.

IGitur poſt hæc fecit ſibi
Abſalom currus & équi-
tes, & quinquaginta viros
qui præcéderent eum.... Et
manè conſurgens Abſalom
ſtabat juxta intróitum por-
tæ, & omnem virum qui
habébat negótium ut ve-
níret ad regis judícium,
vocábat Abſalom ad ſe, &
dicébat: De qua civitáte
es tu? Qui reſpondens aié-
bat: Ex una tribu Iſrael
ego ſum ſervus tuus. Reſ-
pondebátque ei Abſalom:
Videntur mihi ſermónes
tui boni & juſti: ſed non
eſt qui te áudiat conſtitú-
tus à rege. Dicebátque Ab-
ſalom: Quis me conſtítuat
júdicem ſuper terram, ut
ad me véniant omnes qui
habent negótium, & juſtè
júdicem? Sed & cùm accé-
deret ad eum homo ut ſa-
lutáret illum, extendébat
manum ſuam, & appre-
hendens oſculabátur eum.

Faciebátque hoc omni Iſrael venienti ad judícium, ut audirétur à rege, & ſollicitábat corda virórum Iſrael.

℟. Quaſi adeps, *p.* 243.

Lectio iij.

DIxit Abſalom ad regem David: Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Dómino in Hebron. Vovens enim vovit ſervus tuus, cùm eſſet in Geſſur Syriæ, dicens: Si redúxerit me Dóminus in Jerúſalem, ſacrificábo Dómino. Dixítque ei rex David: Vade in pace. Et ſurrexit & ábiit in Hebron. Miſit autem Abſalom exploratóres in univerſas tribus Iſrael, dicens: Statim ut audiéritis clangórem búccinæ, dícite: Regnávit Abſalom in Hebron. Porrò cum Abſalom iérunt ducenti viri de Jerúſalem vocáti, euntes símplici corde, & cauſam pénitùs ignorantes. Accersívit quoque Abſalom Achítophel Gilonítem conſiliárium David, de civitáte ſua Gilo. Cúmque immoláret víctimas, facta eſt conjurátio válida, populúſque concurrens augebátur cum Abſalom. Venit ígitur núntius ad David, dicens: Toto corde univerſus Iſrael ſéquitur Abſalom. Et ait David ſervis ſuis qui erant cum eo in Jerúſalem: Súrgite, fugiámus.

℟. Hæc dicit, *p.* 244.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 23.

NOn ideò ſe ſolùm quilibet Epíſcopus vas miſericórdiæ putet in glóriam præparátum, quia pontificáli milítiâ fúngitur; ſed ſi pro grege ſibi crédito ſollícitus ſemper invígilet & prædicet verbo; inſtet opportúnè, importúnè; árguat, óbſecret, íncrepet in omni patiéntia & doctrína: nec ſibi dominátum ſuperbus uſurpáre conténdat, ſed Apoſtólicis informátus elóquiis, & exemplis, ſervum ſe cunctis exhíbeat.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio j. Cap. 15.

EGreſſus rex & omnis Iſrael pédibus ſuis ſtetit procul à domo: & univerſi ſervi ejus ambulábant juxta eum & legiónes; Cérethi & Phélethi, & omnes Gethæi, pugnatóres válidi, ſexcenti viri qui ſecúti eum fúerant de Geth pédites, præcedébant regem... Omnéſque flebant voce magnâ, & univerſus pópulus tranſíbat: rex quoque tranſgrediebátur tor-

rentem

entem Cedron, & cunctus pópulus incedébat contra viam quæ réſpicit ad deſertum. Venit autem & Sadoc ſacerdos, & univerſi Levítæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuérunt arcam Dei; & aſcendit Abíathar, donec explétus eſſet omnis pópulus qui egreſſus fúerat de civitáte. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem: ſi invénero grátiam in óculis Dómini, redúcet me, & oſtendet mihi eam & tabernáculum ſuum: ſi autem díxerit mihi: Non places: præſtò ſum, fáciat quod bonum eſt coram ſe.

℟. Tabernáculum, *p.* 244.

Lectio ij.

ET dixit rex ad Sadoc ſacerdótem: O videns, revértere in civitátem in pace; & Achímaas fílius tuus, & Jónathas fílius Abíathar, duo fílii veſtri, ſint vobiſcum. Ecce ego abſcondar in campéſtribus deſerti, donec véniat ſermo à vobis índicans mihi. Reportavérunt ergo Sadoc & Abíathar arcam Dei in Jeruſalem, & mansérunt ibi. Porrò David aſcendébat clivum olivárum, ſcandens & flens, nudis pédibus incédens, & operto cápite; ſed & omnis pópulus qui erat cum eo, operto cápite, aſcendébat plorans. Nuntiátum eſt autem David, quòd & Achítophel eſſet in conjuratióne cum Abſalom; dixítque David: Infátua, quæſo, Dómine, consílium Achítophel.

℟. Dilexit David, *p.* 245.

Lectio iij. Cap. 16.

VEnit ergo rex David uſque Bahúrim: & ecce egrediebátur inde vir de cognatióne domûs Saül, nómine Sémei, fílius Gera, procedebátque egrédiens & maledicébat, mittebátque lápides contra David.... Ita autem loquebátur Sémei, cùm maledíceret regi: Egrédere, egrédere, vir sánguinum, & vir Bélial. Réddidit tibi Dóminus univerſum sánguinem domûs Saül: quóniam invaſiſti regnum pro eo, & dedit Dóminus regnū in manu Abſalom fílii tui, & ecce premunt te mala tua; quóniam vir sánguinum es. Dixit autem Abíſaï fílius Sárviæ regi: Quare maledícit canis hic mórtuus dómino meo regi? vadam, & amputábo caput ejus. Et ait rex: Quid mihi & vobis eſt, fílii Sárviæ? dimíttite eum, ut maledícat: Dóminus enim præcépit ei ut maledíceret David: & quis eſt qui áudeat dícere, quare ſic fécerit? Et ait rex Abíſaï, &

univerſis ſervis ſuis: Ecce filius meus qui egreſſus eſt de útero meo, quærit ánimam meam; quantò magis nunc filius Jémini: dimíttite eum, ut maledícat juxtà præceptum Dómini: ſi fortè reſpíciat Dóminus afflictiónem meam: & reddat mihi Dóminus bonum pro maledictióne hac hodierna.

℟. Appropinquavérunt, *p.* 245.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 5. *de Reform. cap.* 2.

QUia Chriſtiánæ Reipúblicæ non minùs neceſſária eſt prædicátio Evangélii, quàm léctio; & hoc eſt præcípuum Epiſcopórum munus; ſtátuit & decrévit ſancta Synodus, omnes Epíſcopos, Archiepíſcopos, Primátes, & omnes álios eccleſiárum Prælátos tenéri per ſeipſos, ſi legítimè impedíti non fúerint, ad prædicandum ſanctum Jeſu Chriſti Evangélium.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum.
Lectio j. Cap. 18.

COnſideráto David pópulo ſuo, conſtítuit ſuper eos tribúnos & centurióncs;... dixítque rex ad pópulum: Egrédiar & ego vobiſcum. Et reſpondit pópulus: Non exíbis. Sive enim fugérimus, non magnópere ad eos de nobis pertinébit: ſive média pars cecíderit è nobis, non ſatis curábunt: quia tu unus pro decem míllibus computáberis: mélius eſt ígitur ut ſis nobis in urbe præsídio. Ad quos rex ait: Quod vobis vidétur rectum, hoc fáciam. Stetit ergo rex juxta portam: egrediebatúrque pópulus per turmas ſuas, centéni & milléni. Et præcépitr ex Joab, & Abíſai, & Ethaï, dicens: Serváte mihi púerum Abſalom. Et omnis pópulus audiébat præcipientem regem cunctis princípibus pro Abſalom. Itaque egreſſus eſt pópulus in campum contra Iſrael, & factum eſt prælium in ſaltu Ephraim. Et cæſus eſt ibi pópulus Iſrael ab exércitu David.

℟. Amóto Saül, *p.* 243.

Lectio ij.

ACcidit autem ut occúrreret Abſalom ſervis David, ſedens mulo: cúmque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput ejus quérqui: & illi ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus cui inſéderat, pertranſívit. Vidit autem hoc quíſpiam, & nuntiávit Joab, dicens: Vidi Abſalom pendére de quercu. Et ait Joab viro

ıntiáverat ei : Si vi-
quare non confodiſti
:um terra? & ego de-
ı tibi decem argenti
& unum bálteum.
ixit ad Joab : Si ap-
res in mánibus meis
ırgénteos, nequáquã
em manum meam
um regis ; audiénti-
ım nobis, præcépit
i, & Abíſaï, & Ethaï
: Cuſtodíte mihi
m Abſalom. Sed &
ſem contra ánimam
audacter, nequá-
hoc regem latére
ſet, & tu ſtares ex
o? Et ait Joab : Non
a vis, ſed aggrédiar
oram te. Tulit ergo
nceas in manu ſua,
it eas in corde Ab-
: cúmque adhuc pal-
t hærens in quercu,
érunt decem júvenes
eri Joab ; & percu-
; interfecérunt eum.
.t autem Joab búcci-
t retínuit pópulum,
rſequerétur fugien-
rael, volens párcere
údini.
Quaſi adeps, *p.* 245.

Lectio iij.

'páruit Chuſi, & vé-
iens ait : Bonum ap-
núntium, dómine
: : judicávit enim pro
minus hódie de ma-
nnium qui ſurrexé-
contra *te. Dixit au-*
tem rex ad Chuſi : Eſt-ne pax púero Abſalom? Cui reſpondens Chuſi : Fiant, inquit, ſicut puer, inimíci dómini mei regis, & univerſi qui conſurgunt advérsùs eum in malum. Contriſtátus ítaque rex aſcendit cœnáculum portæ, & flevit : & ſic loquebátur vadens : Fili mi Abſalom! Abſalom fili mi! quis mihi tríbuat, ut ego móriar pro te? Abſalom fili mi! fili mi Abſalom!

℟. Hæc dicit, *p.* 244.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi.

Ann. 1584. *tit.* 3. *can.* 1.

SCiant omnes Epíſcopi, prædicandi verbi Dei munus ad ipſos præſertim pertinére; ut qui à Chriſto miſſi in locum Apoſtolórum ſuccéſſerint. Sed quia neque ſemper, nec ubíque per diœcéſim verbum Dei poſſunt annuntiáre; vídeant ut eos mittant, quos ſui óperis dignos adjutóres eſſe nóverint; ne ſub ovína pelle lupi rapáces in grege Dómini graſſentur.

SABBATO.

De libro primo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 21.

COnſurrexit autem ſatan contra Iſrael, & concitávit David ut numeráret Iſrael. Dixítque David ad Joab, & ad prin-

cipes pópuli : Ite & numeráte Iſrael à Berſabée uſque Dan ; & afferte mihi númerum ut ſciam. Reſpondítque Joab : Augeat Dóminus pópulum ſuum céntuplum , quàm ſunt : nonne , dómine mi rex , omnes ſervi tui ſunt? quare hoc quærit dóminus meus , quod in peccátum reputétur Iſraéli ? Sed ſermo regis magis præváluit : egreſſúſque eſt Joab , & circuívit univerſum Iſrael , & reverſus eſt Jeruſalem ; dedítque Davídi númerum eórum quos circuíerat : & inventus eſt omnis númerus Iſrael , mille míllia & centum míllia virórum educéntium gládium : de Juda autem quadringenta ſeptuaginta míllia bellatórum. Nam Levi & Bénjamin non numerávit : eò quòd Joab invítus exequerétur regis impérium.

Lectio ij.

DIſplícuit autem Deo quod juſſum erat ; & percuſſit Iſrael. Dixítque David ad Deum : Peccávi nimis , ut hoc fácerem : óbſecro, aufer iniquitátem ſervi tui , quia inſipienter egi...Cúmque veniſſet Gad ad David , dixit ei : Hæc dicit Dóminus : Elige quod volúeris , aut tribus annis famem, aut tribus ménſibus te fúgere hoſtes tuos , & gládium eórum non poſſe evádere ; aut tribus diébus gládium Dómini , & peſtiléntiam verſári in terra , & Angelum Dómini interfícere in univerſis fínibus Iſrael : nunc ígitur vide quid reſpóndeam ei qui miſit me. Et dixit David ad Gad : Ex omni parte me angúſtiæ premunt : ſed mélius mihi eſt ut íncidam in manus Dómini , quia multæ ſunt miſeratiónes ejus , quàm in manus hóminum.

Lectio iij.

MIſit ergo Dóminus peſtiléntiam in Iſrael : & cecidérunt de Iſrael ſeptuaginta míllia virórum. Miſit quoque Angelum in Jeruſalem , ut percúteret eam : cúmque percuterétur , vidit Dóminus , & miſertus eſt ſuper magnitúdine mali : & imperávit Angelo qui percutiébat : Súfficit ; jam ceſſet manus tua. Porrò Angelus Dómini ſtabat juxta áream Ornan Jebuſæi , leváníque David óculos ſuos , vidit Angelum Dómini ſtantem inter cœlum & terram , & evaginátum gládium in manu ejus , & verſum contra Jeruſalem : & cecidérunt tam ipſe quàm majóres natu veſtiti cilíciis , proni in terram. Dixítque David ad Deum : Nonne ego ſum qui juſſi ut nume-

ulus? ego qui
go qui malum
ex quid com-
Dómine Deus
átur, óbſecro,
a me, & in do-
mei: pópulus
non percutiá-
s autem Dómi-
Gad, ut dice-
ut aſcénderet,
e altáre Dómi-
rea Ornan Je-

N O N.

lio Remenſi.
. *tit. de Epiſc.*
. 4.
um Epiſcopó-
ſidéntia máxi-
ia eſt; quæ de
Canónibus, &
Tridentína Sy-
a ſunt, obſer-
ſidentes verò
agnum animá-
rum Paſtórem
um imiteutur,
coepit fácere,
ére; ne plus
o morum exem-
cómmodi, do-
o, ásferant.
nif. *Ant.* 2. D.
ſurrexit filius
ii ſubjécit Deus
es; ut cónderet
nómine ſuo, &
ſtitátem in ſem-
Eccli. 47.
nfrà ad Laudes.

DOMINICA VI.
poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber tértius Regum.

Lectio j. Cap. 1.

REx David ſenúerat, habebátque ætátis plúrimos dies..... Adónias autem fílius Haggith elevabátur, dicens: Ego regnábo. Fecítque ſibi currus & équites, & quinquaginta viros qui cúrrerent ante eum. Nec corrípuit eum pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher valdè, ſecundus natu poſt Abſalom. Et ſermo ei cum Joab fílio Sárviæ, & cum Abíathar ſacerdóte, qui adjuvábant partes Adóniæ. Sadoc verò ſacerdos, & Banáias fílius Joíadæ & Nathan Prophéta, & Sémei & Rei, & robur exércitûs David non erat cum Adónia.

℟. Plácuit ſermo coram Dómino quòd Sálomon poſtulaſſet cor dócile: * Dixit Dóminus Salomóni: Quia non petiſti tibi dies multos, nec divítias, ecce dedi tibi cor ſápiens; ſed & hæc quæ non poſtulaſti, dedi tibi; divítias & glóriam. ℣. Potens eſt Deus ómnia fácere ſuperabundanter quàm pétimus. * Dixit Dóminus. *III. Reg.* 3. *Epheſ.* 3.

Lectio ij.

DIxit rex David : Vocáte mihi Sadoc ſacerdótem, & Nathan Prophétam , & Banáiam fílium Joíadæ. Qui cùm ingreſſi fuiſſent coram rege, dixit ad eos : Tóllite vobiſcum ſervos dómini veſtri, & impónite Salomónem fílium meum ſuper mulam meam : & dúcite eum in Gihon ; & ungat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan Prophéta, in regem ſuper Iſrael : & canétis búccinâ atque dicétis : Vivat rex Sálomon. Et aſcendétis poſt eum, & véniet, & ſedébit ſuper ſólium meum, & ipſe regnábit pro me : illíque præcípiam ut ſit dux ſuper Iſrael & ſuper Judam.

℟. Duæ mulíeres contendébant coram Salomóne : * Audívit omnis Iſrael judícium quod judicaſſet rex, & timuérunt regem, vidéntes ſapiéntiam Dei eſſe in eo ad faciendum judícium. ℣. Si quis índiget ſapiéntiâ, póſtulet à Deo, qui dat ómnibus affluenter ; & dábitur ei. * Audívit omnis Iſrael. *III. Reg.* 3. *Jac.* 1.

Lectio iij.

ET reſpondit Banáias fílius Joíadæ regi dicens : Amen : ſic loquátur Dóminus Deus dómini mei regis. Quómodò fuit Dóminus cum dómino meo rege, ſic ſit cum Salomóne, & ſublímius fáciat ſólium ejus à ſólio dómini mei regis David. Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos, & Nathan Prophéta, & Banáias fílius Joíadæ, & Cérethi & Phélethi : & impoſuérunt Salomónem ſuper mulam regis David, & adduxérunt eum in Gihon. Sumpsítque Sadoc ſacerdos cornu ólei de tabernáculo, & unxit Salomónem : & cecinérunt búccinâ, & dixit omnis pópulus : Vivat rex Sálomon.

℟. Regína Saba, audítâ famâ Salomónis in nómine Dómini, venit tentáre eum in ænigmátibus : & dócuit eam ómnia verba quæ propoſúerat : * Videns autem omnem ſapiéntiam ejus, † Dixit ad eum : Sit Dóminus Deus tuus benedíctus, cui complacuíſti, & póſuit te ſuper thronum Iſrael. ℣. Regína Auſtri venit à fínibus terræ audíre ſapiéntiam Salomónis. * Videns. Glória. † Dixit. *III. Reg.* 10. *Luc.* 11.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Auguſtíni Epíſcopi, de Civitáte Dei.
Libr. 17. *cap.* 8. §. 1.

Lectio iv.

CUm regi David multa próſpera proveniſſent, cogitávit fácere Deo do-

Templum illud ſci-
cellentiſſimè diſſa-
, quod à rege Salo-
ilio ejus póſteà fa-
n eſt. Hoc eo co-
, factum eſt verbum
ad Nathan Prophé-
uod perferret ad re-
bi cùm Deus dixiſ-
òd non ab ipſo Da-
i ædificarétur do-
ieque per tantum
ſe mandaſſe cui-
n pópulo ſuo, ut
ret domus cédrina :
, inquit, hæc di-
o meo David : Hæc
Dóminus omnípo-
ſcitábo ſemen tuum
, qui erit de ventre
præparábo regnum
Hic ædificábit mihi
i nómini meo, &
n thronum illíus uſ-
æternum.
alomon pétiit ut lo-
ctificarétur magno
Et, ut ſapiéntiam
, óbtulit ſacrificium
iónis templi; & de-
ignis de cœlo, &
pſit holocauſtum.
omon ædificávit do-
Deo Jacob. * Et, ut
iam. *II. Mach.* 2.

ectio v. §. 2.

inc tam grandem
romiſſiónem qui pu-
alomóne fuiſſe com-
, multùm errat. At-
enim quod dictum

eſt : Hic ædificábit mihi domum; quóniam Sálomon templum illud nóbile extruxit : & non attendit, Fidélis erit domus ejus, & regnum ejus uſque in ætérnum coram me. Attendat ergo, & aſpíciat Salomónis domum plenam muliéribus alienígenis, coléntibus deos falſos, & ipſum ab eis regem aliquando ſapientem in eamdem idololátriam ſeductum atque dejectum; & non áudeat exiſtimáre Deum, vel hoc promiſiſſe mendáciter, vel talem Salomónem domúmque ejus futúram non potuiſſe præſcíre. Non hinc autem deberémus ambígere; nec, ſi non in Chriſto Dómino noſtro qui factus eſt ex sémine David ſecundùm carnem, jam viderémus iſta compleri; ne vanè atque inániter hîc álium áliquem requirámus, ſicut carnáles Judæi.

℟. Stetit Sálomon coram altári Dómini; &, palmis in cœlum levátis, ait : Dómine Deus Iſrael, tu exáudies de cœlo preces & obſecratiónem, ſi peccáverint tibi; * Neque enim eſt homo qui non peccet. ℣. Si dixérimus quóniam peccátum non habémus, ipſi nos ſedúcimus, & véritas in nobis non eſt; * Neque. *II. Paral.* 6. *I. Joann.* 1.

Lectio vj. Poſt pauca.

FActa eſt quidem nonnulla imágo rei futúræ étiam in Salomóne, in eo quòd templum ædificávit, & pacem hábuit ſecundùm nomen ſuum; Sálomon quippe pacíficus eſt latinè: & in exórdio regni ſui mirabíliter laudábilis fuit: ſed eâdem ſuâ persónâ per umbram futúri prænuntiábat étiam ipſe Chriſtum Dóminum noſtrum, non exhibébat. Undè quædam de illo ita ſcripta ſunt, quaſi de ipſo iſta prædicta ſint, dum Scriptúra ſancta étiam rebus geſtis prophétans, quodam modo in eo figúram delíneat futurórum.

℟. Certè in géntibus multis non erat rex símilis Salomóni. * Dilectus Deo ſuo erat; & ipſum duxérunt ad peccátum mulíeres alienígenæ. ℣. Hæc ſcripta ſunt ad correptiónem noſtram: ítaque qui ſe exíſtimat ſtare, vídeat ne cadat. * Dilectus. Glória.* Dilectus. *II. Eſdr.* 13. *I. Cor.* 10.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio vij. Cap. 8.

IN diébus illis: Cùm turba multa eſſet cum Jeſu, nec habérent quod manducárent, convocátis diſcípulis; ait illis: Miſéreor ſuper turbam, quia ecce jam tríduo ſúſtinent me; nec habent quod mandúcent. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 24. in Joann. Evang. §. 1.

MIrácula quæ fecit Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, ſunt quidem divína ópera; & ad intelligendum Deum de viſibílibus, ádmonent humánam mentem. Quia enim ille non eſt talis ſubſtántia quæ vidéri óculis poſſit; & mirácula ejus quibus totum mundum regit, univerſámque creatúram adminiſtrat, aſſiduitáte viluérunt, ita ut penè nemo dignétur atténdere ópera Dei mira & ſtupenda in quólibet séminis grano: ſecundùm ipſam ſuam miſericórdiam ſervávit ſibi quædam quæ fáceret opportúno témpore, præter uſitátum curſum ordinémque natúræ; ut non majóra, ſed insólita videndo ſtupérent, quibus quotidiána viluerant.

℟. Ecce óculi Dómini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus; ut alat eos in fame: * Quóniam adjútor & protector noſter

t. ℣. Humiliámini ígitur b potenti manu Dei, anem ſollicitúdinem veam projicientes in eum; óniam ipſi cura eſt de bis. * Quóniam. *Pſ.* 32. *Petr.* 5.

Lectio viij.

MAjus enim miráculum eſt gubernátio tíus mundi, quam ſatutio quinque míllium hóinum de quinque pánius; & tamen hæc nemo irátur: illud mirantur hóines, non quia majus eſt, d quia rarum eſt. Quis nim & nunc paſcit unierſum mundum, niſi ille ui de paucis granis ſéges creat? Fecit ergo quóodò Deus: unde enim ultiplicat de paucis grais, ſégetes, inde in máibus ſuis multiplicávit uinque panes. Poteſtas eim erat in mánibus Chriti: panes autem illi quinue quaſi ſémina erant, on quidem terræ mandáa; ſed ab eo qui terram ecit, multiplicáta.

℟. Jacta ſuper Dómium curam tuam, & * Ipſe e enútriet; non dabit in ternum fluctuatiónem juſto. ℣. Sint mores ſine avaítia, contenti præſéntius; ipſe enim dixit: Non e déſeram, neque derelinquam. * Ipſe. Glória. * Ipſe. *Pſ.* 54. *Hebr.* 13.

Lectio ix. §. 1 & 2.

HOc ergo admótum eſt ſénſibus, quo erigerétur mens; & exhíbitum óculis ubi exercerétur intellectus? ut invisíbilem Deum per viſibília ópera mirarémur; & erecti ad fidem, & purgáti per fidem, étiam ipſum inviſibiliter vidére cuperémus, quem de rebus viſibilibus invisíbilem noſcerémus. Nec tamen súfficit hæc intuéri in miráculis Chriſti. Interrogémus ipſa miracula, quid nobis loquantur de Chriſto: habent enim, ſi intelligantur, linguam ſuam. Nam quia ipſe Chriſtus Verbum Dei eſt, étiam factum Verbi verbum nobis eſt.

Ad Bened. *Ant.* 1. G. Accípiens Jeſus ſeptem panes, grátias agens fregit, & dabat diſcípulis ſuis ut appónerent; & apposuérunt turbæ. *Marc.* 8.

Oratio.

DEus, cujus providéntia in ſuî diſpoſitióne non fállitur, te súpplices exorámus ut nóxia cuncta ſubmóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concilio Colonienſi primo.

Ann. 1536. *part.* 9. *cap.* 9.

DIligenter pópulus admonendus eſt, cur

Fériæ, & potiſſimùm dies Domínicus qui à tempóribus Apoſtolórum in Eccléſia Dei ſemper célebris fuit, inſtitútæ ſint: nempè, ut tum in unum omnes páriter convenírent ad audiendùm verbum Dómini, ad audiendum quoque ſacrum, & communicandum; bréviter, ad vacandum Deo ſoli, ut dies illa tantùm oratiónibus, hymnis, pſalmis & cánticis ſpirituálibus tranſigátur. Hoc eſt enim ſanctificáre Sábbatum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Manducavérunt & ſaturáti ſunt, & ſuſtulérunt quod ſuperáverat de fragmentis ſeptem ſportas: erant autem qui manducáverant, quaſi quátuor míllia. *Marc.* 8.

FERIA SECUNDA.

De libro tértio Regum.

Lectio j. Cap. 2.

APpropinquavérunt autem dies David ut morerétur, præcepítque Salomóni fílio ſuo, dicens: Ego ingrédior viam univerſæ terræ: confortáre, & eſto vir: & obſerva cuſtódias Dómini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut cuſtódias ceremónias ejus, & præcepta ejus, & judícia, & teſtimónia, ſicut ſcriptum eſt in lege Móyſi: ut intélligas univerſa quæ facis, & quocúmque te vérteris: ut confírmet Dóminus ſermónes ſuos quos locútus eſt de me, dicens: Si cuſtodíerint fílii tui vias ſuas, & ambuláverint coram me in veritáte, in omni corde ſuo & in omni ánima ſua, non auferétur tibi vir de sólio Iſrael... Dormívit igitur David cum pátribus ſuis, & ſepultus eſt in civitáte David. Dies autem quibus regnávit David ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt; in Hebron regnávit ſeptem annis, in Jeruſalem triginta tribus.

℟. Plácuit ſermo, *p.* 269.

Lectio ij. Cap. 3.

APpáruit autem Dóminus Salomóni per sómnium nocte, dicens: Póſtula quod vis ut dem tibi. Et ait Sálomon: Tu feciſti cum ſervo tuo David patre meo miſericórdiam magnam, ſicut ambulávit in conſpectu tuo in veritáte, & juſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericórdiam tuam grandem, & dediſti ei fílium ſedentem ſuper thronum ejus, ſicut eſt hódie. Et nunc, Dómine Deus, tu regnáre feciſti ſervum tuum pro David patre meo: ego autem ſum puer párvulus, & ignórans egreſſum & intróitum meum.

s tuus in médio
li quem elegiſti,
ifiníti, qui nume-
ıpputári non po-
multitúdine. Da-
ſervo tuo cor dó-
pópulum tuum ju-
ıſſit, & diſcérne-
ıonum & malum.
m póterit judicáre
ı iſtum, pópulum
ıc multum?.
æ mulíeres, *p.* 270.
Lectio iij.
it ergo ſermo co-
Dómino, quòd
ı poſtulaſſet hujuſ-
:em. Et dixit Dó-
alomóni: Quia
:i verbum hoc, &
ſti tibi dies mul-
divítias, aut áni-
ıicórum tuórum,
ulaſti tibi ſapién-
diſcernendum ju-
ecce feci tibi ſe-
ſermónes tuos, &
cor ſápiens & in-
, in tantum ut nul-
te ſímilis tuî fúe-
poſt te ſurrectúrus
& hæc quæ non
ti, dedi tibi: di-
ílicet & glóriam;
fúerit ſímilis tuî
ıs cunctis retrò dié-
ıutem ambuláveris
meis, & cuſtodíe-
epta mea & man-
a, ſicut ambulávit
us, longos fáciam
ı.

℟. Regína Saba, *pag.* 270.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 23. *de Ref. cap.* 1.

Epíſcopos ſacroſancta Synodus ádmonet, & in Dómino hortátur, ne per illíus témporis ſpátium, Domínici Advéntûs, Quadragéſimæ, Nativitátis, Reſurrectiónis Dómini, Pentecoſtes, item & Córporis Chriſti diébus, quibus réfici máximè, & in Dómino gaudére Paſtóris præſéntiâ oves débeant, ipſi ab Ecclésia ſua Cathedráli ullo pacto abſint, niſi Epiſcopália múnia in ſua diœcéſi eos áliò vocent.

FERIA TERTIA.

De libro tértio Regum.
Lectio j. Cap. 5.

MIſit Sálomon ad Hiram, dicens: Tu ſcis voluntátem David patris mei: & quia non potúerit ædificáre domum nómini Dómini Dei ſui propter bella imminéntia per circúitum, donec daret Dóminus eos ſub veſtígio pedum ejus. Nunc autem réquiem dedit Dóminus Deus meus mihi per circúitum; & non eſt ſatan, neque occurſus malus. Quamóbrem cógito ædificáre templum nómini Dómini Dei mei, ſicut locútus eſt Dóminus

David patri meo, dicens : Fílius tuus quem dabo pro te ſuper sólium tuum, ipſe ædificábit domum nómini meo. Præcipe ígitur ut præcídant mihi ſervi tui cedros de Líbano, & ſervi mei ſint cum ſervis tuis : mercédem autem ſervórum tuórum dabo tibi quamcumque petíeris.

℟. Sálomon pétiit ut locus, *p.* 271.

Lectio ij.

DEdit Dóminus ſapiéntiam Salomóni, ſicut locútus eſt ei : & erat pax inter Hiram & Salomónem, & percuſſérunt ambo fœdus. Elegítque rex Sálomon operários de omni Iſrael, & erat indíctio trigínta míllia virórum. Mittebátque eos in Líbanum, decem míllia per menſes síngulos viciſſim, ita ut duóbus ménſibus eſſent in dómibus ſuis : & Adoníram erat ſuper hujuſcémodi indictióne. Fuerúntque Salomóni ſeptuaginta míllia eórum qui ónera portábant, & octoginta míllia latomórum in monte : abſque præpóſitis qui præerant síngulis opéribus, número trium míllium & trecentórum, præcipiéntium pópulo & his qui faciébant opus.

℟. Stetit Sálomon, *pag.* 271.

Lectio iij. Cap. 7 & 8.

ET perfécit omne opus quod faciébat Sálomon in domo Dómini, & íntulit quæ ſanctificáverat David pater ſuus, argentum & aurum, & vaſa; repoſuítque in theſauris domûs Dómini. Tunc congregáti ſunt omnes majóres natu Iſrael cum princípibus tríbuum, & duces familiárum filiórum Iſrael, ad regem Salomónem in Jeruſalem : ut deferrent arcam fœderis Dómini de civitáte David, id eſt, de Sion. Convenítque ad regem Salomónem univerſus Iſrael in menſe Ethanim, in ſolemni die; ipſe eſt menſis séptimus. Venerúntque cuncti ſenes de Iſrael, & tulérunt arcam ſacerdótes, & portavérunt arcam Dómini, & Tabernáculum fœderis, & ómnia vaſa ſanctuárii quæ erant in Tabernáculo : & ferébant ea ſacerdótes & levítæ. Rex autem Sálomon & omnis multitúdo Iſrael quæ convénerat ad eum, gradiebátur cum illo ante arcam, & immolábant oves & boves abſque æſtimatióne & número. Et intulérunt ſacerdótes arcam fœderis Dómini in locum ſuum, in oráculum templi, in Sanctum ſanctórum, ſubter alas Chérubim.

℟. Certè, *pag.* 272.

A N O N.
ncilio Remenſi.
83. *tit. de Ep.n.* 15.
ɔpi non ſint appe-
:s vindictæ, ſed
nino relinquant;
que ſibi morum
, ac vitæ probitá-
um conciliáre áni-
ſtúdio cum Dei
ficere, ut poſſint
nes conſolári, pios
i, & eos qui con-
t, argúere.
A QUARTA.
ɔ tértio Regum.
io j. Cap. 9.
n eſt cùm perfeciſ-
ılomon ædificium
Dómini, & ædifi-
is, & omne quod
.t & volúerat fáce-
ıit ei Dóminus ſe-
icut apparúerat ei
ɔn. Dixítque Dó-
l eum: Exaudívi
m tuam & depre-
ı tuam, quam
us es coram me:
ivi domum hanc
lificaſti, ut pónere-
nen meum ibi in
num, & erunt ócu-
cor meum ibi cun-
us. Tu quoque, ſi
eris coram me,
ɔulávit pater tuus,
citáte cordis, & in
, & féceris ómnia
cépi tibi, & legíti-
& judícia mea ſer-
ponam thronum
regni tui ſuper Iſrael in ſempitérnum, ſicut locútus ſum David patri tuo, dicens: Non auferétur vir de génere tuo de sólio Iſrael.

℟. Plácuit ſermo, *p.* 269.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio ij. Cap. 9.

REgína Saba, cùm audiſſet famam Salomónis, venit ut tentáret eum in ænigmátibus in Jerúſalem, cum magnis ópibus & camélis qui portábant arómata, & auri plúrimùm, gemmáſque pretióſas. Cúmque veniſſet ad Salomónem, locúta eſt ei quæcumque erant in corde ſuo: & expóſuit ei Sálomon ómnia quæ proposúerat: nec quidquam fuit, quod non perſpícuum ei fécerit. Quæ poſtquam vidit; ſapiéntiam ſcílicet Salomónis, & domum quam ædificáverat, necnon & cibária menſæ ejus, & habitácula ſervórum, & offícia miniſtrórum ejus, & veſtimenta eórum, pincernas quoque & veſtes eórum, & víctimas quas immolábat in domo Dómini: non erat præ ſtupóre ultrà in ea ſpíritus.

℟. Duæ mulíeres, *p.* 270.

Lectio iij.

DIxítque ad regem: Verus eſt ſermo quem audíeram in terra mea de

virtútibus & ſapiéntia tua. Non credébam narrántibus, donec ipſa veniſſem, & vidiſſent óculi mei, & probaſſem vix medietátem ſapiéntiæ tuæ mihi fuiſſe narrátam: viciſti famam virtútibus tuis. Beáti viri tui, & beáti ſervi tui qui aſſiſtunt coram te omni témpore, & áudiunt ſapiéntiam tuam. Sit Dóminus Deus tuus benedictus, qui vóluit te ordináre ſuper thronum ſuum, regem Dómini Dei tui. Quia díligit Deus Iſrael, & vult ſerváre eum in æternum, idcircò póſuit te ſuper eum regem, ut fácias judícia atque juſtítiam. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & arómata multa nimis, & gemmas pretioſíſſimas: non fuérunt arómata tália ut hæc quæ dedit regína Saba regi Salomóni. Rex autem Sálomon dedit regínæ Saba cuncta quæ vóluit, & quæ poſtulávit, & multò plura quàm attúlerat ad eum: quæ reverſa ábiit in terram ſuam cum ſervis ſuis.

℟. Regína Saba, *p.* 270.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 25. *de Reform. cap.* 1.

ADmonet ſancta Synodus Epíſcopos omnes, ut factis ipſis ac vitæ actiónibus, quod eſt véluti perpétuum quoddam prædicandi genus, ſe múneri ſuo conformes oſtendant: imprímis verò ita mores ſuos omnes compónant, ut reliqui ab eis frugalitátis, modéſtiæ, continéntiæ ac, quæ nos tantóperè commendat Deo, ſanctæ humilitátis exempla pétere poſſint.

FERIA QUINTA.

De libro tértio Regum.

Lectio j. Cap. 11.

REx Sálomon adamávit mulíeres alienígenas multas, ... de géntibus ſuper quibus dixit Dóminus fíliis Iſrael: Non ingrediémini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: certíſſimè enim avertent corda veſtra ut ſequámini deos eárum... Cúmque jam eſſet ſenex, depravátum eſt cor ejus per mulíeres, ut ſequerétur deos aliénos: nec erat cor ejus perfectum cum Dómino Deo ſuo, ſicut cor David patris ejus.

℟. Sálomon, *pag.* 271.

Lectio ij.

IGitur irátus eſt Dóminus Salomóni, quòd averſa eſſet mens ejus à Dómino Deo Iſrael, qui apparúerat ei ſecundò, & præcéperat de verbo hoc, ne ſequerétur deos aliénos, & non cuſtodívit quæ mandávit ei Dóminus. Dixit ítaque Dóminus Salomóni: Quia ha-

ɔc apud te, & non
ti pactum meum, &
á mea quæ mandá-
, diſrumpens ſcin-
gnum tuum, & da-
ſervo tuo. Verúm-
n diébus tuis non
propter David pa-
um. De manu filii
lam illud, nec to-
gnum áuferam, ſed
unam dabo filio
pter David ſervum
& Jerúſalem quam
uſcitávit autem Dó-
adversárium Salo-
Adad Idumæum de
régio, qui erat in

ſtit Sálomon coram
p. 271.

Lectio iij.

oam quoque filius
at, Ephrathæus de
ſervus Salomónis,
mater erat nómine
múlier vídua, levá-
um contra regem.
ſt cauſa rebelliónis
s eum, quia Sálo-
ificávit Mello, &
vit voráginem civi-
vid patris ſui. Erat
Jeróboam vir fortis
ns: vidénſque Sá-
dolefcentem bonæ
& indúſtrium, con-
t eum præfectum
ibúta univerſæ do-
oſeph. Factum eſt
a témpore illo, ut
am egrederétur de
Jerúſalem, & inveníret eum Ahías Siloníces prophéta in via, opertus pállio novo: erant autem duo tantùm in agro. Apprehendénſque Ahías pállium ſuum novum quo coopertus erat, ſcidit in duódecim partes. Et ait ad Jeróboam: Tolle tibi decem ſciſsúras: hæc enim dicit Dóminus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomónis, & dabo tibi decem tribus.

℟. Certè, *p.* 272.

CANON.

Ex Concílio Toloſáno. *Ann.* 1590. *pag.* 1. *tit. de Epiſc. n.* 3.

EPíſcopi nunquam ſacras & Epiſcopáles actiónes exérceant, quin priùs perficiendi miniſtérii dignitátem, vim, ratiónémque pópulo, gravi áliquâ concióne explicárint; quò áltiùs fidélium ánimis defixo rerum ſacrárum cultu, eos ad ea quæ fídei & religiónis ſunt, magis ac magis accendant & inflamment.

FERIA SEXTA.

De libro tértio Regum.

Lectio j. Cap. 11. *&* 12.

DOrmívit Sálomon cum pátribus ſuis, & ſepultus eſt in civitáte David patris ſui, regnavítque Róboam fílius ejus pro eo. Venit autem Róboam in

Sichem: illuc enim congregátus erat omnis Iſrael ad conſtituendum eum regem. At verò Jeróboam filius Nabat, cùm adhuc eſſet in Ægypto prófugus à fácie regis Salomónis, audítâ morte ejus, reverſus eſt de Ægypto: miſerúntque & vocavérunt eum. Venit ergo Jeróboam & omnis multitúdo Iſrael, & locúti ſunt ad Róboam, dicentes: Pater tuus duríſſimum jugum impóſuit nobis: tu ítaque nunc immínue páululùm de império patris tui duríſſimo, & de jugo graviſſimo, quod impóſuit nobis, & ſerviémus tibi.

℟. Plácuit ſermo, *p.* 269.

Lectio ij.

RESpondítque rex pópulo dura, derelícto consílio ſeniórum quod ei déderant, & locútus eſt eis ſecundùm consílium júvenum, dicens: Pater meus aggravávit jugum veſtrum, ego autem addam jugo veſtro: pater meus cecídit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpiónibus. Et non acquiévit rex pópulo: quóniam aversátus fúerat eum Dóminus, ut ſuſcitáret verbum ſuum quod locútus fúerat in manu Ahíæ Silonítæ, ad Jeróboam fílium Nabat. Videns ítaque pópulus quòd noluiſſet eos audíre rex; reſpondit ei, dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hærédítas in filio Iſai? Vade in tabernácula tua, Iſrael: nunc vide domum tuam, David. Et ábiit Iſrael in tabernácula ſua. Super filios autem Iſrael, quicumque habitábant in civitátibus Juda, regnávit Róboam.

℟. Duæ mulíeres, *p.* 270.

Lectio iij.

DIxitque Jeróboam in corde ſuo: Nunc revertétur regnum ad domum David, ſi aſcénderit pópulus iſte ut fáciat ſacrifícia in domo Dómini in Jerúſalem: & convertétur cor pópuli hujus ad dóminum ſuum Róboam regem Juda, interficiéntque me, & revertentur ad eum. Et, excogitáto consílio, fecit duos vítulos áureos, & dixit eis: Nolíte ultrà aſcéndere in Jerúſalem: ecce dii tui, Iſrael, qui te eduxérunt de terra Ægypti; poſuítque unum in Bethel, & álterum in Dan. Et factum eſt verbum hoc in peccátum: ibat enim pópulus ad adorandum vítulum uſque in Dan. Et fecit fana in excelſis, & ſacerdótes de extrémis pópuli qui non erant de filiis Levi: conſtituítque diem ſolemnem in menſe octávo, quintâ dé-

menſis, in ſimili-
ſolemnitátis quæ
ítur in Juda.
gína Saba, p. 270.
A N O N.
ncílio Remenſi.
83. tit. de Epiſc.
um. 14.
rrectiónibus eum
n téneant Epíſco-
c diſciplínam ſine
rdia, nec miſeri-
ſine diſciplína re-
videantur: ſed ſit
ſtè cónſulens mi-
ia, & piè ſæviens
a: cùm plus agat
lo erga corrigen-
evoléntia, quàm
veritas; plus co-
, quàm comminá-
cáritas, quàm po-

B B A T O.
o tértio Regum.
io j. Cap. 18.
t Achab ad omnes
ios Iſrael, & con-
prophétas in mon-
éli. Accédens au-
s ad omnem pópu-
: Uſquequò clau-
n duas partes? ſi
s eſt Deus, ſequí-
n: ſi autem Baal,
ii illum. Et non
t ei pópulus ver-
ait rursùs Elías ad
1.: Ego remanſi
a Dómini ſolus:
e autem Baal qua-
i & quinquagin-
ta viri ſunt. Dentur nobis duo boves, & illi éligant ſibi bovem unum, & in fruſtra cædentes, ponant ſuper ligna, ignem autem non ſuppónant: & ego fáciam bovem álterum, & impónam ſuper ligna, ignem autem non ſuppónam. Invocáte nómina deórum veſtrórum, & ego invocábo nomen Dómini mei: & Deus qui exaudíerit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis pópulus ait: Optima propoſítio.

Lectio ij.

DIxit ergo Elías prophétis Baal: Elígite vobis bovem unum, & fácite primi, quia vos plures eſtis; & invocáte nómina deórum veſtrórum, ignémque non ſupponátis. Qui cùm tuliſſent bovem quem déderat eis, fecérunt: & invocábant nomen Baal de mane uſque ad merídiem dicentes: Baal, exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſpondéret: tranſiliebántque altáre quod fécerant. Cúmque eſſet jam merídies, illudébat illis Elías, dicens: Clamáte voce majóre: Deus enim eſt, & fórſitan lóquitur, aut in diversório eſt, aut in itínere, aut certè dormit, ut excitétur. Clamábant ergo voce magnâ, & incidé-

bant ſe juxta ritum ſuum cultris & lancéolis, donec perfunderentur ſánguine. Poſtquàm autem tránſiit merídies, & illis prophetántibus vénerat tempus, quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebátur vox, nec áliquis reſpondébat, nec attendébat orantes: dixit Elías omni pópulo: Veníte ad me. Et accedente ad ſe pópulo, curávit altáre Dómini, quod deſtructum fúerat.... Et compóſuit ligna: diviſítque per membra bovem, & póſuit ſuper ligna.

Lectio iij.

CUmque jam tempus eſſet ut offerrétur holocauſtum, accédens Elías Prophéta ait: Dómine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hódie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci ómnia verba hæc. Exaudi me, Dómine; exaudi me: ut diſcat pópulus iſte quia tu es Dóminus Deus, & tu convertiſti cor eórum íterùm. Cécidit autem ignis Dómini; & vorávit holocauſtum, & ligna & lápides, púlverem quoque, & aquam quæ erat in aquæductu, lambens. Quod cùm vidiſſet omnis pópulus, cécidit in fáciem ſuam, & ait: Dóminus ipſe eſt Deus; Dóminus ipſe eſt Deus. Dixítque Elías ad eos: Apprehéndite prophétas Baal, & ne unus quidem effúgiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elías ad torrentem Ciſon, & interfécit eos ibi.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann.1576.part.3.t.1. [illegible]

EPíſcopi officii ſui eſſe putent, eos excípere atque audíre, qui ipſos, vel tanquam júdices, vel [illegible] quam parentes, vel conſultóres, adjutoréſve ádeunt. Itaque, his peractis, quæ ad divínum cultum, religióſa officia, & ad ánimi ſpiritúſque pia ſtúdia ſpectant, ómnibus adeúntibus ſe fáciles benignóſque præbeant; ita tamen ut ne à gravitáte recédant.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Aſcendit Elías per túrbinem in cœlum; Eliſéus autem vidébat & clamábat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auríga ejus. *IV. Reg.* 2.

Oratio infrà ad Laudes.

DOMINICA VII. post Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber quartus Regum.

Lectio j. Cap. 1.

PRævaricátus eſt Moab in Iſrael, poſtquàm

eſt Achab. Ceci-
chózias per can-
ːnáculi ſui, quod
in Samaría, &
t: miſítque nún-
ens ad eos: Ite,
Beélzebub deum
, utrùm vívere
e infirmitáte mea
gelus autem Dó-
útus eſt ad Elíam
n dicens: Surge,
ıde in occurſum
m regis Samaríæ,
ıd eos; Numquid
Deus in Iſrael, ut
onſulendum Beél-
deum Accaron?
ıem hæc dicit Dó-
De léctulo ſuper
cendiſti, non de-
ſ. ſed morte mo-

urrexit Elías Pro-
uaſi ignis, & ver-
ſius quaſi fácula
: * Verbo Dómini
t cœlum. ℣. Orá-
n plúeret, & non
: rursùm orávit, &
dedit plúviam. *
Eccli. 48. Jac. 5.
Lectio ij.
biit Elías; rever-
e ſunt núntii ad
um qui dixit eis:
everſi eſtis? At illi
érunt ei: Vir oc-
obis, & dixit ad
& revertímini ad
ui miſit vos: & di-
Hæc dicit Dómi-
nus: Numquid, quia non
erat Deus in Iſrael, mittis
ut conſulátur Beélzebub
deus Accaron? Idcircò de
léctulo ſuper quem aſcen-
diſti, non deſcendes; ſed
morte moriéris. Qui dixit
eis: Cujus figúræ & hábi-
tûs eſt vir ille qui occurrit
vobis, & locútus eſt verba
hæc? At illi dixérunt. Vir
pilóſus, & zonâ pellíceâ
accinctus rénibus. Qui ait:
Elías Thesbítes eſt. Miſít-
que ad eum quinquagená-
rium príncipem, & quin-
quaginta qui erant ſub eo.
Qui aſcendit ad eum, ſe-
dentíque in vértice montis
ait: Homo Dei, rex præ-
cépit ut deſcendas. Reſpon-
dénſque Elías dixit quin-
quagenário: Si homo Dei
ſum, deſcendat ignis de
cœlo, & dévoret te & quin-
quaginta tuos. Deſcendit
ítaque ignis de cœlo, & de-
vorávit eum, & quinqua-
ginta qui erant cum eo.

℟. Factus eſt ſermo Dó-
mini ad Elíam dicens: Sur-
ge, & vade in Sarepta Si-
doniórum, & manébis ibi;
præcépi enim ibi mulíeri
víduæ ut paſcat te: * Sur-
rexit, & ábiit in Sarepta.
℣. Multæ víduæ erant in
diébus Elíæ in Iſrael, cùm
facta eſſet fames magna in
omni terra: & ad nullam
illárum miſſus eſt Elías, niſi
in Sarepta Sidóniæ, ad mu-

lierem viduam. * Surrexit. *III. Reg.* 17. *Luc.* 4.

Lectio iij.

RUrſúmque miſit ad eum príncipem quinquagenárium álterum, & quinquaginta cum eo. Qui locútus eſt illi : Homo Dei, hæc dicit rex : Feſtína, deſcende. Reſpondens Elías, ait : Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cœlo, & dévoret te & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis de cœlo, & devorávit illum & quinquaginta ejus. Iterùm miſit príncipem quinquagenárium tértium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm veniſſet, curvávit génua contra Elíam, & precátus eſt eum & ait : Homo Dei, noli deſpícere ánimam meam, & ánimas ſervórum tuórum qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cœlo, & devorávit duos príncipes quinquagenários primos, & quinquagénos qui cum eis erant : ſed nunc óbſecro ut miſereáris ánimæ meæ. Locútus eſt autem Angelus Dómini ad Elíam dicens : Deſcende cum eo, ne tímeas. Surréxit ígitur, & deſcendit cum eo ad regem, & locútus eſt ei : Hæc dicit Dóminus : Quia miſiſti núntios ad conſulendum Beélzebub deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in I
poſſes interro
nem, ídeò de l
quem aſcendiſ
ſcendes; ſed n
ris. Mórtuus e
ſermónem Dó

℟. Accédens
pulum, ait :
claudicátis in
* Si † Dómin
ſequímini eun
poteſt duóbus
víre. * Si Dóm
† Dóminus. *I*
Matth. 6.

IN II. NOC

Ex libris Mor
Gregórii
Libr. 19. *c.* 6.
§. 9.

Lectio

SAncti ipſi,
ſublevante
ſumma rapiur
diu in hac vi
áliquâ elatióne
quibuſdam te
reprimuntur :
quàm tantùm
leant, quant
ſed ne extolla
biâ, fit in eis i
dam menſúra
Hinc eſt enim
dum tot virtút
profeciſſet, qu
súrâ ſuſpenſus
Jézabel póſtm
vis reginam,
liérculam fugi

ece vox Dómini ad
& ille reſpondit :
látus ſum pro Dó-
Deo exercítuum ,
reliquérunt pactum
lii Iſrael : * Pro-
tuos occidérunt
derelictus ſum ego
: quærunt ánimam
ut áuferant eam.
ſcítis in Elía quid
iptúra , quemád-
interpellat Deum
n Iſrael ? * Pro-
tuos. *III. Reg.* 19.

Lectio v.

ndo quippe hunc
: virtútis virum ,
: cælo tráhere , &
quinquagenários
ómnibus , petitió-
, concremáre, ver-
à plúviis cláude-
) cœlos ad plúvias
ſuſcitantem mór-
itúra quæque præ-
i : & ecce rursùs
currit , quo pavó-
nam muliérculam
Consídero virum
rculſum , de ma-
mortem pétere ,
ere : de manu mu-
rtem fugiendo vi-

a, quis poteſt ſimí-
gloriári tibi ? Qui
s in túrbine ignis,
equórum igneó-
i ſcriptus es in ju-
nporum * Lenire

iracúndiam Dómini, conciliáre cor patris ad fílium , & reſtitúere tribus Jacob. ℣. Elías quidem ventúrus eſt , & reſtituet ómnia : dico autem vobis , quia Elías jam venit. * Lenire. *Eccli.* 48. *Matth.* 17.

Lectio vj.

QUærébat enim mortem dum fúgeret , dicens : Súfficit mihi , tolle ánimam meam : neque enim mélior ſum quàm patres mei. Unde ergo ſic potens , ut tot illas virtútes fáciat ? unde ſic infirmus , ut ita féminam pertimeſcat ? niſi , quia aquæ appenduntur mensúrâ ; ut ipſi ſancti Dei hómines , & multùm váleant per poténtiam Dei , & rursùm quâdam mensúrâ moderáti ſint per infirmitátem ſuam. In illis virtútibus Elías quid de Deo accéperat ; in iſtis infirmitátibus , quid de ſe eſſe póterat , agnoſcébat. Illa poténtia virtus fuit ; iſta infírmitas cuſtos virtútis. In illis virtútibus oſtendébat quid accéperat : in iſtis infirmitátibus , hoc quod accéperat , cuſtodiébat. In miráculis monſtrabátur Elías , in infirmitátibus ſervabátur.

℟. Amplificátus eſt Elías in mirabílibus ſuis : * In túrbine tectus eſt , & in Eliséo complétus eſt ſpíri-

tus ejus. ℣. Tránſtulit illum Deus: ante tranſlatiónem enim teſtimónium hábuit placuiſſe Deo. * In túrbine. Glória. * In túrbine. *Eccli.* 48. *Hebr.* 11.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 7.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Atténdite à falſis prophétis qui véniunt ad vos in veſtimentis óvium, intrínſecùs autem ſunt lupi rapáces: à frúctibus eórum cognoſcétis eos. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. in Pſ. 118. *Serm.* 12. §. 40.

NOn quicumque dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum. Non quicumque dicit mihi: Tuus ſum, meus eſt. Meus planè es, ſi vocem non redárguat conſciéntia, ſi ſermónem tuum ánimus aut ópera non refútent. Ego non nego meum eſſe eum qui ipſe ſe non neget, aut certè ſi pro me ſeipſum ſibi ábneget. Nolo habére sérvulum plúribus dóminis ſervientem. Nam quómodò meus eſt, ſi mihi dicat verbo: Tuus ſum; & opéribus neget, & factis ſe diábolo adjúdicet ... ſtringat?

℟. Atténdite à falſ... phétis qui * Véniunt ... in veſtimentis óvium ... trínſecùs autem ſunt ... rapáces. ℣. Non mi... & ipſi prophétant in ... ne meo mendácite... pereátis. * Véniunt a... *Matth.* 7. *Jerem.* 27.

Lectio viij.

NOn eſt meus qu... bído ſuccendit: ... mea eſt cáſtitas. N... meus quem cura ſpo... minóres exágitat; qui ... intégritas eſt. Non eſt ... quem ira móbilis in... tat; quia mea tranqu... eſt. Non eſt meus vin... pulâ temulentus in h... ambitióne glóriæ ſec... ébrius, qui in perſe... non poſſit sóbriæ mo... tiónis ſerváre veſti... Pax ſum ego; litigán... novi. Quid mihi ad ... quo véniat diábolus, ... cat: Meus eſt; nam ... ſua colla curvávit, ... illo plura repério: ... ſibi tuum víndicat, & ... munus.

℟. Non omnis qui ... mihi, Dómine, Dó... intrábit in regnum ... rum; ſed * Qui faci... luntátem Patris mei ... intrábit in regnum ... rum. ℣. Qui cuſtódit ... dátum, cuſtódit áni...

n. * Qui facit volun-
m Patris mei. Glória.
Qui facit. *Matth.* 7.
. 19.

Lectio ix. §. 42.

Rectè prophéta David
dixit: Tuus ſum, qui
per in Dómino manſit.
quâ ratióne díxerit,
s ſum, áddidit: Juſti-
tiónes tuas exquisívi,
: eſt, nihil aliórum quæ-
i, ſed id ſolùm quod
um eſt deſiderávi. Alii
erunt monília pretióſa;
ſolas juſtificatiónes
s quaſi quædam ſerta
tæriæ: álii domum ad
mum, villam ad villam
gunt, quaſi ſoli habi-
e poſſint in terra hac,
elementum volunt occu-
re commúne; álii poſ-
ſiónem áeris ipsíus vin-
áre: mihi in tuis juſti-
atiónibus omne patri-
nium eſt. Néſcio poſſi-
re niſi quod tui juris eſt.
uis elóquiis ſpiritális
hi cura refulſit argenti.
ihi pórtio Deus eſt. Tuus
n ego; quia pars mihi
reditátis, non in auro,
n in argento eſt, ſed in
hriſto Jeſu.

Ad Bened. *Ant.* 7. ç.
Quid próderit, ſi fidem quis
icat ſe habére, ópera au-
m non hábeat? Fides ſi
on hábeat ópera, mór-
a eſt in ſemetipſa.
c. 2.

Oratio.

Cordibus noſtris, quæ-ſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; ut tibi plácitis bonórum óperum frúctibus abundáre mereámur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *Ann.* 1484. *tit.* 6. *Can.* 4.

Domínico die ceſſent ſeculária ópera; ſit ſacrum inſtitútum; ceſſent lictóres; síleat præcónis tuba, vectúræ, omnes negotiatiónes, contractus, notariórum inſtrumenta, niſi quæ ex neceſſitáte teſtamentórum, aut matrimoniórum causâ differri non poſſunt. Sit quies ánimi & córporis ſancta, & ad Deum leváta mens, & à terrénis abſtracta: ſatis ſint Chriſtiáno ópera caritátis, oratiónes piæ, pſalmi, hymni, & cántica.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. *Matth.* 7.

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 2.

Acceſſérunt filii prophetárum qui erant in Jéricho, ad Eliséum, & dixérunt ei: Numquid noſti quia Dóminus hódie *tollet* dóminum tuum à te?

Et ait : Et ego novi ; ſiléte. Dixit autem ei Elías : Sede hîc, quia Dóminus miſit me uſque ad Jordánem. Qui ait : Vivit Dóminus, & vivit ánima tua, quia non derelinquam te. Iérunt ígitur ambo páriter, & quinquaginta viri de fíliis Prophetárum secúti ſunt eos, qui & ſtetérunt è contrà, longè : illi autem ambo ſtabant ſuper Jordánem. Tulítque Elías pállium ſuum, & involvit illud, & percuſſit aquas quæ divíſæ ſunt in utramque partem ; & tranſiérunt ambo per ſiccum. Cúmque tranſiſſent, Elías dixit ad Eliséum : Póſtula quod vis ut fáciam tibi, ántequam tollar à te. Dixítque Eliséus : Obſecro ut fiat in me duplex ſpíritus tuus. Qui reſpondit : Rem difficilem poſtulaſti : áttamen ſi víderis me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti : ſi autem non víderis, non erit.

℟. Surrexit, *pag.* 283.

Lectio ij.

CUmque pérgerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus ígneus, & equi ígnei divisérunt utrumque : & aſcendit Elías per túrbinem in cœlum, Eliséus autem vidébat & clamábat : Pater mi, pater *mi*, currus Iſrael & auríga ejus. Et non vidit eum ámplius : apprehendítque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. Et levávit pállium Elíæ quod ceciderat ei : reverſúſque ſtetit ſuper ripam Jordánis, & pállio Elíæ quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt divíſæ, & dixit : Ubi eſt Deus Elíæ étiam nunc ? percuſsítque aquas, & divíſæ ſunt huc atque illuc, & tránſiit Eliséus. Videntes autem filii Prophetárum qui erant in Jéricho è contrà, dixérunt : Requiévit ſpíritus Elíæ ſuper Eliséum. Et venientes in occurſum ejus, adoravérunt eum proni in terram.

℟. Factus eſt, *pag.* 283.

Lectio iij.

DIxérunt viri Jéricho ad Eliséum : Ecce habitátio civitátis hujus óptima eſt, ſicut tu ipſe, dómine, pérſpicis : ſed aquæ péſſimæ ſunt, & terra ſtérilis. At ille ait : Afferte mihi vas novum, & míttite in illud ſal. Quod cùm attuliſſent, egreſſus ad fontem aquárum miſit in illum ſal, & ait : Hæc dicit Dóminus : Sanávi aquas has, & non erit ultrà in eis mors, neque ſterílitas. Sanáтæ ſunt ergo aquæ uſque in diem hanc, juxta verbum Eliséi quod locútus eſt. Aſcendit autem inde in

l : cúmque aſcén-
viam, púeri parvi
nt de civitáte, &
t ei dicentes: A-
calve; aſcende,
ui cùm reſpexiſ-
: eos, & maledi-
t nómine Dómi-
ſque ſunt duo ur-
:, & laceravérunt
uadraginta duos

édens, *pag.* 284.

[*N O N.*
lioAquiſgranenſi.
libr. 1. *cap.* 138.
et Eccléſiæ Præ-
s, ut de congre-
bi commiſsâ tales
mni teſtimónii fra-
ibus ónera regí-
ûrè poſſint par-
bus étiam talem
: poteſtátem, ut
um fungentes, &
ıtes canónicâ cen-
pere, & obedien-
ndo ad melióra
rovocáre.

A TERTIA.
quarto Regum.
o j. Cap. 4.
uidam venit de
ſalíſa déferens
panes primitiá-
iginti panes hor-
, & frumentum
perâ ſua. At ille:
ılo ut cómedat.
ıtque ei miniſter
antum eſt hoc, ut

appónam centum viris?
Rursùm ille ait: Da pó-
pulo, ut cómedat: hæc
enim dicit Dóminus: Có-
medent, & ſupérerit. Pó-
ſuit ítaque coram eis; qui
comedérunt, & ſupérfuit,
juxta verbum Dómini.

℟. Ecce vox, *pag.* 285.

Lectio ij. Cap. 5.

VEnit Náaman lepró-
ſus cum equis & cúr-
ribus, & ſtetit ad óſtium
domûs Eliséi: miſítque ad
eum Eliséus núntium di-
cens: Vade, & laváre sép-
ties in Jordáne, & recípiet
ſanitátem caro tua, atque
mundáberis. Irátus Náa-
man recedébat dicens: Pu-
tábam quòd egrederétur ad
me, & ſtans invocáret no-
men Dómini Dei ſui, &
tángeret manu ſuâ locum
lepræ, & curáret me. Num-
quid non melióres ſunt A-
bana & Pharphar, flúvii
Damaſci, ómnibus aquis
Iſrael, ut laver in eis &
munder? Cùm ergo ver-
tiſſet ſe, & abíret indi-
gnans, acceſſérunt ad eum
ſervi ſui, & locúti ſunt
ei: Pater, etſi rem gran-
dem dixiſſet tibi Prophé-
ta, certè fácere debúeras:
quantò magis quia nunc
dixit tibi: Laváre, & mun-
dáberis? Deſcendit, & la-
vit in Jordáne sépties juxta
ſermónem viri Dei; & re-
ſtitúta eſt caro ejus, ſicut

caro púeri párvuli, & mundátus eſt. Reverſúſque ad virum Dei cum univerſo comitátu ſuo venit, & ſtetit coram eo, & ait: Verè ſcio quòd non ſit álius Deus in univerſa terra, niſi tantùm in Iſrael.

℟. Elía, quis poteſt, *pag. 285.*

Lectio iij.

DIxítque Giézi puer viri Dei: Pepercit dóminus meus Náaman Syro iſti, ut non accíperet ab eo quæ áttulit: vivit Dóminus, quia curram poſt eum, & accípiam ab eo áliquid: & ſecútus eſt Giézi poſt tergum Náaman. Quem cùm vidiſſet ille curréntem ad ſe, desíliit de curru in occurſum ejus, & ait: Recténe ſunt ómnia? Et ille ait: Rectè. Dóminus meus miſit me ad te, dicens: Modò venérunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraïm, ex filiis Prophetárum; da eis taléntum argenti, & veſtes mutatórias dúplices. Dixítque Náaman: Mélius eſt ut accípias duo talenta. Et coégit eum, ligavítque duo talenta argenti in duóbus ſaccis, & duplícia veſtimenta, & impóſuit duóbus púeris ſuis, qui & portavérunt coram eo. Cúmque veniſſet jam véſperi, tulit de manu eórum, & repóſuit in domo, dimiſítque viros, & abiérunt. Ipſe autem ingreſſus ſtetit coram dómino ſuo. Et dixit Eliséus: Unde venis, Giézi? Qui reſpondit: Non ivit ſervus tuus quoquàm. At ille ait: Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tuî? Nunc ígitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, ut emas olivéta, & víneas, & oves, & boves, & ſervos, & ancillas. Sed & lepra Náaman adhærébit tibi, & sémini tuo uſque in ſempitérnum. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

℟. Amplificátus eſt, *pag. 285.*

CANON.

Ex Concílio Remenſi *Ann. 1583. tit. de Epiſc. num. 17.*

EPíſcopi probos ac doctos hábeant Officiários, máximè Officiáles & Promotóres. Qui, ſi tantam doctrínam non hábeant, quanta fortè deſiderári poſſet, defectum ſaltem conditiónis morum probitáte compenſent.

FERIA QUARTA

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 6.

FActum eſt poſt hæc, congregávit Bénadad rex Syriæ univerſum exér-

ium, & aſcendit, bat Samariam. Fá- ſt fames magna in ; & támdiu obſeſſa venumdarétur ca- i octoginta argén- quarta pars cabi columbárum quin- nteis. Cúmque rex nsíret per murum, uædam exclamávit dicens: Salva me, mi rex. Qui ait: ſalvat Dóminus: oſſum ſalváre? de l de torculári? Di- d eam rex: Quid . Quæ reſpondit: ſta dixit mihi: Da ium, ut comedá- hódie, & filium omedémus cras. s ergo filium & comédimus. Di- die álterâ: Da fi- m ut comedámus æ abſcondit filium uod cùm audiſſet it veſtimenta ſua, bat per murum: omnis pópulus ci- uo veſtitus erat ad intrínſecùs. Et ait : mihi fáciat Deus, ldat, ſi ſtéterit ca- i filii Saphat ſuper die.

rexit Elías, *p.* 283.

o ij. Cap. 7.

autem Eliséus: ite verbum Dómi- : dicit Dóminus: In témpore hoc cras módius símilæ uno ſtatére erit, & duo módii hórdei ſtatére uno, in porta Samaríæ. Reſpondens unus de dúcibus ſuper cujus manum rex incumbébat, hómini Dei, ait: Si Dóminus fécerit étiam cataractas in cœlo, numquid póterit eſſe quod lóqueris? Qui ait: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes. Quátuor ergo viri erant lepróſi juxta intróitum portæ, qui dixérunt ad ínvicem: Quid hîc eſſe vólumus donec moriámur? Sive íngredi voluérimus civitátem, fame moriémur, ſive mansérimus hîc, moriendum nobis eſt: veníte ergo, & transfugiámus ad caſtra Syriæ. Si pepércerint nobis, vivémus: ſi autem occídere volúerint, nihilóminùs moriémur. Surrexérunt ergo véſperi, ut venírent ad caſtra Syriæ. Cúmque veniſſent ad princípium caſtrórum Syriæ, nullum ibídem reperérunt. Siquidem Dóminus sónitum audíri fécerat in caſtris Syriæ, cúrruum & equórum, & exércitûs plúrimi.

℟. Factus eſt, *pag.* 283.

Lectio iij.

MIſit rex in caſtra Syriórum dicens: Ite, & vidéte. Qui abiérunt poſt eos uſque ad Jordánem:

ecce autem omnis via plena erat véſtibus, & vaſis, quæ projécerant Syri, cùm turbarentur : reverſíque núntii indicavérunt regi. Et egreſſus pópulus dirípuit caſtra Syriæ : factúſque eſt módius ſímilæ ſtatére uno, & duo módii hórdei ſtatére uno, juxta verbum Dómini. Porrò rex ducem illum in cujus manu incumbébat, conſtítuit ad portam : quem conculcávit turba in intróitu portæ, & mórtuus eſt, juxta quod locútus fúerat vir Dei, quando deſcénderat rex ad eum.

℟. Accédens, *pag.* 284.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 2.

PRovinciália Concília, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis móribus, corrigendis excéſſibus, controvérſiis componendis, aliíſque ex ſacris Canónibus permiſſis renoventur. Synodi quoque diœcesánæ quotannis celebrentur.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 9.

ELiséus prophétes vocávit unum de fíliis prophetárum, & ait illi : Accinge lumbos tuos, & tolle lentículam ólei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Gálaad. Cúmque véneris illuc, vidébis Jehu fílium Jóſaphat fílii Namſi : & ingreſſus ſuſcitábis eum de médio fratrum ſuórum, & introdúces in intérius cubículum: tenénſque lentículam ólei, fundes ſuper caput ejus, & dices: Hæc dicit Dóminus : Unxi te regem ſuper Iſraël. Aperiéſque óſtium, & fúgies, & non ibi ſubſiſtes. Abiit ergo adoleſcens puer Prophétæ in Ramoth Gálaad, & ingreſſus eſt illuc : ecce autem príncipes exércitûs ſedébant, & ait : Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixítque Jehu: Ad quem ex ómnibus nobis ? At ille dixit : Ad te, ô princeps.

℟. Ecce vox, *pag.* 285.

Lectio ij.

ET ſurrexit, & ingreſſus eſt cubículum : at ille fudit óleum ſuper caput ejus, & ait : Hæc dicit Dóminus Deus Iſrael : Unxi te regem ſuper pópulum Dómini Iſrael, & percúties domum Achab dómini tui, & ulciſcar ſánguinem ſervórum meórum Prophetárum, & ſánguinem ómnium ſervórum Dómini de manu Jézabel: perdámque omnem domum Achab ; & interfíciam de Achab mingentem ad paríetem, & clauſum

mum in Iſrael. Et
ium Achab, ſicut
eróboam filii Na-
cut domum Báaſa
. Jézabel quoque
t canes in agro Jé-
iec erit qui ſepé-
. Aperuítque óſ-
fugit.
ia, quis poteſt,

ectio iij.
utem egreſſus eſt
vos dómini ſui,
unt ei : Recténe
nia ? quid venit
ſte ad te ? Qui ait
ſtis hóminem, &
ìtus ſit. At illi reſ-
nt : Falſum eſt,
s narra nobis. Qui
Hæc & hæc locú-
nihi, & ait : Hæc
ominus : Unxi te
iper Iſrael. Feſti-
t itaque, &, unuſ-
tollens pállium
oſuérunt ſub pédi-
in ſimilitúdinem
is,& cecinérunt tu-
dixérunt : Regná-
:.
plificátus eſt Elías.
.
A N O N.
ncílio Remenſi.
83. *tit. de Syn.*
iœc. n. 7.
nodo Diœcesána
onem exhortató-
beat Epíſcopus,
s cui províuciam
hanc commíſerit ; Clerúm-
que móneat eórum quæ
ſunt ſui offícii. Legantur
étiam ſtatúta Synodália,
ac pro témporis opportu-
nitáte & ratióne augean-
tur, minuantur, vel im-
mutentur.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 9.

CONjurávit Jehu filius Jóſaphat filii Namſi contra Joram : porrò Joram obſéderat Ramoth Gálaad, ipſe & omnis Iſrael, contra Házael regem Syriæ..... Cúmque vidiſſet Joram Jehu, dixit : Pax eſt, Jehu ? At ille reſpondit : Quæ pax ? adhuc fornicatiónes Jézabel matris tuæ, & venefícia ejus multa vigent. Convertit autem Joram manum ſuam, & fúgiens ait ad Ochóziam : Insídiæ, Ochózia. Porrò Jehu tetendit arcum manu, & percuſſit Joram inter ſcápulas : & egreſſa eſt ſagitta per cor ejus, ſtatímque córruit in curru ſuo. Dixítque Jehu ad Bádacer ducem : Tolle, prójice eum in agro Naboth Jezrahelítæ : mémini enim quando ego & tu ſedentes in curru ſequebámur Achab patrem hujus, quòd Dóminus onus hoc levá-verit ſuper eum, dicens : *Si non pro* ſánguine Na-

both, & pro ſánguine filiórum ejus, quem vidi heri, ait Dóminus, reddam tibi in agro iſto, dicit Dóminus. Nunc ergo tolle, & prójice eum in agrum, juxta verbum Dómini. Ochózias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam domûs horti: perſecutúſque eſt eum Jehu, & ait: Etiam hunc percútite in curru ſuo, & percuſſérunt eum in aſcenſu Gaver qui eſt juxta Jéblaam: qui fugit in Mageddo, & mórtuus eſt ibi.

℟. Surrexit, *pag.* 283.

Lectio ij.

ANno undécimo Joram filii Achab, regnávit Ochózias ſuper Judam, venítque Jehu in Jézrahel. Porrò Jézabel, intróitu ejus audíto, depinxit óculos ſuos ſtíbio, & ornávit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram ingredientem Jehu per portam, & ait: Numquid pax poteſt eſſe Zambri, qui interfécit dóminum ſuum? Levavítque Jehu fáciem ſuam ad feneſtram, & ait: Quæ eſt iſta? & inclinavérunt ſe ad eum duo vel tres eunúchi. At ille dixit eis: Præcipitáte eam deorſùm. Et præcipitavérunt eam, aſperſúſque eſt ſánguine páries, & equórum úngulæ conculcavérunt eam. Cúmque ingreſſus eſſet, ut comederet biberétque, ait: Ite, & vidéte maledíctam illam, & ſepelíte eam; quia fília regis eſt. Cúmque iſſent ut ſepelírent eam, non invenérunt niſi calváriam, & pedes & ſummas manus. Reversíque nuntiavérunt ei. Et ait Jehu: Sermo Dómini eſt quem locútus eſt per ſervum ſuum Elíam Theſbíten.

℟. Factus eſt, *pag.* 281.

Lectio iij. Cap. 10.

ERant autem Achab ſeptuaginta filii in Samaría: ſcripſit ergo Jehu litteras, & miſit in Samaríam ad optimátes civitátis, & ad majóres natu, & ad nutrítios Achab, dicens: Statim ut accepéritis litteras has, qui habétis filios dómini veſtri, & currus, & equos, & civitátes firmas & arma, elígite melíorem, & eum qui vobis placúerit de filiis dómini veſtri, & eum pónite ſuper ſólium patris ſui, & pugnáte pro domo dómini veſtri. Timuérunt illi vehementer, & dixérunt: Ecce duo reges non potuérunt ſtare coram eo, & quómodò nos valébimus reſíſtere? Miſérunt ergo præpóſiti domûs & præfecti civitátis, & majóres natu & nutrícii ad Jehu dicentes: Servi tui ſumus; quæcumque júſſeris,

, nec conſtitué-
; regem: quæcum-
placent, fac. Re-
utem eis líıtteras
, dicens: Si mei
: obedítis mihi,
pita filiórum dó-
ri, & veníte ad
idem horâ cras in
Porrò filii regis,
ıta viri, apud opti-
ritátis nutrieban-
que veniſſent lít-
os, tulérunt fi-
;, & occidérunt
ıta viros, & po-
cápita eórum in
, & misérunt ad
Ezrahel.
ædens, *pag.* 284.

A N O N.

:ílio Tridentíno.
de Reform. cap. 3.
ıpi própriam Dioe-
ı per ſeipſos, aut
nè impedíti ſuc-
ſuum generálem
ı aut Viſitatórem,
nis totam, propter
túdinem, viſitáre
:runt, ſaltem ma-
us partem; ita ta-
ota biénnio per ſe
atóres ſuos com-

B B A T O.
ſecundo Paralipó-
menon.
i. Cap. 22 & 23.
ália mater Ochó-
: videns quòd mór-
t fílius ſuus, *ſur*-

rexit, & interfécit omnem ſtirpem régiam domûs Joram. Porrò Jóſabeth fília regis tulit Joas fílium Ochóziæ, & furáta eſt eum de médio filiórum regis, cùm interficerentur; abſconditque eum cum nutríce ſua in cubículo lectulórum. Jóſabeth autem quæ abſcónderat eum, erat fília regis Joram, uxor Joíadæ Pontíficis, ſoror Ochóziæ; & idcircò Athália non interfécit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei abſcónditus ſex annis, quibus regnávit Athália ſuper terram. Anno autem séptimo confortátus Joíada aſſumpſit centuriónes, & íniit cum eis foedus. Qui circumeuntes Judam, congregavérunt levítas de cunctis úrbibus Juda, & príncipes familiárum Iſrael, venerúntque in Jeruſalem. Iniit ergo omnis multitúdo pactum in domo Dei cum rege: dixítque ad eos Joíada: Ecce fílius regis regnábit, ſicut locútus eſt Dóminus ſuper fílios David.

Lectio ij.

DEdítque Joíada ſacerdos centuriónibus lánceas, clypeóſque & peltas regis David, quas conſecráverat in domo Dómini. Conſtituítque omnem pópulum tenéntium pugió-

nes, à parte templi dextrâ uſque ad partem templi ſiniſtram, coram altári & templo, per circúitum regis. Et eduxérunt fílium regis, & impoſuérunt ei diadéma & teſtimónium, dederúntque in manu ejus tenendam legem, & conſtituérunt eum regem: unxit quoque illum Joíada Póntifex & fílii ejus: imprecatíque ſunt ei, átque dixérunt: Vivat rex. Quod cùm audiſſet Athália, vocem ſcílicet curréntium atque laudántium regem, ingreſſa eſt ad pópulum in templum Dómini.

Lectio iij.

CUmque vidiſſet regem ſtantem ſuper gradum in intróitu, & príncipes turmáſque circa eum, omnémque pópulum terræ gaudentem atque clangentem tubis, & diverſi géneris órganis concinentem, vocémque laudántium, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Insídiæ, insídiæ. Egreſſus autem Joíada Póntifex ad centurióoes & príncipes exércitûs, dixit eis: Edúcite illam extra ſepta templi, & interficiátur foris gládio: præcepítque ſacerdos, ne occiderétur in domo Dómini. Et impoſuérunt cervícibus ejus manus: cúmque intraſſet portam equórum domûs regis, interfecérunt eam ibi. Pépigit autem Joíada fœdus inter ſe, universúmque pópulum & regem, ut eſſet pópulus Dómini. Itaque ingreſſus eſt omnis pópulus domum Baal, & deſtruxérunt eam; & altária ac ſimulácra illíus confregérunt: Mathan quoque ſacerdótem Baal interfecérunt ante aras.

CANON.

Ex Concílio Tridentino.

Seſſ. 24. *de Reform. cap.* 3.

VIſitatiónum ómnium Epiſcopálium præcípuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxámque doctrínam, expulſis hæréſibus, indúcere; bonos mores tuéri, pravos corrígere; pópulum cohortatiónibus & admonitiónibus ad religiónem, pacem, innocentiámque accéndere; cétera, prout locus, tempus & occáſio feret, ex viſitántium prudéntia ad fidélium fructum conſtitúere.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Fecit Joas rectum coram Dómino cunctis diébus, quibus dócuit eum Joíada ſacerdos. *IV. Reg.* 12.

Oratio, infrà ad Laudes.

[NICA VIII.
t Pentecoſten.

NOCTURNO.

ſecundo Paralipó-
menon.

io j. Cap. 24.

n annórum erat
cùm regnáre cœ-
t quadraginta an-
àvit in Jerúſalem:
matris ejus Sébia
bée. Fecítque quod
ſt coram Dómino
diébus Joíadæ ſa-
..... Poſtquàm au-
it Joíada, ingreſſi
íncipes Juda, &
runt regem qui,
obſéquiis eórum,
it eis. Et dereliqué-
mplum Dómini,
rum ſuórum, ſer-
que lucis & ſculptí-
: facta eſt ira con-
lam & Jerúſalem
hoc peccátum.
tque eis Prophé-
verterentur ad Dó-
, quos proteſtantes
ire nolébant. Spí-
que Dei índuit Za-
i fílium Joíadæ ſa-
m, & ſtetit in con-
ópuli, & dixit eis:
it Dóminus Deus:
ranſgredímini præ-
Dómini, quod vo-
próderit, & dere-
; Dóminum ut de-
eret vos? Qui, con-
adversùs eum, *mi-*
ſérunt lápides juxta regis
impérium in átrio domûs
Dómini. Et non eſt recor-
dátus Joas rex miſericór-
diæ quam fécerat Joía-
da pater illíus ſecum, ſed
interfécit fílium ejus. Qui
cùm moreretúr, ait: Ví-
deat Dóminus, & requí-
rat.

℟. Fecit Joíada bonum
cum Iſrael; poſtquàm au-
tem óbiit, príncipes Juda
dereliquérunt templum Dó-
mini Dei; mittebátque eis
Prophétas, ut reverteren-
tur ad Dóminum; * Quos
proteſtantes illi audíre no-
lébant. ℣. Vos ſemper
Spirítui ſancto reſíſtitis:
quem Prophetárum non
ſunt perſecúti patres ve-
ſtri? * Quos. *II. Paral.* 24.
Act. 7.

Lectio ij.

Umque evolútus eſſet
annus, aſcendit con-
tra eum exércitus Syriæ:
venítque in Judam & Je-
rúſalem, & interfécit cun-
ctos príncipes pópuli, át-
que univerſam prædam mi-
ſérunt regi in Damaſcum.
Et certè cùm permódicus
veniſſet númerus Syrórum,
trádidit Dóminus in máni-
bus eórum infinitam mul-
titúdinem, eò quòd dereli-
quiſſent Dóminum Deum
patrum ſuórum. In Joas
quoque ignominióſa exer-
cuére judícia; & abeuntes

dimiſérunt eum in languóribus magnis. Surrexérunt autem contra eum ſervi ſui in ultiónem ſánguinis fílii Joíadæ ſacerdótis, & occidérunt eum in léctulo ſuo, & mórtuus eſt: ſepeliéruntque eum in civitáte David, ſed non in ſepulcris regum.

℟. Congregáti adversùs Zacharíam fílium Joíadæ ſacerdótem, misérunt lápides in átrio domûs Dómini: * Qui cùm morerétur, ait: Vídeat Dóminus, & requírat. ℣. Proptéreà Sapiéntia Dei dixit: Mittam ad illos Prophétas, ut inquirátur ſanguis qui effúſus eſt à generatióne iſta, à ſánguine Abel uſque ad ſánguinem Zacharíæ: * Qui. *II. Paral.* 24. *Luc.* 11.

De libro quarto Regum.

Lectio iij. Cap. 13.

Eliséus ægrotábat infirmitáte quâ & mórtuus eſt; deſcendítque ad eum Joas rex Iſrael, & flebat coram eo, dicebátque: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auríga ejus. Et ait illi Eliséus: Affer arcum & ſagittas. Cúmque attuliſſet ad eum arcum & ſagittas, dixit ad regem Iſrael: Pone manum tuam ſuper arcum. Et cùm poſuiſſet ille manum ſuam, ſuperpóſuit Eliséus manus ſuas mánibus regis, & ait: Aperi feneſtram orientálem. Cúmque aperuiſſet, dixit Eliséus: Jace ſagittam; & jecit. Et ait Eliséus: Sagitta ſalútis Dómini, & ſagitta ſalútis contra Syriam: percutiéſque Syriam in Aphec, donec consúmas eam. Et ait: Tolle ſagittas: qui cùm tuliſſet, rursùm dixit ei: Pércute jáculo terram. Et cùm percuſſiſſet tribus vícibus & ſtetiſſet, irátus eſt vir Dei contra eum, & ait: Si percuſſiſſes quínquies, aut séxies, ſive séptries, percuſſiſſes Syriam uſque ad conſumptiónem: nunc autem tribus vícibus percúties eam. Mórtuus eſt ergo Eliséus, & ſepeliérunt eum. Latrúnculi autem de Moab venérunt in terram in ipſo anno. Quidam autem ſepelientes hóminem, vidérunt latrúnculos, & projecérunt cadáver in ſepulcro Eliséi. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliséi, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

℟. Mórtuum prophetávit corpus Eliséi: * In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabília operátus eſt: in ómnibus iſtis non pœnítuit pópulus, & non receſſérunt à peccátis ſuis. ℣. Multi lepróſi erant in Iſrael ſub Eliséo prophé-

no eórum mun-
niſi Náaman Sy-
rita. Glória. * In
c. 48. *Luc.* 4.
NOCTURNO.
ne ſancti Cæſárii
nſis Epíſcopi.
Aug. in Ap. Serm.
s 26. de temp.
ectio iv.
rimus quòd dum
as Eliséus tranſ-
unam, quædam
agna ſuſcéperit
lixerit ad virum
imadverto quòd
vir Dei ſit: fa-
i cœnáculum, &
ei in eo lectum,
ſellam & cande-
it quando véne-
at ibi. Et múlier
s erat, ſed, oran-
, génuit filium.
Eccléſia, ántequàm
veníret, ſtérilis
cut illa, orante
énuit filium; ita
a, veniente ad ſe
génuit pópulum
m. Sed filius mu-
is, dum Eliséus
et, mórtuus eſt:
is Eccléſiæ, hoc
is géntium, án-
Chriſtus veníret,
mórtuus erat. De-
de monte Eliséo,
iæ huic vitæ réd-
cendente de cœlo
filius Eccléſiæ, id
lus *géntium ſuſ-*

citátur: ſed hoc quáliter factum ſit, videámus.

℟. Dejécit caſtra Aſſyriórum Angelus Dómini: nam * Fecit Ezechías quod plácuit Deo, & fórtiter ivit in via quam mandávit illi Iſaías: in diébus ipsíus retrò rédiit ſol, & áddidit regi vitam. ℣. Píetas ad ómnia útilis eſt, promiſſiónem habens vitæ quæ nunc eſt, & futúræ. * Fecit. *Eccli.* 48. *I. Tim.* 4.

Lectio v. §. 7.

MOrtuo enim filio ſuo, múlier illa ábiit, & veſtígiis ſe ſancti Eliséi proſtrávit: beátus verò Eliséus dedit báculum ſuum púero, & dixit ad eum: Vade, & mitte báculum meum ſuper fáciem púeri: ſi te ſalutáverit homo, non reſalútes eum. Ac ſi díceret: Ita velóciter ámbula, ut nullis fábulis in via occupári aut retardári præsúmas. Abiit ergo puer; & miſit báculum ſuum ſuper fáciem púeri; & pénitùs non ſurrexit. Puer iſte typum hábuit beáti Móyſi. Miſit enim eum Deus cum báculo in Ægyptum: ſed báculus ſine Chriſto flagelláre Ægyptum pótuit; de originâli verò vel actuáli peccáto liberáre, vel reſuſcitáre non pótuit: nihil enim ad perfectum adduxit Lex. Opus erat ut

qui báculum míſerat, ipſe deſcénderet. Báculus ſine Eliséo nihil valébat, quia crux ſine Chriſto nihil póterat.

℟. Poſtquàm coanguſtátus eſt Manaſſes, * Orávit Dóminum, & egit pœniténtiam valdè coram Deo: & exaudívit oratiónem ejus, reduxítque eum in regnum ſuum. ℣. Quæ ſecundùm Deum triſtítia eſt, pœniténtiam in ſalútem ſtábilem operátur. * Orávit Dóminum. *II. Paral.* 33. *II. Cor.* 7.

Lectio vj. §. 8.

INclinávit ſe Eliséus, ut púerum reſuſcitáret: humiliávit ſe Chriſtus, ut mundum in peccátis jacentem erígeret. Miſit Eliséus óculos ſuper óculos, manus ſuper manus. Vidéte, fratres, quantùm ſe vir ille perfectæ ætátis contráxerit, ut párvulo mórtuo & jacenti congrúeret. Quod enim Eliséus in púero præfigurávit, hoc in toto génere humáno Chriſtus implévit. Audi Apóſtolum dicentem: Humiliávit ſemetipſum, factus obédiens uſque ad mortem. Quia párvuli erámus, párvulum ſe fecit: quia mórtui jacebámus, pius ſe médicus inclinávit: quia & revérà, fratres, nemo poteſt jacentem erígere, ſi ſe nolúerit inclináre.

℟. Memória Josíæ in omni ore quaſi mel: ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis; * Tulit abominatiónes impietátis, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem. ℣. Verbis plúrimis exhortabátur eos: Salvámini à generatióne iſta prava. * Tulit. Glória. * Tulit. *Eccli.* 49. *Act.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo témpore: Dicébat Jeſus & ad diſcípulos ſuos: Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum; & hic diffamátus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipsíus. Et réliqua.

Homília ſancti Paulíni Epíſcopi.

Epiſt. 32. *ad Sev.* §. 20.

NUlla nobis occáſio eſt beneficéntiæ unquam procraſtinandæ; cùm, ſi voluntas noſtra non abſit, pauper in promptu ſit. Commodémus ergo ſecúri nunc egéno, & in paupéribus ſuis Chriſto; ut ex ejus abundatúra in iiſdem glóriâ participáre poſsímus. Proptéreà enim Dóminus ipſe præmonet, di-

s vobis amícos
mammóna. Vi-
ó Omnípotens
ſte lucem, &
e juſtítiam? Ut
ritis, inquit,
os in taberná-
a. Seminémus
rnália, ut me-
llis ſpiritália.
nc de terrénis
unc de cœléſti-
eficiátur. Spes
ficet rem futú-
nus iſtîc tecta,
: tegant. Paſcá-
per, ubi me dí-
me illîc paſcat,
te ſaturábitur.
mércium ſpiri-
poteſtis, negá-
os, qui terram
: tribútum, ut
m regni cum æ-
emámus.
ium meum plá-
* Peccáta tua
s rédime, & ini-
s miſericórdiis
℣. Cáritas ópe-
linem peccató-
ita tua. *Dan.* 4.

iuſd. de Gazo-
. §. 6. & 7.
o viij.
ántia bonitátis
ult fœnerári ex
: largítus eſt:
t fieri donórum
cum multa tibi
m reddat uſú-
ram. Própera ígitur, fra-
ter, tam úberem tibi ob-
ſtríngere debitórem, ut &
amícum te ex ſervo vocet;
& in tuis terréſtribus num-
mis te expertus fidélem,
de ſuis cœléſtibus theſauris
dívitem fáciat. Ne trépides,
ne cunctéris, ne parcas:
eſto violentus Deo, rape
regna cœlórum. Qui vetat
aliéna contingi, ſua gaudet
invádi: & qui damnat ava-
rítiæ rapacitátem, laudat
fidei rapínam.

℟. Ex ſubſtántia tua fac
eleemóſynam: * Quóniam
eleemóſyna ab omni pec-
cáto, & à morte líberat,
& non patiétur ánimam ire
in ténebras. ℣. Fácite vobis
amícos de mammóna ini-
quitátis, ut, cùm defecéri-
tis, recípiant vos in ætérna
tabernácula. * Quóniam.
Glória. * Quóniam. *Tob.* 4.
Luc. 16.

Lectio ix. Poſt pauca.

Potúerat, dilectiſſime, Dóminus omnípotens æquè univerſos dívites fácere, ut nemo indigéret áltero: ſed, infinítæ bonitátis consílio, ſic parávit miſéricors & miſerátor Dóminus, ut tuam in illis mentem probet. Fecit míſerum, ut agnóſceret miſericórdem. Fecit ínopem, ut exercéret opuléntum. Matéria divitiárum tibi eſt fratérna paupertas; ſi intélli-

gas ſuper egénum & páuperem, nec tibi tantùm hábeas quod accepiſti; quia ideò & illius partem tibi in hoc século cóntulit Deus, ut tibi debéret quidquid de ſuis donis tuo voluntário affectu indigéntibus obtuliſſes, ac te viciſſim in ætérna die de illius parte ditáret. Per ipſos enim nunc áccipit Chriſtus, & tunc pro ipſis rependet.

Ad Bened. *Ant.* 4. E. Ait víllicus intra ſe: Quid fáciam, quia dóminus meus aufert à me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubeſco: ſcio quid fáciam, ut cùm amótus fúero à villicatióne, recípiant me in domos ſuas. *Luc.* 16.

Oratio.

LArgíre nobis, quæſumus, Dómine, ſemper ſpíritum cogitandi quæ recta ſunt propítius & agendi; ut, qui ſine te eſſe non póſſumus, ſecundùm te vívere valeámus; Per Dóminum.

CANON

Ex Concílio Aquenſi. *Ann.* 1585. *tit. de Feſt. cultu.*

DOceantur pópuli crebrò ab iis ad quos pértinet, ut feſtos dies qui Dei cúltui dicáti ſunt in divínis Officiis, concionibúſque audiendis, necnon in oratiónibus, maximíſque ac contínuis Dei erga nos benefíciis recolendis, ſanctè ac piè tránſigant; præſertim ut, præter Miſſam, quæ ſine graviſſimi peccáti culpa prætermitti non poteſt, præter Véſperas item quibus fidélem quemque, niſi impedítum, intereſſe máximè convénit, in doctrínæ Chriſtiánæ rudiméntis, omnes tàm mares quàm féminæ, tàm viri quàm púeri, vel perdiſcendis, ſi illa ignórent, vel álios perdocendis verſentur.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Laudávit Dóminus víllicum iniquitátis, quia prudenter feciſſet; quia fílii hujus séculi prudentióres fíliis lucis in generatióne ſua ſunt. *Luc.* 16.

FERIA SECUNDA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 29.

EZechías regnáre cœpit, cùm viginti quinque eſſet annórum, & viginti novem annis regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Abía, fília Zacharíæ. Fecítque quod erat plácitum in conſpectu Dómini, juxta ómnia quæ fécerat David pater ejus. Ipſe anno & menſe primo regni ſui, apéruit valvas domûs Dómini, & inſtauravit eas: adduxítque ſacerdótes ac-

tas, & congregávit
atéam orientálem,
: ad eos: Audíte me,
& ſanctificámini;
: domum Dómini
um veſtrórum, &
omnem immundí-
ſanctuário.... Fílii
líte neglígere: vos
óminus ut ſtetis co-
& miniſtrétis illi,
ue eum, & cremétis
ſum.
:cit Joíada, p. 297.
Lectio ij.
uſſit Ezechías ut
rent holocauſta ſu-
.re: cúmque offer-
iolocauſta, cœpé-
ides cánere Dómi-
:lángere tubis, at-
liverſis órganis quæ
ex Iſrael præpará-
concrepáre. Omni
urbâ adorante, can-
ii qui tenébant tu-
ant in offício ſuo,
:omplerétur holo-
ı. Cúmque finíta
ɔlátio, incurvátus
& omnes qui erant
, & adoravérunt.
itque Ezechías &
:s levítis, ut laudá-
minum ſermónibus
k Aſaph Videntis:
lavérunt eum ma-
:ítiâ, & incurváto
:doravérunt. Eze-
item étiam hæc ád-
mpleſtis manus ve-
ómino, *accédite, &*
offerte victimas, & laudes in domo Dómini. Obtulit ergo univerſa multitúdo hóſtias, & laudes & holocauſta, mente devótâ.

℟. Congregáti, *p.* 298.

Lectio iij. Cap. 30.

Miſit quoque Ezechías ad omnem Iſrael & Judam: ſcripsítque epiſtolas ad Ephraim & Manaſſen, ut venírent ad domum Dómini in Jerúſalem, & fácerent Phaſe Dómino Deo Iſrael. Iníto ergo consílio regis & príncipum & univerſi cœtûs Jerúſalem, decrevérũt ut fácerent Phaſe menſe ſecundo. Non enim potúerant fácere in témpore ſuo, quia ſacerdótes qui poſſent ſufficere, ſanctificáti non fúerant, & pópulus nondum congregátus fúerat in Jerúſalem. Placuítque ſermo regi & omni multitúdini..... Congregatíque ſunt in Jerúſalem pópuli multi, ut fácerent ſolemnitátem azymórum in menſe ſecundo: & ſurgentes deſtruxérunt altária quæ erant in Jerúſalem, atque univerſa in quibus idólis adolebátur incenſum, ſubvertentes, projecérunt in torrentem Cedron. Immolavérunt autem Phaſe quartadécimâ die menſis ſecundi. Sacerdótes quoque atque levítæ *tandem* ſanctificáti, obtu-

lérunt holocauſta in domo Dómini...... Fáctaque eſt grandis celébritas in Jerúſalem, qualis à diébus Salomónis fílii David regis Iſrael in ea urbe non fúerat. Surrexérunt autem ſacerdótes atque levítæ benedicentes pópulo: & exaudíta eſt vox eórum; pervenítque orátio in habitáculum ſanctum cœli.

℟. Mórtuum, *p.* 298.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 115.

QUia evidenti auctoritáte liquet Canónicam inſtitutiónem céteris præſtáre inſtitutiónibus; debent, ut neceſſe eſt, qui hujus profeſſiónis cenſentur nómine, procuráre, quáliter in ſemetipſis eamdem inſtitutiónem vitâ & móribus exornent pótiùs, quàm dehoneſtent.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 32.

VEnit Sennácherib rex Aſſyriórum, & ingreſſus Judam obsédit civitátes munitas, volens eas cápere. Quod cùm vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennácherib, & totum belli ímpetum verti contra Jerúſalem, ínito cum princípibus consílio, viríſque fortíſſimis, ut obturárent cápita fóntium qui erant extra urbem: &, hoc ómnium decernente ſenténtiâ, congregávit plúrimam multitúdinem...... conſtituítque príncipes bellatórum in exércitu. Et convocávit univerſos in plateâ portæ civitátis, ac locútus eſt ad cor eórum, dicens: Viríliter ágite & confortámini; nolíte timére, nec paveátis regem Aſſyriórum, & univerſam multitúdinem quæ eſt cum eo: multò enim plures nobíſcum ſunt quàm cum illo. Cum illo enim eſt bráchium cárneum; nobiſcum Dóminus Deus noſter, qui auxiliátor eſt noſter, pugnátque pro nobis. Confortatúſque eſt pópulus hujuſcémodi verbis Ezechíæ regis Juda.

℟. Dejécit, *pag.* 299.

Lectio ij.

QUæ poſtquàm geſta ſunt, miſit Sennácherib rex Aſſyriórum ſervos ſuos in Jerúſalem, (ipſe enim cum univerſo exércitu obſidébat Láchis,) ad Ezechiam regem Juda, & ad omnem pópulum qui erat in urbe, dicens: Hæc dicit Sennácherib rex Aſſyriórum: In quo habentes fidúciam ſedétis obſeſſi in Jerúſalem? Num Ezechías décipit vos, ut tradat morti in fame & ſiti, affirmans

nus Deus veſter
de manu regis
. Numquid non
:chías qui de-
lſa illíus, & al-
æcépit Juda &
dicens: Coram
dorábitis, & in
rétis incenſum?
s quæ ego féce-
es mei cunctis
ópulis? Num-
uérunt dii gén-
mque terrárum
iónem ſuam de

iàm, *pag.* 300.
:ctio iij.
: quoque ſcripſit
blaſphémiæ in
Deum Iſrael, &
adversùs eum:
ntium cæterá-
tuérunt liberá-
ſuum de manu
Deus Ezechíæ
póterit pópu-
e manu iſta. In-
móre magno,
icâ, contra pó-
edébat in mu-
m, perſonábat;
:os, & cáperet
.... Oravérunt
ías rex, & Iſaías
prophétes, ad-
blaſphémiam,
ti ſunt uſque in
miſit Dóminus
ui percuſſit om-
robuſtum, &
, & príncipem

exércitûs regis Aſſyrió-rum: reverſúſque eſt cum ignomínia in terram ſuam. Cúmque ingreſſus eſſet domum dei ſui, filii qui egreſſi fúerant de útero ejus, interfecérunt eum gládio.

℟. Memória, *p.* 300.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi.
Ann. 1574. *tit.* 34.

CAnónicos qui ad hoc inſtitúti ſunt, ut exemplo levitárum in Ecclésiis, certis & frequentióribus horis Deum orent, & ei laudes canant & ſacra myſtéria péragant; purâ mente & córpore Deum cólere oportet; ut dum pro omni pópulo Deum precantur, imprímis accepti ſint, & lúceat lux eórum coram homínibus.

FERIA QUARTA.

De libro quartò Regum.
Lectio j. Cap. 20.

IN diébus illis ægrotávit Ezechías uſque ad mortem, & venit ad eum Iſaías filius Amos prophéta, dixítque ei: Hæc dicit Dóminus Deus: Præcipe dómui tuæ; moriéris enim tu, & non vives. Qui convertit fáciem ſuam ad paríetem, & orávit Dóminum dicens: Obſecro, Dómine: meménto, quæſo, quómodo ambuláverim coram te in ve-

ritáte & in corde perfecto, & quod plácitum eſt coram te, fécerim. Flevit ítaque Ezechías fletu magno: & ántequàm egrederétur Iſaías médiam partem átrii, factus eſt ſermo Dómini ad eum dicens: Revértere & dic Ezechíæ duci pópuli mei: Hæc dicit Dóminus Deus David patris tui: Audívi oratiónem tuam, & vidi lácrymas tuas, & ecce ſanávi te: die tértio aſcendes templum Dómini; & addam diébus tuis quíndecim annos: ſed & de manu regis Aſſyriórum liberábo te, & civitátem hanc, & prótegam urbem iſtam propter me, & propter David ſervum meum.

℟. Fecit Joiada, *p.* 297.

Lectio ij.

DIxítque Iſaías: Afferte maſſam ficórum, quam cùm attuliſſent & poſuiſſent ſuper ulcus ejus, curátus eſt. Díxerat autem Ezechías ad Iſaíam: Quod erit ſignum quia Dóminus me ſanábit, & quia aſcenſúrus ſum die tértiâ templum Dómini? Cui ait Iſaías: Hoc erit ſignum à Dómino, quòd factúrus ſit Dóminus ſermónem quem locútus eſt: Vis ut aſcendat umbra decem líneis, an ut revertátur tótidem grádibus? Et ait Ezechías: Fácile eſt umbram créſcere decem líneis: nec hoc volo ut fiat, ſed ut revertátur retrorsùm decem grádibus. Invocávit ítaque Iſaías prophéta Dóminum, & reduxit umbram per líneas, quibus jam deſcénderat in horológio Achaz, retrorsùm decem grádibus.

℟. Congregáti, *p.* 298.

Lectio iij.

IN témpore illo miſit Bérodach Báladan, fílius Báladan, rex Babyloniórum, líttéras & múnera ad Ezechíam: audíerat enim quòd ægrotaſſet Ezechías. Lætátus eſt autem in adventu eórum Ezechías, & oſtendit eis ómnia quæ habére póterat in theſauris ſuis.... Venit autem Iſaías prophéta ad regem Ezechíam, dixítque ei: Quid dixérunt viri iſti? aut unde venérunt ad te? Cui ait Ezechías: De terra longinqua venérunt ad me, de Babylóne. At ille reſpondit: Quid vidérunt in domo tua? Ait Ezechías: Omnia quæcumque ſunt in domo mea, vidérunt: nihil eſt quod non monſtráverim eis in theſauris meis. Dixit ítaque Iſaías Ezechíæ: Audi ſermónem Dómini: Ecce dies vénient, & auferentur ómnia quæ ſunt in domo tua, & quæ condidérunt patres tui uſque in diem hanc, in Ba-

: non remanébit
i, ait Dóminus.
filiis tuis qui e-
r ex te, quos ge-
ollentur, & erunt
in palátio regis
s. Dixit Ezechías
i : Bonus ſermo
uem locútus es :
véritas in diébus

rtuum, *p.* 298.

I N O N.

lio Rotomagenſi.
i. *tit. de Epiſc.*
pitul. n. 15.
iciCathedrálium
ſiárum eâ ſint
tegritáte ornáti,
ſuum tuéri & re-
ſint, ac præ áliis
anónici ſeu regu-
ſerváta Eccleſiá-
iplínæ perféctiús
ominári merean-
ibus céteros ſtú-
mórem, ac tan-
ulam cultûs diví-
geat accípere.

QUINTA.

ecundo Paralipó-
menon.

Cap. 32 & 33.

rvitEzechías cum
ibus ſuis, & ſepe-
m ſuper ſepulcra
David; & celebrá-
équias univerſus
mnes habitatóres
i : regnavítque
filius ejus pro eo.
a annórum erat

Manaſſes cùm regnáre cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis regnávit in Jerúſalem. Fecit autem malum coram Dómino, juxta abominatiónes géntium quas ſubvertit Dóminus coram filiis Iſrael...... Igitur Manaſſes ſeduxit Judam & habitatóres Jerúſalem, ut fácerent malum ſuper omnes gentes quas ſubvérterat Dóminus à fácie filiórum Iſrael. Locutúſque eſt Dóminus ad eum & ad pópulum illíus, & atténdere noluérunt. Idcircò ſuperinduxit eis príncipes exércitûs regis Aſſyriórum : cepéruntque Manaſſen, & vinctum caténis atque compédibus duxérunt in Babylónem.

℟. Dejécit, *pag.* 299.

Lectio ij.

QUi poſtquàm coanguſtátus eſt, orávit Dóminum Deum ſuum ; & egit pœniténtiam valdè coram Deo patrum ſuórum : deprecatúſque eſt eum, & obſecrávit intentè ; & exaudívit oratiónem ejus, reduxítque eum Jerúſalem in regnum ſuum, & cognóvit Manaſſes quòd Dóminus ipſe eſſet Deus. Poſt hæc ædificávit murum extra civitátem David, ad occidentem Gihon in convalle, ab intróitu portæ Píſcium, per circúitum uſ-

que ad Ophel, & exaltávit illum vehementer: conſtituítque príncipes exércitûs in cunctis civitátibus Juda munítis: & ábſtulit deos aliénos & ſimulácrum de domo Dómini: aras quoque quas fécerat in monte domûs Dómini, & in Jerúſalem, & projécit ómnia extra urbem. Porrò inſtaurávit altáre Dómini, & immolávit ſuper illud víctimas, & pacífica, & laudem: præcepítque Judæ ut ſerviret Dómino Deo Iſrael.

℟. Poſtquám, *p.* 300.

De libro quarto Regum.

Lectio iij. Cap. 22.

OCto annórum erat Joſías cùm regnáre cœpiſſet, triginta & uno anno regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Idida, fília Hadaía de Béſecath. Fecítque quod plácitum erat coram Dómino, & ambulávit per omnes vias David patris ſui: non declinávit ad déxteram ſive ad ſiniſtram. Anno autem octavo décimo regis Josíæ, miſit rex Saphan filium Aſlia filii Méſſulam, ſcribam templi Dómini, dicens ei: Vade ad Hélciam, ſacerdótem magnum, ut conflétur pecúnia, quæ illáta eſt in templum Dómini, quam collegérunt janitóres templi à pópulo, detúrque fabris per præpóſitos domûs Dómini, qui & diſtríbuant eam his qui operantur in templo Dómini, ad inſtaurand a ſartatecta templi.

℟. Memória, *p.* 300.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. de Reform. cap. 12.

CAnónici veſtítu decenti, tam in Eccléſia quàm extrà, aſſíduè utantur; ab illicitíſque venatiónibus, aucúpiis, choréis, tabernis luſibúſque abſtíneant; atque eâ morum integritáte pólleant, ut méritò Eccléſiæ ſenátus dici poſſint.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. Cap. 22.

NArrávit Saphan ſcriba regi dicens: Librum dedit mihi Hélcias ſacerdos. Quem cùm legiſſet Saphan coram rege, & audiſſet rex verba libri legis Dómini, ſcidit veſtimenta ſua. Et præcépit Hélciæ ſacerdóti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan ſcribæ, & Aſaíæ ſervo regis, dicens: Ite, & conſúlite Dóminum ſuper me, & ſuper pópulo & ſuper omni Juda, de verbis volúminis iſtíus quod inventum eſt: magna enim ira Dómini ſuccenſa eſt contrà nos: quia non audiérunt patres noſtri verba libri hujus, ut

mae quod ſcrip-
bis.
t Joiada, p. 297.
ij. Cap. 23.
ditque rex tem-
s Dómini, & om-
uda, universíque
ábant in Jerúſa-
eo ſacerdótes &
, & omnis pópu-
ro uſque ad ma-
ſitque cunctis au-
ómnia verba li-
is qui inventus eſt
Dómini. Stetítque
gradum : & fœ-
dit coram Dómi-
ambuláreut poſt
n, & cuſtodírent
ejus & teſtimó-
remónias in omni
in tota ánima, &
it verba fœderis
e ſcripta erant in
: acquievítque
pácto. Et præcépit
iæ Pontífici, & ſa-
s ſecundi órdinis
ribus, ut projíce-
templo Dómini
aſa quæ facta fúe-
, & in luco & uni-
lítiæ cœli: & com-
foris Jerúſalem in
Cedron, & tulit
n eórum in Bethel.
it arúſpices quos
it reges Juda ad ſa-
um in excelſis, per
Juda & in circúitu
m : & eos qui ado-
accenſum Baal, &

Soli, & Lunæ, & duódecim ſignis, & omni milítiæ cœli.

℟. Congregáti, p. 298.

Lectio iij.

ET præcépit omni pópulo dicens: Fácite Phaſe Dómino Deo veſtro ſecundùm quod ſcriptum eſt in libro fœderis hujus. Nec enim factum eſt Phaſe tale à diébus Júdicum qui Judicavérunt Iſrael, & ómnium diérum regum Iſrael, & Regum Juda, ſicut in octávo décimo anno regis Josíæ factum eſt Phaſe iſtud Dómino in Jerúſalem. Sed & pythónes & ariolos, & figúras idolórum & immundítias, & abominatiónes quæ fúerant in terra Juda & Jerúſalem, ábſtulit Josías: ut ſtatúeret verba legis quæ ſcripta ſunt in libro quem invénit Hélcias ſacerdos in templo Dómini. Símilis illi non fuit ante eum rex qui reverterétur ad Dóminum in omni corde ſuo, & in univerſa virtúte ſua, juxtà omnem legem Móyſi: neque poſt eum ſurrexit símilis illi.

℟. Mórtuum, p. 298.

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. libr. 1. cap. 139.

QUi præſunt Capítulis tales & tam ſtrénui conſtituendi ſunt, qui & vitæ probábilis ſint, & ea

quæ ſibi injuncta ſunt, fidéliter humilitérque éxpleant; & pro eo quòd áliis præláti ſunt, nequáquàm parvipendant Canónica inſtitúta: ſed quantò plus implicantur in fratrum curis, tantò magis ſtúdeant cœléſtibus obtemperáre mónitis.

SABBATO.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 36.

Viginti quinque annórum erat Jóakim cùm regnáre cœpiſſet, & úndecim annis regnávit in Jerúſalem, fecítque malum coram Dómino Deo ſuo. Contra hunc aſcendit Nabuchodónoſor rex Chaldæórum, & vinctum caténis duxit in Babylónem. Ad quam & vaſa Dómini tránſtulit, & póſuit ea in templo ſuo...... Regnávit autem Jóachin fílius ejus pro eo. Octo annórum erat Jóachin cùm regnáre cœpiſſet, & tribus ménſibus ac decem diébus regnávit in Jerúſalem, fecítque malum in conſpectu Dómini. Cúmque anni círculus volverétur, miſit Nabuchodónoſor rex qui adduxérunt eum in Babylónem, aſportátis ſimul pretioſíſſimis vaſis domûs Dómini. Regem verò conſtítuit Sedéciam patruum ejus ſuper Judam & Jerúſalem.

Lectio ij.

Viginti & uníus anni erat Sedécias cùm regnáre cœpiſſet, & úndecim annis regnávit in Jerúſalem: fecítque malum in óculis Dómini Dei ſui, nec erúbuit fáciem Jeremíæ prophétæ loquentis ad ſe ex ore Dómini. A rege quoque Nabuchodónoſor receſſit qui adjuráverat eum per Deum: & indurávit cervícem ſuam & cor, ut non reverterétur ad Dóminum Deum Iſrael. Sed & univerſi príncipes ſacerdótum & pópulus prævaricáti ſunt iníquè juxta univerſas abominatiónes géntium, & polluérunt domum Dómini quam ſanctificáverat ſibi in Jerúſalem. Mittébat autem Dóminus Deus patrum ſuórum ad illos per manum nuntiórum ſuórum, de nocte conſurgens, & quotídie cómmonens; eò quòd párceret pópulo, & habitáculo ſuo. At illi ſubſannábant núntios Dei, & parvi pendébant ſermónes ejus, illudebántque prophétis, donec aſcénderet furor Dómini in pópulum ejus, & eſſet nulla curátio. Adduxit enim ſuper eos regem Chaldæórum, & interfécit júvenes eórum gládio in do-

uárii ſui: non eſt
adoleſcentis, &
& ſenis, nec de-
idem; ſed omnes
in mánibus ejus.
que vaſa domûs
tam majóra quàm
& theſauros tem-
gis & príncipum,
in Babylónem.

ectio iij.

érunt hoſtes do-
Dei, deſtruxerúnt-
rum Jeruſalem,
turres combuſsé-
quidquid pretió-
at, demolíti ſunt.
váſerat gládium,
Babylónem ſervi-
filiis ejus, donec
et rex Perſárum, &
etur ſermoDómini
eremíæ, & celebrá-
ſábbata ſua: cun-
diébus deſolatió-
ſábbatum, uſque
mplerentur ſeptua-
anni. Anno autem
ri regis Perſárum,
endum ſermónem
quem locútus fúe-
s Jeremíæ, ſuſcitá-
inus ſpíritum Cyri
ſárum, qui juſſit
i in univerſo re-
, étiam per ſcriptú-
ens: Hæc dicit Cy-
Perſárum: Omnia
rræ dedit mihi Dó-
eus cœli; & ipſe
t mihi ut ædificá-
domum in Jerú-
ſalem quæ eſt in Judæa: quis ex vobis eſt in omni pópulo ejus? ſit Dóminus Deus ſuus cum eo, & aſcendat.

CANON.

Ex Concílio Burdigalenſi. *Ann.* 1624. *de Can. cap.* 9.

Decet Metropolitánam Eccléſiam, & álias Cathedráles, eas persónas ita probitáte ac ſciéntiâ commendátas ad Canonicátus elígere & aſsúmere, ut ex iis corpus Capítuli coaleſcens, ſenátus Epiſcopórum unde consílium accerſant, méritò dici poſſit.

Ad Magníf. *Ant.* 7. *d.* Numquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei símilis in terra, vir ſimplex & rectus ac timens Deum, & recédens à malo, & adhuc rétinens innocéntiam? *Job.* 2.

Oratio infrà ad Laudes.

DOMINICA IX. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Job.

Lectio j. Cap. 1.

Vir erat in terra Hus, nómine Job, & erat vir ille ſimplex & rectus ac timens Deum, & recédens à malo: natique ſunt ei ſeptem filii & tres filiæ. Et fuit poſséſſio ejus ſeptem míllia óvium, & tria míllia

camelórum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ áſinæ, ac família multa nimis: erátque vir ille magnus inter omnes Orientáles. Et ibant filii ejus, & faciébant convívium per domos, unuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocábant tres ſoróres ſuas, ut comédеrent & bíberent cum eis. Cúmque in orbem tranſiſſent dies convívii, mittébat ad eos Job, & ſanctificábat illos conſurgénſque dilúculo offerébat holocauſta pro ſíngulis: dicébat enim: Ne fortè peccáverint filii mei, & benedíxerint Deo in córdibus ſuis. Sic faciébat Job cunctis diébus.

℟. Surrexit Job, & córruens in terram, adorávit, & dixit: * Nudus egreſſus ſum de útero matris meæ, & nudus revertar illuc: Dóminus dedit, Dóminus ábſtulit: ſit nomen Dómini benedictum. ℣. Nihil intúlimus in hunc mundum: haud dúbium quòd nec auferre quid póſſumus. * Nudus. *Job.* 1. *I. Tim.* 6.

Lectio ij.

Quâdam autem die, cùm veniſſent filii Dei ut aſſiſterent coram Dómino, áffuit inter eos étiam ſatan. Cui dixit Dóminus: Unde venis? Qui reſpondens ait: Circuívi terram, & perambulávi eam. Dixítque Dóminus ad eum: Numquid conſideráſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei ſímilis in terra, homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo? Cui reſpondens ſatan ait: Numquid Job fruſtrà timet Deum? nonne tu vallaſti eum, ac domum ejus universámque ſubſtántiam per circúitum? opéribus mánuum ejus benedixíſti, & poſséſſio ejus crevit in terra: ſed extende páululùm manum tuam, & tange cuncta quæ póſſidet, niſi in fáciem benedíxerit tibi. Dixit ergo Dóminus ad ſatan: Ecce, univerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egreſsúſque eſt ſatan à fácie Dómini.

℟. Ecce qui ſérviunt ei non ſunt ſtábiles, & in Angelis ſuis réperit pravitátem: * Quantò magis hi qui hábitant domos lûteas, qui terrénum habent fundamentum, conſumentur velut à tínea. ℣. Deus Angelis peccántibus non pepercit, ſed detractos in tártarum trádidit cruciandos, in judícium reſervári. * Quantò. *Job.* 4. *II. Petr.* 2.

Lectio iij.

Cum autem quâdam die filii & filiæ ejus comédеrent, & bíberent vinum

. in domo fratris ſui
géniti, núntius venit
› qui díceret: Boves
ıt, & áſinæ paſceban-
:ta eos, & irruérunt
, tulerúntque ómnia,
ros percuſſérunt glá-
t evâſi ego ſolus ut
ırem tibi. Cúmque
ille loquerétur, ve-
ter, & dixit: Ignis
:cidit è cœlo, & ta-
ıves pueróſque con-
it, & effúgi ego ſo-
nuntiárem tibi. Sed
adhuc loquente, ve-
us, & dixit: Chal-
:érunt tres turmas, &
runt camélos, & tu-
eos, necnon & púe-
rcuſſérunt gládio, &
ıgi ſolus ut nuntiá-
bi. Adhuc loquebá-
:, & ecce álius intrá-
t dixit: Fíliis tuis &
s veſcéntibus & bi-
ıus vinum in domo
ſui primogéniti, re-
ventus véhemens ír-
regióne deſerti, &
ſſit quátuor ángulos
ſ quæ córruens op-
líberos tuos, & mór-
ıt, & effúgi ego ſo-
nuntiárem tibi.
Scio quòd non juſti-
r homo compóſitus
* Quis reſpondébit
:l quis dícere poteſt:
a facis? Si fortitúdo
tur, robuſtíſſimus eſt:
itas judícii, nemo au-
's *Æſtiva.*

det pro me teſtimónium dí-
cere. ℣. O homo, tu quis
es, qui reſpóndeas Deo?
Numquid dicit figmentum
ei qui ſe finxit: Quid me
feciſti ſic? * Quis. Glória.
* Quis. *Job.* 9. *Rom.* 9.

IN II. NOCTURNO.

Ex libris Morálium ſancti
Gregórii Papæ.
Lib. 2. *cap.* 18. §. 31.

Lectio iv.

DOminus dedit, Dómi-
nus ábſtulit; ſicut Dó-
mino plácuit, ita factum
eſt. Sanctus vir Job, ten-
tante adverſário, cuncta
perdíderat; ſed tamen ſciens
quia contra ſe ſatan ten-
tandi vires, niſi permitten-
te Dómino, non habébat,
non ait, Dóminus dedit,
diábolus ábſtulit; ſed, Dó-
minus dedit, Dóminus ábſ-
tulit. Fortaſsè enim fúerat
dolendum, ſi quod cóndi-
tor déderat, hoſtis abſtuliſ-
ſet: at poſtquàm non ábſ-
tulit niſi ipſe qui dedit, ſua
recépit, non noſtra ábſtu-
lit. Si enim ab illo ea accí-
pimus quibus in hac vita
útimur; cur doleámus quòd
ipſo judicante, exígimur,
quo largiente, fœnerámur?
Nec aliquando injuſtus eſt
créditor qui dum præfixo
reddendi témpore non con-
ſtríngitur; quando vult,
éxigit quod fœnerátur. Ubi
& benè ſubjúngitur: Sicut
Dómino plácuit, ita factum

eſt. Cùm enim in hac vita ea quæ nólumus, pátimur; neceſſe eſt ut ad eum qui injuſtum velle nihil poteſt, ſtúdia noſtræ voluntátis inclinémus.

℟. Benedíctio peritúri ſuper me veniébat, & cor víduæ conſolátus ſum; juſtítiâ indútus ſum: * Oculus fui cæco & pes claudo: pater eram páuperum. ℣. Factus ſum infirmis infirmus, ómnibus ómnia factus ſum. * Oculus. *Job.* 29. *I. Cor.* 9.

Lectio v. §. 31. & 32.

MAgna quippe eſt conſolátio in eo quod diſplicet; quòd illo ordinante erga nos ágitur, cui non niſi juſtum placet. Si ígitur juſta placére Dómino ſcimus, pati autem nulla niſi quæ Dómino placúerint, póſſumus; juſta ſunt cuncta quæ pátimur, & valdè injuſtum eſt, ſi de juſta paſſióne murmurámus. Sed quia, orátor fortis quómodò aſſertiónem partis ſuæ contra adversárium allegávit, audívimus; nunc quómodò in oratiónis ſuæ término júdicem benedicendo laudet, audiámus. Séquitur: Sit nomen Dómini benedictum. Ecce omne quod rectum ſenſit, Dómini benedictióne conclúſit: ut hinc adversárius inſpíciat, & ad pœnam ſuam victus erubéſcat; quia ipſe Dómino contumax, étiam in beatitúdine cónditus, éxtitit, cui homo hymnum glóriæ étiam percuſſus dicit.

℟. Addidit Dóminus ómnia quæcumque fúerant Job duplícia; & fratres ſui conſoláti ſunt eum; * Dóminus benedixit noviſſimis Job magis quàm princípio ejus. ℣. Tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatiónem, probátio verò ſpem, ſpes autem non confúndit. * Dóminus. *Job.* 42. *Rom.* 5.

Lectio vj.

INtuendum verò eſt, quia hoſtis noſter tot nos jáculis pércutit, quot tentatiónibus affligit. Quotídie namque in ácie ſtamus, quotídie tentatiónum ejus tela excípimus. Sed & nos contra illum jácula míttimus, ſi confoſſi tribulatiónibus, humília reſpondémus. Beátus ígitur Job percuſſus damno rerum, percuſſus morte filiórum, quia vim dolóris vertit in laudem conditóris, dicens: Dóminus dedit, Dóminus abſtulit; ſicut Dómino plácuit, ita factum eſt: ſit nomen Dómini benedictum; ſuperbum hoſtem humilitáte pérculit, crudélem patiéntiâ ſtravit.

℟. Patientes eſtóte &

te confirmáte corda
: exemplum accípite
; & patiéntiæ; * Suſ-
am Job audiſtis, &
Dómini vidiſtis,
niam miséricors Dó-
eſt. ℣. Ipſe vúlnerat
létur; pércutit, &
ejus ſanábunt.* Suſ-
am. Glória. † Quó-
Jac. 5. *Job.* 5.

I. NOCTURNO.

o ſancti Evangélii
cundùm Lucam.

io vij. Cap. 19.

lo témpore: Ut ap-
inquávit Jeſus Je-
n, videns civitátem
ſuper illam, dicens:
ſi cognoviſſes & tu,
lem in hac die tua,
l pacem tibi; nunc
abſcóndita ſunt ab
tuis. Et réliqua.

lia ſancti Gregórii
Papæ.

. 39. *in Evang.* §. 3.
lia everſam jam Je-
iſalem nóvimus, at-
erſióne ſuâ in mé-
mmutátam; quia
os latrónes à tem-
que ipſum jam tem-
ſtrutum ſcimus; de-
ex rebus exterióri-
rorsùs áliquam ſimi-
iem tráhere, atque
rſis ædifíciis paríe-
norum ruínam timé-
lens enim civitátem
uper illam, dicens:
Quia ſi cognoviſſes & tu.
Hoc ſemel egit, cùm peri-
túram civitátem eſſe nun-
tiávit: hoc quotídie Re-
demptor noſter per elec-
tos ſuos ágere nullátenùs
ceſſat, cùm quoſdam ex
bona vita ad mores répro-
bos perveniſſe consíderat.
Plangit enim eos qui né-
ſciunt cur plangantur; quia,
juxta Salomónis verba,
Lætantur cùm malè féce-
rint, & exultant in rebus
péſſimis: qui ſi damnatió-
nem ſuam quæ eis immi-
net, agnoviſſent, ſemet-
ipſos cum lácrymis electó-
rum plángerent.

℟. Si omnis prævaricá-
tio & inobediéntia accépit
juſtam mercédis retributió-
nem, * Quómodò nos ef-
fugiémus, ſi tantam ne-
glexérimus ſalútem? ℣. In
itínere contemptórum vo-
rágo: peccatóres perſéqui-
tur malum. * Quómodò.
Hebr. 2. *Prov.* 13.

Lectio viij.

BEnè autem peritúræ
ánimæ ſenténtia quæ
súbditur, cónvenit: Et
quidem in hac die tua,
quæ ad pacem tibi; nunc
autem abſcóndita ſunt ab
óculis tuis. Suam hîc diem
habet ánima perverſa, quæ
tranſitório gaudet in tém-
pore. Cui ea quæ adſunt,
ad pacem ſunt: quia dum
ex rebus temporálibus læ-

tátur, dum honóribus extóllitur, dum in carnis voluptáte resólvitur, dum nullâ ventúræ pœnæ formídine terrétur, pacem habet in die ſua, quæ grave damnatiónis ſuæ ſcándalum in die habébit aliéna. Ibi enim affligenda eſt, ubi juſti lætabuntur: & cuncta quæ modò ei ad pacem ſunt, tunc in amaritúdinem rixæ vertentur: quia rixári ſecum incípiet, cur damnatiónem quam pátitur, non expávit; cur à proſpiciendis malis ſequéntibus óculos mentis clauſit.

℟. Vidéte, ne fortè ſit in áliquo veſtrûm cor malum incredulitátis diſcedendi à Deo vivo: * Sed † Adhortámini voſmetipſos per ſíngulos dies, donec hódie cognominátur, ut non obdurétur quis ex vobis falláciâ peccáti. ℣. Hódie ſi vocem Dómini audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra. * Sed. Glória. † Adhortámini. *Hebr.* 3. *Pſ.* 94.

Lectio ix.

UNdè ei dícitur: Nunc autem abſcóndita ſunt ab óculis tuis: perverſa quippe ánima rebus præséntibus dédita, in terrénis voluptátibus reſolúta, abſcondit ſibi mala ſequéntia: quia prævidére futúra réfugit, quæ præſentem lætítiam perturbant in præſentis vit[illegible] tiónibus ſe déſc[illegible] áliud quàm cla[illegible] ad ignem vadit? nè ſcriptum eſt: nórum ne ímmen[illegible] lórum. Et indè p[illegible] dícitur: Qui gau[illegible] quam non gaud[illegible] quia & ſi qua e[illegible] tis témporis, ita da lætítia, ut nu[illegible] maritúdo ſequen[illegible] recédat à memór[illegible] nùs dum mens p[illegible] trémæ ultiónis tin[illegible] fígitur, quantùm ſens lætítia, ta[illegible] ira súbſequens te[illegible]

Ad Bened. *A*[illegible] Vénient dies in [illegible] cúmdabunt te in[illegible] & non relinquen[illegible] pidem ſuper láp[illegible] quòd non cognó[illegible] pus viſitatiónis tu[illegible]

Oratio.

PAteant aures [illegible] diæ tuæ, Dór[illegible] cibus ſupplicán[illegible] peténtibus deſide[illegible] cédas, fac eos ſunt plácita poſt[illegible] Dóminum.

CANO[illegible]

Ex Concílio P[illegible] ſexto.

Ann. 829. *libr.* 1[illegible]

NE, in ſancta li die Dómi[illegible] cátus, plácita [illegible]

era, necnon &
irrigatiónes, ul-
tiónis hómines
súmant ; quó-
ı hæc agunt, &
ſtianitátis offuſ-
nomen Chriſti
ntibus locum
:trahendi attrí-

gníf. *Ant.* 8. g.
ıs ejícere ven-
:mplo, & emen-
:. illis : Scriptum
domus mea do-
ınis vocábitur ;
ı feciſtis illam
latrónum. *Luc.*

SECUNDA.
libro Job.
Cap. 1. & 2.
: Job, & ſcidit
:nta ſua, & ton-
:órruens in ter-
rávit, & dixit :
eſſus ſum de ú-
s meæ, & nudus
lluc : Dóminus
ominus ábſtulit :
ino plácuit, ita
: ſit nomen Dó-
lictum. In ómni-
m peccávit Job
, neque ſtultum
a Deum locútus
n eſt autem, cùm
ie veniſſent filii
rent coram Dó-
ıiſſet quoque ſa-
eos, & ſtaret in
ejus, ut díceret

Dóminus ad ſatan : Undè venis? Qui reſpondens ait : Circuívi terram, & perambulávi eam.

℟. Surrexit Job, *p.* 312.

Lectio ij.

ET dixit Dóminus ad ſatan : Numquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei símilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo ; & adhuc rétinens innocéntiam? Tu autem commoviſti me adverſus eum, ut affligerem eum fruſtrà. Cui reſpondens ſatan ait : Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro ánima ſua : alióquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc vidébis quòd in fáciem benedicat tibi. Dixit ergo Dóminus ad ſatan : Ecce in manu tua eſt : verúmtamen ánimam illíus ſerva. Egreſſus ígitur ſatan à fácie Dómini, percuſſit Job úlcere péſſimo à planta pedis uſque ad vérticem ejus : qui teſtâ ſániem radébat, ſedens in ſterquilínio. Dixit autem illi uxor ſua : Adhuc tu pérmanes in ſimplicitáte tua? bénedic Deo, & mórere. Qui ait ad illam : Quaſi una de ſtultis muliéribus locúta es. Si bona ſuſcépimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiá-

mus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis ſuis.

℟. Ecce qui sérviunt ei, *pag.* 312.

Lectio iij.

IGitur audientes tres amíci Job omne malum quod accidiſſet ei, venérunt ſínguli de loco ſuo, Eliphaz Themanítes, & Baldad Suhítes, & Sophar Naamathítes. Condíxerant enim ut páriter venientes viſitárent eum, & conſolarentur. Cúmque elevaſſent procul óculos ſuos, non cognovérunt eum, & exclamantes ploravérunt, ſciſſíſque véſtibus ſparsérunt púlverem ſuper caput ſuum in cœlum. Et ſedérunt cum eo in terra ſeptem diébus & ſeptem nóctibus, & nemo loquebátur ei verbum: vidébant enim dolórem eſſe vehementem.

℟. Scio quòd, *pag.* 313.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 131.

CAnónici laudes Deo in commúne perſolventes pro ſuis, populorúmque quorum oblatiónibus vivunt, delictis Dóminum exórent. Debent quoque juxta Apóſtolum, primò ómnium ab his fieri obſecratiónes, oratiónes, poſtulatiónes, gratiárum actiónes pro ómnibus homínibus, pro régibus & ómnibus qui in ſublimitáte ſunt conſtitúti.

FERIA TERTIA.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 3.

POſt hæc apéruit Job os ſuum, & maledixit diéi ſuo, & locútus eſt: Péreat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Dies ille vertátur in ténebras; non requírat eum Deus déſuper, & non illuſtrétur lúmine. Obſcúrent eum ténebræ & umbra mortis; óccupet eum calígo, & involvátur amaritúdine. Noctem illam tenebróſus turbo poſſídeat, non computétur in diébus anni, nec numerétur in ménſibus. Sit nox illa ſolitária, nec laude digna: maledícant ei qui maledícunt diéi; qui paráti ſunt ſuſcitáre Leviathan: obtenebréntur ſtellæ calígine ejus. Expectet lucem, & non vídeat, nec ortum ſurgentis auróræ: quia non conclúſit óſtia ventris qui portávit me, nec ábſtulit mala ab óculis meis.

℟. Benedíctio, *pag.* 314.

Lectio ij. Cap. 4.

REſpondens autem Eliphaz Themanítes dixit: Si cœpérimus loqui

itan moleſtè accí-
onceptum ſermó-
:re quis póterit ?
uiſti multos, &
iſſas roboraſti :
:s confirmavérunt
, tui, & génua tre-
onfortaſti : nunc
nit ſuper te plaga,
li : tetigit te, &
tus es. Ubi eſt ti-
, fortitúdo tua,
tua, & perféctio
iárum? Recordá-
:cro te, quis un-
nocens périit? aut
:ecti deléti ſunt ?
tiùs vidi eos qui
ır iniquitátem, &
t dolóres, & me-
, flante Deo, pe-
t ſpíritu iræ ejus
umptos.
ldidit, *pag.* 314.
o iij. Cap. 6.
ondens autem Job,
it : Utinam appen-
peccáta mea qui-
ı mérui, & calá-
iam pátior, in ſta-
ıſi aréna maris hæc
apparéret. Unde &
éa dolóre ſunt ple-
a ſagittæ Dómini
unt, quarum in-
› ébibit ſpíritum
& terróres Dómini
: contra me. Num-
gíet ónager, cùm
t herbam? aut mú-
, cùm ante præsé-
ıum ſtéterit ? aut

póterit cómedi inſulſum, quod non eſt ſale condítum? aut poteſt áliquis guſtáre quod guſtátum affert mortem? Quæ priùs nolébat tángere ánima mea, nunc præ angúſtia cibi mei ſunt. Quis det ut véniat petítio mea; & quod expécto, tríbuat mihi Deus? & qui cœpit, ipſe me cónterat : ſolvat manum ſuam, & ſuccídat me? Et hæc mihi ſit conſolátio, ut affligens me dolóre non parcat, nec contradícam ſermónibus Sancti.

℟. Patientes, *pag.* 314.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi.

Ann. 1584. *tit.* 12. *can.* 2.

IN ómnibus Eccléſiis Cathedrálibus & Collegiátis, dato ſigno, & cóngruâ pulſatióne præmiſsâ, débitis horis ſecundùm antíquam cujuſque loci conſuetúdinem, tractìm, diſtinctè & articulátè decantentur divínæ laudes & preces ab Eccléſia præſcriptæ, ita ut ſolemne à feriáli officio omnes audientes fácilè diſcernant.

FERIA QUARTA.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 8.

RESpondens Baldad Suhítes dixit : Uſquequò loquéris tália, & ſpíritus múltiplex ſermónes oris tui? Numquid Deus ſup-

plantat judícium? aut Omnípotens ſubvertit quod juſtum eſt? Etiamſi fílii tui peccavérunt ei, & dimíſit eos in manu iniquitátis ſuæ: tu tamen ſi dilúculo conſurréxeris ad Deum, & Omnipotentem fúeris deprecátus: ſi mundus & rectus incéſſeris, ſtatim evigilábit ad te, & pacátum reddet habitáculum juſtítiæ tuæ; in tantùm ut ſi prióra tua fúerint parva, & novíſſima tua multiplicentur nimis.

℞. Surrexit Job, *p.* 312.

Lectio ij. Cap. 9.

ET reſpondens Job, ait: Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non juſtificétur homo compóſitus Deo. Si volúerit conténdere cum eo, non póterit ei reſpondére unum pro mille. Sápiens corde eſt, & fortis róbore: quis réſtitit ei, & pacem hábuit? Qui tránſtulit montes, & neſciérunt hi quos ſubvertit in furóre ſuo. Qui cómmovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur. Qui præcipit ſoli, & non óritur; & ſtellas claudit quaſi ſub ſignáculo. Qui extendit cœlos ſolus, & gráditur ſuper fluctus maris. Qui facit Arctúrum & Oríona, & Hyadas & interióra Auſtri. Qui facit magna & incomprehenſibília, & mirabília, quorum non eſt númerus.

℞. Ecce, *pag.* 312.

Lectio iij.

SI vénerit ad me, non vidébo eum; ſi abíerit, non intélligam. Si repente intérroget, quis reſpondébit ei? vel quis dícere poteſt: Cur ita facis? Deus, cujus iræ nemo resíſtere poteſt, & ſub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego ut reſpóndeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiamſi habúero quídpiam juſtum, non reſpondébo, ſed meum júdicem deprecábor. Et cùm invocantem exaudíerit me, non credo quòd audíerit vocem meá. In túrbine enim cónteret me, & multiplicábit vúlnera mea étiam ſine cauſa. Non concédit requiéſcere ſpíritum meum, & implet me amaritudínibus. Si fortitúdo quæritur, robuſtíſſimus eſt: ſi æquitas judícii, nemo audet pro me teſtimónium dícere. Si juſtificáre me volúero, os meum condemnábit me: ſi innocentem oſténdero, pravum me comprobábit.

℞. Scio quòd, *pag.* 313.

CANON.

Ex Concílio Baſileenſi. *Ann.* 1435. *Seſſ.* 21. *c.* 3.

HOras Canónicas dictúri cùm in Choro

ravitátem ſervent
us & officium éxi-
i ínſimul, aut cum
fabulantes, ſeu
ntes; aut lítteras,
úras álias legen-
im pſallendi grá-
n convéniant, jun-
auſa lábia tenére
nt; ſed omnes,
a qui majóri fun-
onóre, in pſal-
mnis & cánticis
riter modulentur.

A QUINTA.
libro Job.
io j. Cap. 11.

ondens autem So-
r Naamathítes di-
mquid qui multa
, non & áudiet?
verbóſus juſtificá-
Tibi ſoli tacébunt
? & cùm céteros ir-
i nullo confutábe-
ſti enim: Purus eſt
neus, & mundus
onſpectu tuo. At-
iam Deus loqueré-
n, & aperíret lábia
ut oſténderet tibi
apiéntiæ, & quòd
x eſſet lex ejus; &
res quòd multò mi-
gáris ab eo, quàm
iníquitas tua!
nedíctio, *p.* 314.
o ij. Cap. 12.
ondens autem Job,
it: Ergo vos eſtis
nines, & vobiſcum
a ſapiéntia? Et mi-
hi eſt cor ſicut vobis, nec
inférior veſtrî ſum: quis
enim hæc quæ noſtis ignó-
rat? Qui deridétur ab amí-
co ſuo ſicut ego, invocábit
Deum, & exáudiet eum;
deridétur enim juſti ſimplí-
citas. Lampas contempta
apud cogitatiónes dívitum,
paráta ad tempus ſtatútum.
Abundant tabernácula præ-
dónum, & audacter provo-
cant Deum, cùm ipſe déderit
ómnia in manus eórum.
Nimírum intérroga
jumenta, & docébunt te:
& volatília cœli, & indicá-
bunt tibi. Lóquere terræ,
& reſpondébit tibi; & nar-
rábunt piſces maris. Quis
ignórat quòd ómnia hæc
manus Dómini fecérit? In
cujus manu ánima omnis
vivéntis, & ſpíritus univer-
ſæ carnis hóminis.

℟. Addidit, *pag.* 314.

Lectio iij. Cap. 13.

AUdíte ergo correptió-
nem meam, & judí-
cium labiórum meórum at-
téndite. Numquid Deus ín-
diget veſtro mendácio, ut
pro illo loquámini dolos?
Numquid fáciem ejus accí-
pitis, & pro Deo judicáre
nitímini? Aut placébit ei
quem celáre nihil poteſt?
aut decipiétur ut homo ve-
ſtris fraudulénties? Ipſe vos
árguet, quóniam in abſcón-
dito fáciem ejus accípitis.
Statim ut ſe commóverit,

turbábit vos, & terror ejus írruet ſuper vos. Memória veſtra comparábitur cíneri, & redigentur in lutum cervícesveſtræ. Tacéte paulíſper, ut loquar quodcúmque mihi mens ſuggéſſerit. Quare lácero carnes meas déntibus meis, & ánimam meam porto in mánibus meis? Etiamſi occíderit me, in ipſo ſperábo: verúmtamen vias meas in conſpectu ejus árguam. Et ipſe erit ſalvátor meus: non enim véniet in conſpectu ejus omnis hypócrita.

℟. Patientes, *pag.* 314.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

Ann. 1536. *p.* 3. *c.* 13.

ULtimàm optando à Deo óptimo máximo cónſequi poſsímus, ne quiſquam, lucri causâ, divínis intereſſet, alióqui non acceſsúrus ſacra, véluti quem nummi magis quàm Dei amor in templum trahit, quæſtum pietátem eſſe putans; qui, non dúbium, ex número eórum eſt de quibus Iſaías dixit: Omnes díligunt múnera, ſequuntur retributiónes.

FERIA SEXTA.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 32.

OMiſérunt tres viri iſti reſpondére Job, eò quòd juſtus ſibi viderétur. Et irátus, indig[...] eſt Eliu fílius Bár[...] zítes, de cognati[...] irátus eſt autem [...] Job, eò quòd j[...] eſſe díceret cor[...] Porrò adversùm ejus indignátus quòd non inveni[...] ſponſiónem ratio[...] ſed tantummodò naſſent Job. Igi[...] expectávit Job lo[...] eò quòd ſenióres [...] loquebantur. Cùm vidiſſet quòd tre[...] dére non potuiſſe[...] eſt vehementer. dénſque Eliu fili[...] chel Buzítes dixit[...] ſum témpore, v[...] antiquióres; idci[...] miſſo cápite, vé[...] vobis indicáre m[...] téntiam. Sperába[...] quòd ætas prolixi[...] rétur, & annórum do docéret ſapiént[...] ut vídeo, ſpíritus mínibus, & inſpir[...] nipotentis dat in[...] tiam. Non ſunt lon[...] pientes, nec ſene[...] gunt judícium.

℟. Surrexit Job

Lectio ij. Cap[...]

ADdens quoq[...] hæc locutus ſtine me páululùm dicábo tibi; adhuc beo quod pro Dec[...] Répetam ſciéntia[...]

pio, & operatórem
robábo juſtum. Ve-
i abſque mendácio
es mei, & perfécta
i probábitur tibi.
otentes non ábjicit,
ipſe ſit potens. Sed
vat ímpios, & judí-
paupéribus tríbuit.
fferet à juſto óculos
t reges in sólio cól-
n perpétuum, & illi
tur. Et ſi fúerint in
, & vinciantur fúni-
upertátis, indicábit
ra eórum & ſcélera
; quia violenti fué-

Ecce, pag. 312.
Lectio iij. Cap. 38.
ſpondens autem Dó-
inus Job de túrbine
Quis eſt iſte invol-
nténtias ſermónibus
tis? Accinge ſicut
mbos tuos: interro-
e, & reſponde mihi.
as quando ponébam
nenta terræ? índica
ſi habes intelligén-
Quis póſuit menſúras
i noſti? vel quis te-
ſuper eam, líneam?
quo baſes illíus ſoli-
unt? aut quis demíſit
m anguláre m ejus?
ne laudárent ſimul
matutína, & jubilá-
mnes filii Dei. Quis
uſit óſtiis mare, quan-
mpébat quaſi de vul-
océdens? cùm póne-
rem nubem veſtimentum
ejus, & calígine illud quaſi
pannis infántiæ obvólve-
rem. Circúmdedi illud tér-
minis meis, & póſui vectem
& óſtia. Et dixi: Uſque huc
vénies, & non procédes
ámpliùs, & hîc confringes
tumentes fluctus tuos
℟. Scio quod, *pag.* 313.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1585. *tit. de Cap. n.* 8.

OMnes Canónicis Ho-
ris, máximè verò Ma-
tutínis, Miſſæ & Véſperis
interſint, ceſſante impedi-
mento legítimo, per Capí-
tulum judicando; nec per
Eccléſiam diſcurrant, vel
Choro egrediantur, ... pri-
ventúrque diſtributiónibus
ſingulárum Horárum, in
quibus illos abeſſe contí-
gerit.

SABBATO.

De libro Job.
Lectio j. Cap. 42.

REſpondens Job Dómi-
no, dixit: Scio quia
ómnia potes, & nulla te la-
tet cogitátio. Quis eſt iſte
qui celat consílium abſque
ſciéntia? Ideò inſipienter
locútus ſum, & quæ ultra
modum excéderent ſcién-
tiam meam. Audi, & ego
loquar: interrogábo te, &
reſponde mihi. Audítu au-
ris audívi te, nunc autem
óculus meus videt te. Idcir-

cò ipſe me reprehendo, & ago pœniténtiam in favilla & cínere. Poſtquàm autem locútus eſt Dóminus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanítem: Irátus eſt furor meus in te & in duos amícos tuos, quóniam non eſtis locúti coram me rectum, ſicut ſervus meus Job. Súmite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem aríetes, & ite ad ſervum meum Job, & offerte holocauſtum pro vobis. Job autem ſervus meus orábit pro vobis; fáciem ejus ſuſcipiam, ut non vobis imputétur ſtultitia: neque enim locúti eſtis ad me rècta, ſicut ſervus meus Job.

Lectio ij.

ABiérunt ergo Eliphaz Themanítes, & Baldad Suhítes & Sophar Naamathítes, & fecérunt ſicut locútus fúerat Dóminus ad eos; & ſuſcépit Dóminus fáciem Job. Dóminus quoque converſus eſt ad pœniténtiam Job, cùm oráret ille pro amícis ſuis. Et áddidit Dóminus ómnia quæcumque fúerant Job, duplícia. Venérunt autem ad eum omnes fratres ſui & univerſæ foróres ſuæ, & cuncti qui nóverant eum priùs, & comedérunt cum eo panem in domo ejus; & movérunt ſuper eum caput, & consoláti ſunt eum ſuper omni malo quod intúlerat Dóminus ſuper eum; & dedérunt ei unuſquiſque ovem unam, & inaurem áuream unam.

Lectio iij.

DOminus autem benedixit noviſſimis Job magis quàm princípio ejus: & facta ſunt ei quatuórdecim míllia óvium, & ſex míllia camelórum, & mille juga boum, & mille áſinæ. Et fuérunt ei ſeptem filii & tres filiæ. Et vocàvit nomen uníus Diem, & nomen ſecundæ Cáſſiam, & nomen tértiæ Cornuſtibii. Non ſunt autem inventæ mulíeres ſpecióſæ ſicut filiæ Job in univerſa terra: dedítque eis pater ſuus hæreditátem inter fratres eárum. Vixit autem Job poſt hæc centum quadraginta annis, & vidit fílios ſuos, & fílios filiórum ſuórum uſque ad quartam generatiónem; & mórtuus eſt ſenex & plenus diérum.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi.

Ann. 1536. *p.* 3. *can.* 5.

QUam à vero aberrant qui exiſtimant ſeſe non alicújus officii in Eccléſia exercendi, ſed quiétis & inértiæ tantùm causâ Canonicátus eſſe adeptos! perindè atque ſatis ſit, paucis quibuſdam Cléricis admodùm ignáris, ténui prétio

is , curam divíni
:ommitti.
Aagníf. *Ant.* 1. a.
cùm ab infántia
Deum timúerit ,
contriſtátus contra
quòd plaga cæcitá-
erit ei ; ſed immó-
Dei timóre per-
agens grátias Deo
s diébus vitæ ſuæ.

infrà ad Laudes.

MINICA X.
t Pentecoſten.

NOCTURNO.

it liber Tobíæ.
tio j. Cap. 1.
ías ex tribu & civi-
e Néphthali,.. cùm
:ſſet in diébus Sal-
r regis Aſſyriórum,
vitáte tamen póſi-
a veritátis non desé-
t ut ómnia quæ ha-
:erat, quotídie con-
frátribus qui erant
;énere, impertíret:
eſſet júnior ómni-
ibu Néphthali, ni-
:n puerile geſſit in
Dénique cùm irent
ad vítulos áureos
róboam fécerat rex
hic ſolus fugiébat
ia ómnium, ſed per-
: Jerúſalem ad tem-
ómini , & ibi ado-
óminum Deum Iſ-
nnia primitíva ſua
as ſuas fidéliter óf-
ferens ; ita ut in tértio anno proſélytis & ádvenis miniſtráret omnem decimatiónem. Hæc & his ſimília ſecundùm legem Dei puérulus obſervábat.

℟. Tobías in captivitáte pósitus, viam veritátis non deséruit : cúmque irent omnes ad vítulos áureos quos Jeróboam fécerat, * Pergébat in Jerúſalem ad templum Dómini , & ibi adorábat Dóminum, primitíva ſua & décimas ſuas fidéliter ófferens. ℣. Plúrimam hóſtiam óbtulit Deo , per quam teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus. * Pergébat. *Tob.* 1. *Hebr.* 11.

Lectio ij.

CUm verò factus eſſet vir, accépit uxórem Annam de tribu ſua , genuítque ex ea fílium , nomen ſuum impónens ei , quem ab infántia timére Deum dócuit, & abſtinére ab omni peccáto. Igitur cùm per captivitátem deveniſſet cum uxóre ſua & fílio in civitátem Níniven cum omni tribu ſua, cùm omnes éderent ex cibis gentílium , iſte cuſtodívit ánimam ſuam , & nunquám contaminátus eſt in eſcis eórum. Et quóniam memor fuit Dómini in toto corde ſuo, dedit illi Deus grátiam in conſpectu Sal-

mánaſar regis, & dedit illi poteſtátem quocumque vellet ire, habens libertátem quæcumque fácere voluiſſet.

℟. Cognáti ejus irridébant vitam ejus. Tobías verò increpábat eos dicens: * Fílii ſanctórum ſumus, & vitam illam expectámus quam Deus datúrus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. ℣. Teneámus ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem; fidélis enim eſt qui repromíſit. * Fílii. *Tob.* 2. *Hebr.* 10.

Lectio iij.

PErgébat ergò ad omnes qui erant in captivitáte, & mónita ſalútis dabat eis. Cùm autem veniſſet in Rages civitátem Medórum, & ex his quibus honorátus fúerat à rege, habuiſſet decem talenta argenti, & cùm in multa turba géneris ſui Gabélum egentem vidéret, qui erat ex tribu ejus, ſub chirógrapho dedit illi memorátum pondus argenti. Poſt multum verò témporis, mórtuo Salmánaſar rege, cùm regnáret Sennácherib fílius ejus pro eo, & fílios Iſrael exóſos habéret in conſpectu ſuo; Tobías quotídie pergébat per omnem cognatiónem ſuam, & conſolabátur eos, dividebátque unicuíque prout póterat, de facultátibus ſuis: eſurientes alébat, nudíſque veſtiménta præbébat, & mórtuis atque occíſis ſepultúram ſollícitus exhibébat.

℟. Noli timére, fili mi: páuperem quidem vitam gérimus; ſed * Multa bona habébimus, ſi timuérimus Deum, & receſſérimus ab omni peccáto, & fecérimus bene. ℣. Nonne Deus elégit páuperes in hoc mundo, dívites in fide, & herédes regni quod repromíſit diligéntibus ſe? * Multa. Glória. * Multa. *Tob.* 4. *Jac.* 2.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi de Tobía. *Cap.* 1. §. 1. 2. & 3.

Lectio iv.

LEcto prophético libro qui inſcríbitur Tobías, quamvis plenè vobis virtútes ſancti Prophétæ Scriptúra inſinuáverit, tamen compendiário mihi ſermóne de ejus méritis recenſendis & opéribus apud vos utendum árbitror; ut ea quæ Scriptúra históricо more digeſſit látiùs, nos ſtrictiùs comprehendámus, virtútum ejus génera velut quodam breviário colligentes. Fuit vir juſtus, miséricors, hoſpitális: & hoc virtútum prædítus cho-

ærumnam capti-
quam ferébat hu-
itque patienter ;
em magis injú-
ìm privátam do-
: ſibi virtútum ſuf-
ihil profuiſſe de-
, ſed magis eam
uméliam minórem
um ſuórum prétio
ırbitrátus, méruit
, ne quis ex filiis
itis mórtuum ſe-
daret ; at ille in-
non revocabátur
uàm incitabátur ,
rere officium pie-
ortis metu videré-
t enim miſericór-
ium mortis pœna.
gítii deprehenſus
tandem per amí-
uit, direpto patri-
egénus & exul re-
is : íterùm in his
ur officiis ; &, ſi
menti foret , pere-
cum quo cibum sú-
quærébat.
uo modo potúeris,
séricors. * Si mul-
fúerit, abundanter
ſi exíguum tibi fúe-
n exíguum libenter
ri ſtude. ℣. Si vo-
rompta eſt, ſecun-
quod habet, accep-
* Si. *Tob.* 4. *II.*

› v. §. 3. 4. & 5.
ie cùm feſſus à ſe-
ıræ revertiſſet mú-
nere, appóſitis ſibi edendi ſubsídiis, miſſo filio, quærébat conſortem convívii. Dum convíva accersítur, nuntiátis inſepulti córporis relíquiis, convívium deſerébat : nec putábat pium, ut ipſe cibum súmeret, cùm in público corpus jacéret exánime. Hoc illi quotidiánum opus, & magnum quidem. Tam ſancto feſſus officio prophéta, dum requieſcit juxta paríetem aulæ, cadente de páſſerum nido ſtércore, albúgine cæcitátem íncidit : nec conqueſtus ingémuit, nec dixit : Hæc merces labórum meórum. Fraudári magis ſe dóluit obſequiórum quàm oculórum múnere : nec cæcitátem pœnam, ſed impediméntum putábat... Commodáverat próximo ſuo pecúniam quamdam, quàm toto vitæ ſuæ témpore in tanta indigéntia non repopoſcit. Vix ubi ſe feſſum vidit, & depóſitum ſenectúte, inſinuávit filio; non tam cúpiens commodátum repóſcere, quàm ſollícitus ne fraudáret hærédem.

℟. Dixit Angelus: Quando orábas cum lácrymis, & ſepeliébas mórtuos, & derelinquébas prándium tuum ; * Ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. ℣. Ora-

tiónes tuæ & eleemóſynæ tuæ aſcendérunt in memóriam in conſpectu Dei. * Ego óbtuli. *Tob.* 12. *Act.* 10.

Lectio vj. Cap. 2. §. 6 & 7.

QUòd ígitur commodávit pecúniam, & non fœnerávit, juſti ſervávit officium. Malum eſt enim fœnus quo quæruntur usúræ: ſed non illud fœnus malum, de quo ſcriptum eſt: Fœnera próximo tuo in témpore neceſſitátis illíus. Nam David ait: Juſtus miſerétur, & commódat. Aliud illud fœnus jure execrábile eſt, dare in usúram pecúniam, quod lex próhibet: ſed Tobías hoc refugiébat, qui monébat fílium ne præceptum Dómini præteríret, ut ex ſubſtántia ſua eleemóſynam fáceret, non fœneráret, non avérteret fáciem ſuam ab ullo páupere. Hæc qui monet, condemnat usúras fœnoris.... Et quidem eam prohibuérunt ſancti. Quò grávius malum fœnus eſt, eò laudabílior qui illud réfugit.

℟. Quia acceptus eras Deo, * Neceſſe fuit ut tentátio probáret te; & nunc miſit me Dóminus, ut curárem te, & Saram uxórem fílii tui à dæmónio liberárem. Ego enim ſum Ráphael Angelus; noli timére; † Deum benedícite, & cantáte illi. ℣. Quem díligit Dóminus, caſtígat; flagellat autem omnem fílium quem récipit. * Neceſſe. Glória. † Deum. *Tob.* 12. *Hebr.* 12.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 18.

IN illo témpore: Dixit Jeſus & ad quoſdam qui in ſe confidébant tanquam juſti, & aſpernabantur céteros, parábolam iſtam: Duo hómines aſcendérunt in templum ut orárent, unus Phariſæus, & alter Publicánus. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarr. 2. *in Pſ.* 31. §. 10.

QUi vult fortis eſſe, velut præsúmens de ſe, & jactans mérita ſua, qualiacumque illa ſint, erit ſímilis Phariſæo illi, qui quod à Deo ſe dicébat accepiſſe, ſuperbè tamen jactábat. Grátias, inquit, tibi. Atténdite, fratres mei, quale genus ſupérbiæ comméndet Deus: verè quale poteſt ſubintráre juſto hómini, quale poteſt ſubrépere étiam bonæ ſpei viro. Grátias tibi, dicébat: ergo cùm dicébat, Grátias tibi, fatebátur ab illo ſe accepiſſe quod habébat; quid

ies quod non ac-
Ergo, Grátias tibi
xit : Grátias tibi
ia non ſum ſicut
mines, raptóres,
adúlteri, ſicut &
us iſte. Undè er-
bus? Non quia de
s Deo grátias agé-
quia ſuper álte-
e ipſis bonis extol-

ec dicit Dóminus :
gloriétur, qui glo-
cire & noſſe me,
o ſum Dóminus,
i miſericórdiam &
. ℣. Non enim qui
commendat ille
; eſt, ſed quem
mmendat. * In.
II. Cor. 10.

ectio viij.

ndite, fratres: nam
lè cœperit dícere
inem ipſamDómi-
ngeliſta præmíſit.
m Chriſtus dixiſ-
as véniens Fílius
invéniet fidem in
ne exíſterent qui-
ètici qui attenden-
utantes quaſi lap-
m mundum, (om-
a hærétici in pau-
parte ſunt) jactá-
uòd in ipſis remán-
od de toto mundo
: ibi ſtatìm ubi ait
s : Putas véniens
lóminis invéniet
terra? ſubjécit E-
vangeliſta, & ait : Dixit autem & ad quoſdam qui ſibi juſti videbantur, & ſpernébant céteros, ſimilitúdinem hanc : Quidam Phariſæus & Publicánus venérunt in templum oráre; & cétera quæ noſtis.

℞. Diſcátis ne unus adversùs álterum inflétur. * Quis enim te diſcernit? quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriáris quaſi non accéperis? ℣. Odíbilis coram Deo eſt, & homínibus ſupérbia : quid ſuperbit terra & cinis? * Quis. Glória. * Quis. *II. Cor.* 4. *Eccli.* 10.

Lectio ix.

PHariſæus ergo ille dicébat : Grátias tibi ago : Sed undè ſuperbus? Quia ſpernébat céteros. Undè probas? In ipſis verbis. Quómodò? Phariſæus, inquit, ille contempſit de longè ſtantem, cui Deus confitenti propinquábat. Publicánus, inquit, de longinquo ſtabat; ſed Deus ad illum de longinquo non ſtabat. Quare Deus ab illo de longinquo non ſtabat? Quia álio loco dícitur : Propè eſt Dóminus his qui obtrivérunt cor. Vidéte ſi Publicánus iſte obtríverat cor; & ibi vidébitis quia propè eſt Dóminus his qui obtrivérunt cor. Publicá-

nus autem de longinquo ſtabat, & neque volébat ad cœlum óculos ſuos leváre; ſed percutiébat pectus ſuum. Túnſio péctoris, obtrítio cordis. Quid dicébat tundens pectus? Deus, propítius eſto mihi peccatóri. Et quid ſenténtiæ Dóminus? Amen dico vobis, deſcendit juſtificátus de templo Publicánus ille magis quàm ille Phariſæus.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Publicánus à longè ſtans, nolébat nec óculos ad cœlum leváre; ſed percutiébat pectus ſuum, dicens: Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam, parcendo máximè & miſerando manifeſtas, multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam, ut, ad tua promiſſa currentes, cœléſtium bonórum fácias eſſe conſortes; Per.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalenſi. *Ann.* 1583. *tit.* 5.

PArochi vetus illud decrétum idéntidem denúntient; quo, propóſitâ excommunicatiónis pœnâ, præcípitur ne quis tribus contínuis Domínicis à Parochiális Miſſæ celebratióne abſit. Quod ut accurátius adhuc obſervétur, ſciſcitentur Confeſſárii à pœniténtibus, an huic offício ſatisfécerint: & peccáti gravitátem, ut ab eo in póſterùm arceantur, ipſis propónant.

Ad Magníf. *Ant.* 6. T. Omnis qui ſe exaltat, humiliábitur: & qui ſe humíliat, exaltábitur. *Luc.* 18.

FERIA SECUNDA.

De libro Tobiæ.

Lectio j. Cap. 2.

POſt hæc, cùm eſſet dies feſtus Dómini, & factum eſſet prándium bonum in domo Tobíæ, dixit fílio ſuo: Vade & adduc áliquos de tribu noſtra timentes Deum, ut epulentur nobiſcum. Cúmque abiiſſet, reverſus nuntiávit ei unum ex fíliis Iſraël jugulátum jacére in platea: ſtatímque exíliens de accúbitu ſuo, relinquens prándium, jejúnus pervénit ad corpus: tollénſque illud portávit ad domum ſuam occultè, ut, cùm ſol occubuiſſet, cautè ſepelíret eum. Cúmque occultaſſet corpus, manducávit panem cum luctu & tremóre, mémorans illum ſermónem quem dixit Dóminus per Amos prophétam: Dies feſti veſtri convertentur in lamentatiónem & luctum.

℟. Tobías, *pag.* 325.

Lectio ij.
n verò ſol occubuiſ-
, ábiit, & ſepelívit
guébant autem eum
róximi ejus dicen-
m hujus rei causâ
i juſſus es, & vix
i mortis impérium,
n sépelis mórtuos?
bías plus timens
uàm regem, rapié-
ora occisórum, &
bat in domo ſua, &
óctibus ſepeliébat
tigit autem ut quâ-
: fatigátus à ſepul-
éniens in domum
jactaſſet ſe juxta
n & obdormiſſet, &
hirúndinum dor-
illi cálida ſtércora
nt ſuper óculos e-
étque cæcus. Hanc
tentatiónem ídeò
Dóminus eveníre
t póſteris darétur
um patiéntiæ ejus,
ancti Job.
ognáti, *pag.* 326.
iij. Cap. 2. & 3.
na verò uxor ejus
it ad opus textrínū
e, & de labóre má-
árum victum quem
i póterat, deferé-
ide factum eſt ut
caprárum accí-
tuliſſet domi: cu-
vocem balantis vir
diſſet, dixit: Vi-
fortè furtívus ſit:
eum dóminis ſuis,

quia non licet nobis aut édere ex furto áliquid, aut contíngere. Ad hæc uxor ejus iráta reſpondit: Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemóſynæ tuæ modò apparuérunt. Atque his & áliis hujuſcémodi verbis exprobrábat ei. Tunc Tobías ingémuit, & cœpit oráre cum lácrymis, dicens: Juſtus es, Dómine, & ómnia judícia tua juſta ſunt, & omnes viæ tuæ miſericórdia, & véritas, & judícium. Et nunc, Dómine, memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea vel parentum meórum. Quóniam non obedívimus præceptis tuis, ídeò tráditi ſumus in direptiónem, & captivitátem, & mortem, & in fábulam, & in impropérium ómnibus natiónibus in quibus diſperſiſti nos.

℟. Noli timére, *p.* 326.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1583. *de Capit. n.* 11.

Quóniam in quibuſdam Eccléſiis aut nullæ ſunt Canónicis Horis aſcriptæ diſtributiónes, aut certè ſunt ádeò ténues, ut eárum jactúram fácere non dúbitent Canónici, & ſe à divíno Officio ſubtrahant; tértia pars de tota maſſa diſtrahátur, quæ in

diſtributiónes convertátur, & ſíngulis cujúſlibet diéi Horis & Miſſæ diſtribuátur. Quòd ſi quæ diſtributiónes quondam fieri ſólitæ exoléverint, reſtituantur. Hanc autem legem in obítibus, & áliis fundatiónibus locum habére vólumus.

FERIA TERTIA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. Cap. 4.

CUm Tobías putáret orationem ſuam exaudíri, ut mori potuiſſet, vocávit ad ſe Tobíam filium ſuum, dixítque ei: Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum cónſtrue. Cùm accéperit Deus ánimam meam, corpus meum ſépeli: & honórem habébis matri tuæ ómnibus diébus vitæ ejus: memor enim eſſe debes, quæ & quanta perícula paſſa ſit propter te in útero ſuo. Cùm autem & ipſa compléverit tempus vitæ ſuæ, ſepélias eam circa me. Omnibus autem diébus vitæ tuæ in mente habéto Deum: & cave ne aliquando peccáto conséntias, & prætermittas præcepta Dómini Dei noſtri.

℟. Quo modo, *p.* 327.

Lectio ij.

EX ſubſtántia tua fac eleemóſynam, & noli avértere fáciem tuam ab ullo páupere: ita enim fiet ut nec à te avertátur fácies Dómini. Quo modo potúeris, ita eſto miséricors. Si multum tibi fúerit, abundanter tríbue: ſi exíguum tibi fúerit, étiam exíguum libenter impertíri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurízas in die neceſſitátis: quóniam eleemóſyna ab omni peccáto & à morte líberat, & non patiétur ánimam ire in ténebras. Fidúcia magna erit coram ſummo Deo eleemóſyna ómnibus faciéntibus eam. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatióne, & præter uxórem tuam nunquam patiáris crimen ſcire. Supérbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominári permittas; in ipſa enim inítium ſumpſit omnis perdítio.

℟. Dixit Angelus, *p.* 327.

Lectio iij.

QUicumque tibi áliquid operátus fúerit, ſtatim ei mercédem reſtítue, & merces mercenárii tui apud te omninò non remáneat. Quod ab álio óderis fieri tibi, vide ne tu aliquando álteri fácias. Panem tuum cum eſuriéntibus & egénis cómede, & de veſtimentis tuis nudos tege. Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepultú-

ti conſtitue, & noli
ıanducáre & bíbere
:ccatóribus. Consí-
ſemper à ſapiente
:e. Omni témpore
c Deum: & pete ab
ias tuas dirigat, &
conſília tua in ipſo
ıeant. Indico étiam
ili mi, dediſſe me
:alenta argenti, dum
ınfántulus eſſes, Ga-
: Rages civitáte Me-
, & chirógraphum
ud me hábeo: & ídeò
re quómodò ad eum
ıias, & recípias ab
rà memorátum pon-
genti, & reſtítuas ei
raphum ſuum. Noli
, fili mi: páuperem
a vitam gérimus; ſed
oona habébimus, ſi
imus Deum, & re-
mus ab omni peccá-
fecérimus benè.
uia acceptus, *p.* 328.
: A N O N.
oncílio Turonenſi.
1583. *tit. de Capit.*
vinis Offíciis perac-
s, Canónicos, præ-
Eccleſiárum Cathe-
n, qui Epíſcopi Con-
orum nómine deco-
, opórtet libros,
tim ſacros légere,
erò hùc & illùc diſ-
: & vagári aut déſi-
e: multum enim Rei-
æ Chriſtiánæ inter-
ſint in Eccléſia viri
docti, qui céteros ad juſtí-
tiam, & pietátem invitent,
& erúdiant.

FERIA QUARTA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. Cap. 5.

TUnc reſpondit Tobías patri ſuo, & dixit: Omnia quæcumque præcepiſti mihi, fáciam, pater. Quómodò autem pecúniam hanc requíram, ignóro. Ille me neſcit, & ego eum ignóro: quod ſignum dabo ei? Sed neque viam per quam pergátur illuc, aliquando cognóvi. Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit: Chirógraphum quidem illius penes me hábeo: quod dum illi oſténderis, ſtatim reſtítuet. Sed perge nunc, & inquíre tibi áliquem fidélem virum, qui eat tecum ſalvâ mercéde ſuâ, ut dum adhuc vivo, recípias eam. Tunc egreſſus Tobías invénit júvenem ſpléndidum, ſtantem, præcinctum, & quáſi parátum ad ambulandum. Et ignórans quòd Angelus Dei eſſet, ſalutávit eum & dixit: Undè te habémus, bone júvenis? At ille reſpondit: Ex fíliis Iſrael. Et Tobías dixit ei: Noſti viam quæ ducit in regiónem Medórum? Cui reſpondit: Novi; & ómnia itínera ejus frequenter ambulávi, & manſi

apud Gabélum fratrem noſtrum qui morátur in Rages civitáte Medórum, quæ póſita eſt in monte Ecbátanis.

℟. Tobías, p. 325.

Lectio ij. Cap. 6.

PRofectus eſt autem Tobías, & canis ſecútus eſt eum, & manſit primâ manſióne juxta flúvium Tigris. Et exívit ut laváret pedes ſuos: & ecce piſcis immánis exívit ad devorandum eum. Quem expaveſcens Tobías, clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, invádit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende bránchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſiccum, & palpitáre cœpit ante pedes ejus. Tunc dixit ei Angelus: Exéntera hunc piſcem; & cor ejus, & fel, & jecur repóne tibi: ſunt enim hæc neceſsária ad medicamenta utíliter. Quod cùm feciſſet, aſsávit carnes ejus, & ſecum tulérunt in via: cétera ſaliérunt quæ ſufficerent eis: quouſque pervenírent in Rages civitátem Medórum. Tunc interrogávit Tobías Angelum, & dixit ei: Obſecro te, Azária frater, ut dicas mihi quod remédium habébunt iſta quæ de piſce ſerváre juſſiſti? Et reſpondens Angelus dixit ei: Cordis ejus partículam ſi ſi... bónes ponas, fun... extrícat omne ge... moniórum ſive à vi... à muliere, ita ut ul... accédat ad eos. Et ... let ad unguendos ó... quibus fúerit albú... ſanabuntur.

℟. Cognáti, pa...

Lectio iij.

ET dixit ei Tobí... vis ut maneám... ſpondénſque Ange... Eſt hìc Rágue1 n... vir propinquus de tr... & hic habet filiam ... Saram; ſed neque ... lum, neque féminai... habet áliam præte... Tibi debétur omn... ſtántia ejus, & opor... te accípere cónjuge... ergo eam à patre ... dabit tibi eam in u... Tunc reſpondit To... dixit: Audio quia trá... ſeptem viris, & ... ſunt; ſed & hoc audi... dæmónium occídit... Tímeo ergo ne fortè... hi hæc véniant: ... ſim únicus paréntibu... depónam ſenectúte... rum cum triſtítia a... ros. Tunc Angelu... phael dixit ei: Au... & oſtendam tibi qu... quibus prævalére ... dæmónium. Hi n... qui conjúgium ita ... piunt, ut Deum à ...

: exclúdant, & ni ita vacent, ſi- & mulus quibus tellectus; habet n dæmónium ſu- Tu autem cùm eam, ingreſſus per tres dies cón- ab ea, & nihil oratiónibus va- ca.

i timére, *p.* 326.

I N O N.

io Mediolanenſi primo.

ſ. *part.* 2. *tit.* 38. ici, quo témpo- ína Officia cele- non hábeant Ca- iſi fortaſsè áliter ecéſſitas poſtulá- contrà fécerint, ónem ne cápiant e in qua id com- Neque étiam dié- Capítula habean- probábilis cauſa rit.

QUINTA.

ibro Tobíæ,

o j. Cap. 7.

i ſunt ad Ragué- : ſuſcépit eos Rá- gáudio. Intuénſ- am Ráguel, dixit ori ſuæ: Quàm ſi- ívenis iſte conſo- o! Et cùm hæc ait: Undè eſtis, fratres noſtri? At runt: Ex tribu li ſumus, ex cap- tivitáte Nínive. Dixítque illis Ráguel: Noſtis Tobíam fratrem meum? Qui dixérunt: Nóvimus. Cúmque multa bona loquerétur de eo, dixit Angelus ad Raguélem: Tobías de quo intérrogas, pater iſtíus eſt. Et miſit ſe Ráguel, & cum lácrymis oſculátus eſt eum, & plorans ſupra collum ejus dixit: Benedíctio ſit tibi, fili mi, quia boni & óptimi viri filius es..... Poſtquàm autem locúti ſunt, præcépit Ráguel occidi aríetem, & parári convívium. Cúmque hortarétur eos diſcúmbere ad prándium, Tobías dixit: Hîc ego hódie non manducábo, neque bibam, niſi priùs petitiónem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram fíliam tuam.

℟. Quo modo, *p.* 327.

Lectio ij.

Quo audíto verbo, Ráguel expávit, ſciens quid evénerit illis ſeptem viris qui ingreſſi ſunt ad eam; & timére cœpit ne fortè & huic ſimíliter contíngeret: & cùm nutáret, & non daret petenti ullum reſponſum, dixit ei Angelus; Noli timére dare eam iſti, quóniam huic timenti Deum debétur conjux fília tua: proptéreà álius non pótuit habére illam. Tunc

dixit Ráguel : Non dúbito quòd Deus preces & lácrymas meas in conſpectu ſuo admíſerit. Et credo quóniam ídeò fecit vos veníre ad me, ut iſta conjungerétur cognatióni ſuæ ſecundùm legem Móyſi : & nunc noli dúbium gerére quòd tibi eam tradam. Et apprehendens déxteram fíliæ ſuæ, dextræ Tobíæ trádidit, dicens : Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob vobiſcum ſit, & ipſe conjungat vos, impleátque benedictiónem ſuam in vobis. Et acceptâ chartâ, fecérunt conſcriptiónem conjúgii. Et poſt hæc epuláti ſunt, benedicentes Deum.

℟. Dixit Angelus, *p.* 327.

Lectio iij. Cap. 8.

TUnc Ráphael Angelus apprehendit dæmónium, & religávit illud in deſerto ſuperióris Ægypti. Tunc hortátus eſt vírginem Tobías, dixítque ei : Sara, exurge, & deprecémur Deum hódie, & cras, & ſecundum cras ; quia his tribus nóctibus Deo júngimur : tértiâ autem tranſactâ nocte, in noſtro érimus conjúgio. Filii quippe ſanctórum ſumus, & non póſſumus ita conjungi ſicut gentes quæ ignórant Deum. Surgentes autem páriter, inſtanter orábant ambo ſimul, ut sáni-nas darétur eis. D[...] Tobías : Dómine D[...] trum noſtrórum, [...] cant te cœli & terr[...] reque & fontes, & [...] na, & omnes creat[...] quæ in eis ſunt. T[...] Adam de limo terr[...] ſtíque ei adjutóriu[...] & nunc, Dómine, [...] quia non luxúriæ c[...] cípio ſorórem me[...] jugem, ſed ſolâ p[...] tis dilectióne, in [...] nedicátur nomen [...] ſécula ſeculórum. [...] quoque Sara : Miſe[...] bis, Dómine ; miſe[...] bis, & conſeneſcá[...] bo páriter ſani.

℟. Quia, *pag.* 3[...]

CANO[...]

Ex Concílio Trid[...]

Seſſ. 24. *de Ref. ca*[...]

OBtinéntibus in[...] ſiis Cathedráli[...] Collegiátis dignitá[...] nonicátus, præben[...] portiónes, non líc[...] góre cujúſlibet ſtatí[...] conſuetúdinis, ul[...] menſes, ab eiſdem [...] ſiis quólibet anno [...] ſalvis nihilóminùs [...] Eccleſiárum Conſti[...] bus, quæ lóngius [...] tempus requírunt.

FERIA SEX[...]

De libro Tob[...]

Lectio j. Cap. [...]

TUnc vocávit [...] Angelum ad ſe[...]

óminem exiſti-
xítque ei: Azá-
peto ut auſcultes
. Si meipſum tra-
ſervum, non
nus providéntiæ
nen óbſecro te
s tibi animália,
ia, & vadas ad
in Rages civitá-
rum: reddáſque
aphum ſuum, &
b eo pecúniam,
m veníre ad nú-
s. Scis enim ipſe
númerat pater
: & ſi tardávero
lùs, contriſtátur
s. Et certè vides
adjurávit me
cujus adjuramen-
ere non poſſum.
phael aſsúmens
x ſervis Ragué-
os camélos, in
itátem Medórum
& invéniens Ga-
éddidit ei chiró-
ſuum, & recépit
nem pecúniam.
què ei de Tobía
iæ, ómnia quæ
t: fecítque eum
eníre ad núp-

ias in captivitáte,

o ij. Cap. 10.

verò moras fáce-
Tobías, causâ nu-
, ſollícitus erat

pater ejus Tobías, dicens: Putas quare morátur fílius meus, aut quare detentus eſt ibi? Putáſne Gabélus mórtuus eſt, & nemo reddet illi pecúniam? Cœpit autem contriſtári nimis ipſe, & Anna uxor ejus cum eo: & cœpérunt ambo ſimul flere, eò quòd die ſtatúto mínimè reverterétur fílius eórum ad eos. Flebat ígitur mater ejus irremediabílibus lácrymis, atque dicébat: Heu! heu me! fili mi, ut quid te míſimus peregrinári, lumen oculórum noſtrórum, báculum ſenectútis noſtræ, ſolátium vitæ noſtræ, ſpem poſteritátis noſtræ? ómnia ſimul in te uno habentes, te non debúimus dimíttere à nobis. Cui dicébat Tobías: Tace, & noli turbári, ſanus eſt fílius noſter; ſatis fidélis eſt vir ille cum quo míſimus eum.

℞. Cognáti, *pag.* 326.

Lectio iij. Cap. 11.

Anna autem ſedébat secùs viam quotídie in ſupercílio montis, unde reſpícere póterat de longínquo. Et dum ex eódem loco ſpecularétur advéntum ejus, vidit à longè, & íllicò agnóvit veniéntem fílium ſuum: curréntſque nuntiávit viro ſuo,

dicens : Ecce venit filius tuus. Dixítque Ráphael ad Tobíam : At ubi introíeris domum tuam, ſtatim adóra Dóminum Deum tuum : & grátias agens ei, accéde ad patrem tuum, & oſculáre eum. Statímque lini ſuper óculos ejus ex felle iſto piſcis, quod portas tecum : ſcias enim quóniam mox aperiéntur óculi ejus, & vidébit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudébit. Tunc præcucurrit canis qui ſimul fúerat in via : &, quaſi núntius advéniens, blandimento ſuæ caudæ gaudébat. Et conſurgens cæcus pater ejus cœpit offendens pédibus cúrrere : &, datâ manu púero, occurrit óbviam fílio ſuo. Et ſuſcípiens oſculátus eſt eum cum uxóre ſua, & cœpérunt ambo flere præ gáudio. Cúmque adoraſſent Deum, & grátias egiſſent, conſedérunt. Tunc ſumens Tobías de felle piſcis, linívit óculos patris ſui. Et ſuſtínuit quaſi dimídiam ferè horam : & cœpit albúgo ex óculis ejus, quaſi membrána ovi, égredi. Quam apprehendens Tobías traxit ab óculis ejus, ſtatímque viſum recépit : & glorificábant Deum.

℟. Noli timére, fili mi, *p. 326.*

CANON.

Ex Concílio Aquiſg
nenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *Cap.*

ERga Canónicos i
mos oportet ut
fratres magnam exhi
caritátem ; ſcílicet u
compatiendo ſubvén
& aſsíduis viſitatióni
& Scripturárum ſa
rum conſolatiónibus,
non & propriárum
facultátibus adminícu
ceſsária præbeant, u
pleátur in eis illud I
gélicum : Infirmus fu
viſitaſtis me.

SABBAT

De libro Tobíæ

Lectio j. Cap. 1

TUnc vocávit ad ſ
bías filium ſuu
xítque ei : Quid póſ
dare viro iſti ſancto
venit tecum ? Reſpo
Tobías, dixit patri
Pater, quam mer
dábimus ei ? aut qu
gnum póterit eſſe b
ciis ejus ? me duxit
duxit ſanum, pecún
Gabélo ipſe recépit,
rem ipſe me habére
& dæmónium ab e
compéſcuit, gáudiu
réntibus ejus fecit,
ſum à devoratióne
erípuit, te quoque
fecit lumen cœli,

ınibus per eum re-
ımus. Quid illi ad
térimus dignum da-
l peto te, pater mi,
s eum ſi fortè di-
ır, medietátem de
ıs quæ alláta ſunt,
ſúmere. Et vocan-
ı, pater ſcílicet &
tulérunt eum in
: & rogáre cœpé-
t dignarétur, di-
ı partem ómnium
tulerant, acceptam

Lectio ij.

ıc dixit eis occul-
:.... Manifeſto vo-
tátem, & non abſ-
ı à vobis occultum
em. Quando orá-
ı lácrymis, & ſe-
ſ mórtuos, & dere-
as prándium tuum,
tuos abſcondébas
m in domo tua,
e ſepeliébas eos,
ıli oratiónem tuam
. Et quia acceptus
o, neceſſe fuit ut
ı probáret te. Et
iſit me Dóminus,
rem te, & Saram
filii tui à dæmó-
tárem. Ego enim
phael Angelus,
ſeptem qui aſtá-
e Dóminum. Cùm-
c audiſſent, tur-
t, & trementes ce-
ſuper terram in
uam. Dixítque eis

Angelus: Pax vobis, nolíte timére. Etenim cùm eſſem vobiſcum, per voluntátem Dei eram: ipſum benedícite, & cantáte illi. Vidébar quidem vobiſcum manducáre & bíbere: ſed ego cibo invisíbili, & potu qui ab homínibus vidéri non poteſt, utor. Tempus eſt ergo ut revertar ad eum qui me miſit.

Lectio iij. Cap. 14.

IN hora autem mortis ſuæ vocávit ad ſe Tobíam fílium ſuum, & ſeptem júvenes filios ejus nepótes ſuos, dixítque eis: Propè eſt intéritus Nínive; non enim éxcidit verbum Dómini, & fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, revertentur ad eam. Omnis autem deſerta terra ejus replébitur, & domus Dei quæ in ea incenſa eſt, íterùm reædificábitur: ibíque revertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idóla ſua, & vénient in Jerúſalem, & inhabitábunt in ea, & gaudébunt in ea omnes reges terræ adorantes Regem Iſrael.... Nunc ergo, filii, audíte me, & nolíte manére hîc: ſed quâcumque die ſepeliéritis matrem veſtram circa me in uno ſepulcro, ex eo dirígite greſſus veſtros, ut exeátis

hinc: vídeo enim quia iníquitas ejus finem dabit ei. Factum eſt autem: poſt óbitum matris ſuæ Tobías abſceſſit ex Nínive, vidítque quintam generatiónem, fílios filiórum ſuórum. Et, complétis annis nonaginta novem in timóre Dómini, cum gáudio ſepeliérunt eum. Omnis autem cognátio ejus, & omnis generátio ejus in bona vita & in ſancta converſatióne permanſit; ita ut accepti eſſent tam Deo, quàm homínibus, & cunctis habitántibus in terra.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. libr. 1. Cap. 145.

CAnónici amóri Chriſti nihil præpónant, caritátem non derelinquant: próprio Epíſcopo in ómnibus, ſecundùm Canónicam inſtitutiónem, obtémperent. Senióres ſpirituáliter junióres díligant; junióres ſeniórıbus obſéquium dignum exhíbeant: doctióres minùs doctis nequáquàm ſe præferant, ſed magis eos cum caritáte ædíficent: neque hi qui nobilitáte géneris, aut virtútum donis pollent, cæteris ſe túmidè ſuperextollant.

Ad Magníf. *Ant.* Venit Aſſur in multit fortitúdinis ſuæ: Déu autem omnípotens dit eum in manus næ, & confódit eun *dith*, 16.

Oratio.

OMnípotens ſem ne Deus, qui dántiâ pietátis tuæ & ta súpplicum excédis ta: effunde ſuper nc ſericórdiam tuam; mittas quæ conſciént tuit, & adjícias quo tio non præsúmit; P minum.

DOMINICA poſt Pentecoſte

IN I. NOCTUR

Incipit liber Jud

Lectio j. Cap. 1

ARphaxad ítaqu Medórum ſubj rat multas gentes in ſuo, & ipſe ædi civitátem potentíſſi quam appellávit E nis, ex lapídibus q tis & ſectis: fecit ejus in latitúdinem tórum ſeptuaginta, altitúdinem cubitór ginta; turres verò e fuit in altitúdinem tórum centum. Pe drum verò eárum utrumque vicenóru dum ſpátio tendel poſuítque portas

nem túrrium : &
átur quaſi potens in
a exércitûs ſui, &
a quadrigárum ſuá-
nno ígitur duodé-
:gni ſui Nabucho-
r rex Aſſyriórum,
nábat in Nínive ci-
magnâ, pugnávit
Arphaxad, & obtí-
m.
citóte quóniam ex-
Dóminus preces ve-
i manentes perman-
n jejúniis & oratió-
* Mémores eſtóte
, qui Amalec con-
m in virtúte ſua,
:ro pugnando, ſed
is ſanctis orando
. ℣. Omnia quæ-
e petiéritis in ora-
:redentes, accipié-
Mémores. *Judith*, 4.
. 21.

ctio ij. Cap. 2.

Nno tértio décimo
Nabuchodónoſor re-
igéſimâ & ſecundâ
nſis primi, factum
bum in domo Na-
dónoſor regis Aſſy-
i, ut defénderet ſe.
itque omnes majó-
tu, omnéſque du-
: bellatóres ſuos, &
cum eis myſté-
onſílii ſui; dixítque
tiónem ſuam in eo
ut omnem terram
ubjugáret império.
dictum cùm placuiſ-
ſet ómnibus, vocávit Nabuchodónoſor rex Holoférnem príncipem milítiæ ſuæ, & dixit ei : Egrédere adversùs omne regnum Occidentis, & contra eos præcípuè qui contempsérunt impérium meum. Non parcet óculus tuus ulli regno, omnémque urbem munítam ſubjugábis mihi.

℟. Judith vídua, habens ſuper lumbos ſuos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ ſuæ; * Et erat hæc in ómnibus famoſíſſima, quóniam timébat Dóminum valdè, nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat. * Et erat. *Judith*, 8. *Act*. 9.

Lectio iij. Cap. 4.

TUnc audientes hæc fílii Iſrael qui habitábant in terra Juda, timuérunt valdè à fácie ejus. Tremor & horror inváſit ſenſus eórum, ne hoc fáceret Jerúſalem & templo Dómini, quod fécerat céteris civitátibus & templis eárum. Et miſérunt in omnem Samaríam per circúitum uſque Jéricho, & præoccupavérunt omnes vértices móntium: & muris circumdedérunt vicos ſuos, & congregavérunt frumenta in præparatió-

nem pugnæ. Sacerdos étiam Eliachim ſcripſit ad univerſos, ... per quos viæ tránſitus eſſe póterat, ut obtinérent aſcenſus móntium per quos via eſſe póterat ad Jerúſalem, & illic cuſtodírent ubi anguſtum iter eſſe póterat inter montes. Et fecérunt filii Iſrael ſecundùm quod conſtitúerat eis ſacerdos Dómini Eliachim.

℟. Æquo ánimo eſtóte, fratres, * Expectémus à Dómino miſericórdiam: fórſitan enim indignatiónem ſuam abſcindet, & dabit glóriam nómini ſuo. ℣. Nihil ſollíciti ſitis; ſed in omni oratióne & obſecratióne petitiónes veſtræ innoteſcant apud Deum. * Expectémus. Glória. * Expectémus. *Judith*, 7. *Philipp*. 4.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Elía & Jejúnio.

Lectio iv. Cap. 9. §. 28.

POtentes vinum prohibentur bíbere; ne, cùm bíberint, obliviſcantur ſapiéntiam. Bibébant vinum in ebrietáte potentes, qui Holoferni príncipi milítiæ regis Aſſyriórum ſe trádere geſtiébant: ſed non bibébat fémina Judith, jejúnans ómnibus diébus viduitátis ſi ter feſtórum diéi lemnitátes. His ar níta proceſſit, & Aſſyriórum circ exércitum. Sóbrii consílii, ábſtulit I nis caput, ſervá cítiam, victóriam vit. Hæc enim ſi jejúnio, in caſtris debat aliénis: ille pultus jacébat, vúlneris ſentíre no Itaque uníus mul júnium innúmero exércitus ebriórum

℟. Reputantes noſtris hæc ipſa minóra eſſe; * Dómini quibus mur, ad emendat & non ad perditió ſtram eveniſſe cr ℣. Dum judicámu mino corrípimur, cum hoc mundo mur. * Flagella. J *I. Cor.* 11.

Lectio v. §. 30.

ESther quoque p facta eſt jejúni minus enim gráti briæ mentis augéb ne genus ſuum, id tum pópulum Ju à perſecutiónis ac bus liberávit; it gem ſibi fáceret eſ ctum, non libídini re flammátum, ſe ſti miſeratióne con

t pœna retorque-
mpium, & honor
lderétur altáribus.
la quæ tríduo je-
ontínuo, & cor-
a aquâ lavit, plùs
& vindíctam rétu-
n autem dum ſe
ctat convívio, in-
vina pœnam ſuæ
s exolvit. Eſt ergo
reconciliatiónis
im, virtútis incre-
, quod fecit étiam
fortióres augmen-
:.
on in multitúdine
is tua, Dómine,
erbi ab inítio pla-
tibi: ſed * Humí-
manſuetórum ſem-
plácuit deprecátio.
ſuperbis reſiſtit,
us autem dat grá-
Humílium & man-
n. *Judith*, 9. *Jac.* 4.
vj. *Cap.* 10. §. 34.
n ſola autem fames
ræritur, ſed plena
ia jejúnii. Aliis dí-
In diébus jejunió-
ſtrórum invenítis
tes veſtras, & om-
ditos vobis ſtimu-
n ad judícia & ri-
ináτis, & percúti-
nis? Non hoc je-
ego elégi, & diem
iliandum ánimam
hóminem: nec ſi
n étiam & cilícium
ſubſternas, nec ſic vocábitis jejúnium acceptum. Non tale jejúnium ego elégi, dicit Dóminus. Quod jejúnium improbétur, audívimus: nunc audiámus quod ſit probábile. Sed ſolve omnem colligatiónem injuſtítiæ tuæ: diſſolve obligatiónes violentárum commutatiónum, dimitte confractos in remiſſiónem, & omnem conſcriptiónem iníquam dirumpe. Frange eſurienti panem tuum: & egénos non habentes tectum, induc in domum tuam: & ſi víderis nudum, coóperi eum; & doméſticos séminis tui non deſpícias.

℟. Aperíte portas, quóniam nobiſcum eſt Deus: * Laudáte Dóminum, qui non déſéruit ſperantes in ſe, & interfécit in manu mea hoſtem pópuli ſui. ℣. Deo grátias, qui dedit nobis victóriam. * Laudáte Dóminum. Glória. * Laudáte Dóminum. *Judith*, 13. *I. Cor.* 15.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio vij. Cap. 7.

IN illo témpore: Exiens Jeſus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare

Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum, ut impónat illi manum. Et réliqua.

Homília Venerábilis Bedæ Presbyteri.

Homil. in hoc Evang. inter Æſtiv. de Tempore.

QUod Dóminus ait: Ephphéta, id eſt, adaperíre, propter aures dicit ſanandas, quas súrditas diútina cláuſerat, ſed ad audiendum jam tactus pateſécit ipsíus. Unde, credo, quòd mos increbúerit Eccléſiæ, ut ſacerdótes illíus his quos percipiendis Baptiſmi ſacramentis præparant, priùs inter cétera conſecratiónis exórdia de ſaliva oris ſui nares tangant & aures, dicentes, Ephphéta. Per ſalivam quidem oris ſui guſtum, quo initiandi ſunt, ſupernæ ſapiéntiæ deſignant: per tactum verò nárium, ut abjectis delectatiónibus nóxiis, ſolum Chriſti ſemper amplectantur odórem, de quo dicit Apóſtolus: Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco; & ut meminerint ſe juxta exemplum beáti Job, donec ſúpereſt hálitus in eis, & ſpíritus Dei in náribus eórum, non loqui iniquitátem lábiis, n[...] guâ mendácium me[...] debére.

℟. In multis óf[...] mus omnes. Si quis i[...] bo non offendit; [...] perfectus eſt vir. ℣[...] tus vir, qui non e[...] ſus verbo ex ore [...] Hic perfectus eſt vir. *Eccli. 14.*

Lectio viij. Poſt p[...]

UNuſquiſque no[...] fratres caríſſim[...] Baptiſma Chriſti ri[...] cépit, hoc órdine [...] crátus eſt..... Unde tùm neceſſe eſt ut, Dóminus in nobis [...] tius ablúere & ſanct[...] dignátus eſt, ipſi [...] contamináre, & p[...] hilo profanáre tim[...] Sed & ſi qui in cœn[...] quítiæ ſordidantis [...] mus, feſtinémus [...] lacrymárum & pœ[...] tiæ fonte mundári. [...] vémus áurium purit[...] quam nobis audítu[...] divínitùs conſtat ſui[...] látam, caventes illu[...] ſtoli quod quibuſd[...] próbrans ait: Et à [...] táte quidem audítum [...] tent, ad fábulas [...] convertentur. Cohib[...] linguam à malo, qu[...] feſſióne fidei ſanct[...] eſt: timeámus in ij[...] benedícimus Deum [...] trem, maledícere

i ad imáginem Dei
ınt. Qui enim putat
;iósum eſſe, non re-
ıs linguam ſuam,
vana eſt religio.
:nim dícitur: Quia
: ſunt aures ejus, &
m eſt vínculum lin-
;jus, & loquebátur

Omnis ſermo malus
: veſtro non procé-
ed ſi quis bonus * Ad
ıtiónem fidei, ut det
m audiéntibus. ℣. In
ir tibi cogitátus Dei,
nis enarrátio tua in
ptis Altíſſimi. * Ad
atiónem. Glória. *
lificatiónem. *Epheſ.*
li. 9.

Lectio ix.

Ui ergo rectè loqui
Baptíſmatis noſtri
ore didícimus, cor-
:dendo ad juſtítiam,
utem confeſſiónem
ıdo ad ſalútem; cu-
m ſummóperè eſt ne,
baptiſma, ad injuſta
xia verba decliné-
Si enim, ipſo Júdice
ante: Omne verbum
ım quod locúti fúe-
ómines, reddent ra-
m de eo in die judí-
uid putámus fíeri de
qui non ſolùm otió-
ed & criminóſa lo-
ur; qui impudicí-
jactántiæ, blaſphé-
& quod máximè mi-
nùs libet, detractiónis ſer-
mónibus ſervíre non ti-
ment; qui próferunt men-
dácia; teſtes falláces, qui
séminant inter fratres diſ-
córdias? Non autem à ma-
lis aures linguámque ſa-
tis eſt caſtigáre loquélis,
ſi non étiam, juxta Pſal-
miſtam, inclinémus au-
rem noſtram in verba oris
Dei; ſi non os noſtrum lo-
quátur ſapiéntiam, & me-
ditátio cordis noſtri pru-
déntiam.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Addúcunt Jeſu ſurdum & mutum. Suſpíciens in cœlum Jeſus, ingémuit, & ait illi: Ephphéta, quod eſt, adaperíre. Et ſtatìm apertæ ſunt aures ejus, & ſolútum eſt vínculum linguæ ejus, & loquebátur rectè. *Marc.* 7.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ & mérita súpplicum excédis & vota: effunde ſuper nos miſericórdiam tuam; ut dimittas quæ conſciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Ravennatenſi ſecundo.

Ann. 1311. *Rubricâ* 9.

MOnémus omnes & singulos Parochiá-

Ad Magnif. Ant. 8. g. Benè ómnia fecit, & ſurdos fecit audíre, & mutos loqui. *Marc.* 7.

FERIA SECUNDA.

De libro Judith.
Lectio j. Cap. 8.

Erat Judith vídua jam annis tribus, & ménſibus ſex. Et in ſuperióribus domûs ſuæ fecit ſibi ſecrétum cubículum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabátur; &, habens ſuper lumbos ſuos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ ſuæ, præter Sábbata, & Neoménias, & Feſta domûs Iſrael. Erat autem eleganti aſpectu nimis, cui vir ſuus relíquerat divítias multas, & famíliam copióſam, ac poſſeſſiónes armentis boum & grégibus óvium plenas. Et erat hæc in ómnibus famo-

...orum, ideo eg...
fácie eórum, quó...
túrum agnóvi qu...
tur vobis in dep...
nem, pro eo quò...
temnentes vos, n...
ultrò trádere ſeipſ...
venírent miſericór...
conſpectu veſtro.
cauſa cogitávi me...
cens: Vadam ad...
príncipis Holofer...
índicem illi ſecré...
rum, & oſtendam...
áditu poſſit obtin...
ita ut non cadat. ...
de exércitu ejus.
audiſſent viri illi...
ejus, conſiderában...
ejus, & erat in óc...
rum ſtupor, quóni...
chritúdinem ejus n...
tur nimis. Et dixé...
eam: Conſervaſti...
tuam, eò quòd tal...
ſti consílium, ut d...
res ad dóminum...

is, annuntiâtes eam.
ue intraſſet ante fá-
jus, ſtatim captus eſt
óculis Holofernes.
ʿudith vídua, *p.* 341.
ʿio iij. *Cap.* 13.
ıt Judith ſola in cu-
ʒulo: porrò Holofer-
ʒébat in lecto, nímiâ
âte ſopítus. Dixítque
ı puellæ ſuæ,ut ſtaret
ante cubículum, &
ʼáret: ſtetítque Ju-
ante lectum, orans
ácrymis & labiórum
in ſiléntio, dicens:
rma me, Dómine
Iſrael, & réſpice in
ıora ad ópera má-
meárum; ut, ſicut
iſiſti, Jerúſalem civi-
tuam érigas: & hoc
, credens per te poſſe,
cogitávi, perfíciam.
m hæc dixiſſet, ac-
ad columnam quæ
ıd caput léctuli ejus,
giónem ejus qui in ea
is pendébat, exolvit.
ue evaginaſſet illum,
ʼhendit comam cápi-
ıs, & ait: Confirma
Dómine Deus, in hac
Et percuſſit bis in cer-
ı ejus, & abſcídit ca-
jus, & ábſtulit cono-
ı ejus à columnis, &
it corpus ejus trun-
Et poſt puſillum exi-
k trádidit caput Ho-
ıis ancillæ ſuæ; & juſ-
mítteret illud in pe-
ram ſuam.... Et dixit Judith
à longè cuſtódibus muró-
rum: Aperíte portas, quó-
niam nobiſcum eſt Deus,
qui fecit virtútem in Iſrael.

℟. Æquo ánimo eſtóte, *pag.* 342.

CANON.

Ex Concílio Burdigalenſi. *Ann.* 1583. *tit. de Parochis.*

PArochi, qui in partem ſollicitúdinis & gubernatiónis Eccleſiárum ab Epíſcopis vocantur, diligenter múneri ſuo atténdere debent, non ignári præcípuas offícii ſui eſſe partes, pópulum in Dei lege atque voluntáte inſtrúere, ſacramentis Eccleſiáſticis refícere atque communíre, ſacras ad Deum pro eo preces fúndere, & laudábilis vitæ exemplo viam ſalútis demonſtráre.

FERIA TERTIA.

De libro Judith.

Lectio j. Cap. 15.

CUmque omnis exércitus decollátum Holofernem audiſſet, fugit mens & consílium ab eis; &, ſolo tremóre & metu agitáti, fugæ præsídium ſumunt, ita ut nullus loquerétur cum próximo ſuo, ſed, inclináto cápite, & relictis ómnibus, evádere feſtinábant Hebræos quos armátos ſuper ſe veníre audiébant, fugientes per vias campórum, & sémitas cóllium.

Videntes ítaque fílii Iſrael fugientes, ſecúti ſunt illos; deſcenderúntque clangentes tubis, & ululantes poſt ipſos: & quóniam Aſſyrii non adunáti in fugam ibant præcípites; fílii autem Iſrael uno ágmine perſequentes, debilitábant omnes quos inveníre potuiſſent. Miſit ítaque Ozias núntios per omnes civitátes & regiónes Iſrael. Omnis ítaque régio, omníſque urbs electam juventútem armátam miſit poſt eos, & perſecúti ſunt eos in ore gládii, quouſque perveníre nt ad extremitátem fínium ſuórum.

℟. Reputantes peccátis noſtris, *pag.* 342.

Lectio ij.

JOacim autem ſummus Póntifex, de Jeruſalem venit in Bethúliam cum univerſis presbyteris ſuis, ut vidéret Judith. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixérunt eam omnes unâ voce dicentes: Tu glória Jerúſalem: tu lætítia Iſrael, tu honorificéntia pópuli noſtri: quia feciſti viríliter, & confortátum eſt cor tuum, eò quòd caſtitátem amáveris, & poſt virum tuum, álterum neſcíeris: ídeò & manus Dómini confortávit te, & ídeò eris benedicta in ætérnum. Et dixit omnis pópulus: Fiat, fiat. Per dies autem triginta vix collecta ſunt ſpólia Aſſyriórum à pópulo Iſrael. Porrò autem univerſa quæ Holoférnis peculiária fuiſſe probáta ſunt, dedérunt Judith in auro & argento, & véſtibus, & gemmis & omni ſupelléctili, & trádita ſunt ómnia illi à pópulo.

℟. Non in multitúdine, *pag.* 343.

Lectio iij. Cap. 16.

ET factum eſt poſt hæc: omnis pópulus poſt victóriam venit in Jeruſalem adoráre Dóminum: & mox ut purificáti ſunt, obtulérunt omnes holocauſta & vota, & repromiſſiónes ſuas. Porrò Judith univerſa vaſa béllica Holoférnis, quæ dedit illi pópulus, & conopæum quod ipſa ſuſtúlerat de cubíli ipſíus, óbtulit in anáthema oblivionis. Erat autem pópulus jucúndus ſecundùm fáciem ſanctórum, & per tres menſes gáudium hujus victóriæ celebrátum eſt cum Judith. Poſt dies autem illos unuſquiſque rédiit in domum ſuam, & Judith magna facta eſt in Bethúlia, & præclárior erat univerſæ terræ Iſrael. Erat étiam virtúti cáſtitas adjuncta, ita ut non cognóſceret virum ómnibus diébus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir ejus. Erat autem diébus

feſtis procédens cum magna glória. Manſit autem in domo viri ſui annos centum quinque, & dimíſit abram ſuam líberam, & defúncta eſt, ac ſepulta cum viro ſuo in Bethúlia. Luxítque illam omnis pópulus diébus ſeptem.

℟. Aperite portas, *p.* 343.

CANON.

Ex Concílio Viennenſi.

Ann. 1267. *Cap.* 12.

ORdinámus & ſtatúimus ut Prælàti & curam animárum habentes, in ſuis Eccléſiis corporáliter reſídeant, & ad hoc à ſuis Epíſcopis per ſubtractiónem fructuum compellantur.

FERIA QUARTA.

Incipit liber Eſther.

Lectio j. Cap. 1.

IN diébus Aſſuéri qui regnávit ab India uſque Æthiópiam, ſuper centum viginti ſeptem províncias, quando ſedit in sólio regni ſui: Suſan cívitas regni ejus exórdium fuit. Tértio igitur anno impérii ſui fecit grande convívium cunctis princípibus, & púeris ſuis, fortíſſimis Persárum, & Medórum ínclytis, & præfectis provinciárum coram ſe: ut oſténderet divítias glóriæ regni ſui, ac magnitúdinem atque jactántiam poténtiæ ſuæ, multo témpore, centum vidélicet & octoginta diébus.

℟. Inſtábat dies, quo Eſther debéret intráre ad regem; quæ * Non quæsívit mulíebrem cultum, habuítque grátiam coram rege, & póſuit rex diadéma in cápite ejus. ℣. Abſcónditus cordis homo in incorruptibilitáte quiéti & modeſti ſpíritûs, eſt in conſpectu Dei lócuples. Sic ſanctæ mulíeres ornábant ſe. * Non quæsívit. *Eſth.* 2. *I. Petr.* 3.

Lectio ij.

VAſthi quoque regína fecit convívium feminárum, in palátio ubi rex Aſſuérus manére conſuéverat. Itaque die séptimo, cùm rex eſſet hilárior &, poſt nímiam potatiónem, incaluiſſet mero, præcépit..., ſeptem eunúchis qui in conſpectu ejus miniſtrábant, ut introdúcerent regínam Vaſthi coram rege, póſito ſuper caput ejus diadémate, ut oſténderet cunctis pópulis & princípibus pulchritúdinem illíus: erat enim pulchra valdè. Quæ rénuit, & ad regis impérium quod per eunúchos mandáverat, veníre contempſit.

℟. Homo quem rex honoráre cupit, debet índui véſtibus régiis, & accípere régium diadéma. * Dixit Aman rex: Feſtína; fac, ut

locútus es, Mardochæo. ℣. Diſperſit Dóminus ſupérbos mente cordis ſui, & exaltávit húmiles. * Dixit Aman. *Eſth.* 6. *Luc.* 1.

Lectio iij. Cap. 2.

Erat vir Judæus in Suſan civitáte, vocábulo Mardochæus, fílius Jaïr, fílii Séméï, fílii Cis, de ſtirpe Jémini, qui tranſlátus fúerat de Jerúſalem eo témpore quo Jechoníam regem Juda Nabuchodónoſor rex Babylónis tranſtúlerat, qui fuit nutrítius fíliæ fratris ſui Ediſſæ, quæ áltero nómine vocabátur Eſther; & utrumque paréntem amíſerat, pulchra nimis, & decóra fácie: mortuíſque patre ejus ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptávit in fíliam. Cúmque percrebruiſſet regis impérium, & juxta mandátum illíus multæ pulchræ vírgines adduceréntur Suſan, & Egéo traderéntur eunúcho; Eſther quoque inter céteras puellas ei trádita eſt, ut ſervarétur in número feminárum. Quæ plácuit ei, & invénit grátiam in conſpéctu illíus.

℟. Iſrael clamávit ad Dóminum; & * Salvum fecit Dóminus pópulum ſuum, liberavítque nos ab ómnibus malis. ℣. Suſcépit Iſrael púerum ſuum, recordátus miſericórdiæ ſuæ. * Salvum. Glória. * Salvum. *Eſth.* 10. *Luc.* 1.

CANON.

Ex Concílio Aquenſi. *Ann.* 1585. *tit. de Parochis.*

Parochi perpétuò Eccléſiæ ſuæ aſſiſtant, & gregi invígilent: ſint zelantes in ſalúte fidélium procurandâ. Sit vígilans eórum cura erga infírmos: ſit accuráta inſtántia in Feſtórum diérum cultu obſervando: ſit díligens eórum cura in ſcholis doctrínæ Chriſtiánæ: ſint eórum mónita ſalutária: ſit magna vigilántia in réliquis parochiális múneris pártibus.

FERIA QUINTA.

De libro Eſther.

Lectio j. Cap. 2.

Evolúto témpore per órdinem, inſtábat dies quo Eſther fília Abiháil fratris Mardochæi, quam ſibi adoptáverat in fíliam, debéret intráre ad Regem. Quæ non quæſívit mulíebrem cultum, ſed quæcumque vóluit Egéus eunúchus cuſtos vírginum, hæc ei ad ornátum dédit. Erat enim formóſa valdè, & incredíbili pulchritúdine, ómnium óculis gratióſa & amábilis videbátur..... Et adamávit eam rex plus quàm omnes mu-

: póſuit diadéma
ápite ejus, fe-
i regnáre in loco
juſſit convívium
permagníficum
ncípibus & ſer-
ro conjunctióne
Eſther. Et dedit
iniverſis provín-
ona largítus eſt
nificéntiam prin-

ibat dies, *p.* 349.
ij. Cap. 3.
ec rex Aſſuérus
vit Aman filium
, qui erat de ſtir-
& póſuit sólium
omnes príncipes
ſbat: cunctique
s qui in fóribus
ſabantur, flecté-
ia & adorábant
enim præcéperat
ator. Solus Mar-
ion flectébat ge-
: adorábat eum.
unt púeri regis
es palátii præſi-
ur, præter cére-
obſervas mandá-
? Cúmque hoc
lícerent, & ille
líre; nuntiavé-
n, ſcire cupien-
perſeveráret in
: díxerat enim
Judæum. Quod
ſet Aman, & ex-
probaſſet quòd
eus non flécteret
, nec ſe adorá-
ret, irátus eſt valdè, & pro níhilo duxit in unum Mardochæum míttere manus ſuas: audíerat enim quòd eſſet gentis Judææ: magíſque vóluit omnem Judæórum qui erant in regno Aſſuéri, pérdere natiónem.

℟. Homo, *pag.* 349.

Lectio iij. Cap. 4.

QUæ cùm audíſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indútus eſt ſacco, ſpargens cínerem cápiti: & in platéa médiæ civitátis voce magnâ clamábat, oſtendens amaritúdinem ánimi ſui, & hoc ejulátu uſque ad fores palátii grádiens.... Ingreſſæ autem ſunt puellæ Eſther, & eunúchi, nuntiaverúntque ei. Quod áudiens conſternáta eſt.... egreſſúſque Athach ivit ad Mardochæum ſtantem in platéa civitátis, ante óſtium palátii: qui indicávit ei ómnia quæ accíderant. . . . . Regreſſus Athach, nuntiávit Eſther ómnia quæ Mardochæus díxerat. Quæ reſpondit ei, &....hæc Mardochæo verba mandávit: Vade, & cóngrega omnes Judæos quos in Suſan repéreris, & oráte pro me. Non comedátis, & non bibátis tribus diébus & tribus nóctibus: & ego cum ancillis meis ſimíliter je-

junábo, & tunc ingrédiar ad regem, contra legem fáciens, non vocáta, tradénſque me morti & periculo. Ivit itaque Mardochæus, & fecit ómnia quæ ei Eſther præcéperat.

℟. Iſrael, *pag.* 350.

CANON.

Ex Concílio Burdigalenſi. *Ann.* 1583. *tit. de Parochis.*

INquírant Párochi ſtudióſè de paupéribus ſuæ paróchiæ, præſertìm de víduis, órphanis, pupillis, ægrótis, sénio confectis, aliíſque persónis temporáli vel ſpirituáli miſericórdiâ indigéntibus, quibus & ipſi pro víribus opituári, & álios, ſuo exemplo atque hortátu, ad id officium incitáre ſtúdeant.

FERIA SEXTA.

De libro Eſther.

Lectio j. Cap. 5.

DIe tértio indúta eſt Eſther regálibus veſtimentis, & ſtetit in átrio domûs régiæ quod erat intérius, contra basílicam regis: at ille ſedébat ſuper sólium ſuum in conſiſtório palátii contra óſtium domûs. Cúmque vidiſſet Eſther regínam ſtantem, plácuit óculis ejus, & extendit contra eam virgam áuream quam tenébat manu. Quæ accédens oſculáta eſt ſummitátem virgæ ejus. Dixítque ad eam rex: [illegible] vis, Eſther regína? q[illegible] petítio tua? etiamſi [illegible] diam partem regni [illegible] ris, dábitur tibi. At i[illegible] ſpondit: Si regi plac[illegible] ſecro ut vénias ad n[illegible] die, & Aman tecum [illegible] convívium quod p[illegible] Statímque rex: Vocá[illegible] quit, citò Aman, ut [illegible] obédiat voluntáti.

℟. Inſtábat dies, [illegible]

Lectio ij. Cap. [illegible]

NOctem duxit r[illegible] ſomnem, juſ[illegible] ſibi afferri hiſtórias [illegible] náles priórum témp[illegible] Quæ cùm illo pr[illegible] legeréntur, ventum [illegible] illum locum ubi ſcr[illegible] erat, quómodò nun[illegible] Mardochæus insídia[illegible] gathan & Thares eun[illegible] rum, regem Aſſuéru[illegible] guláre cupiéntium. [illegible] cùm audiſſet rex, ait: [illegible] pro hac fide honóris a[illegible] mii Mardochæus co[illegible] tus eſt? Dixérunt ei [illegible] illíus ac miniſtri: [illegible] omnínò mercédis a[illegible] Statímque rex: Quis [illegible] inquit, in átrio? [illegible] quippe intérius átriu[illegible] mûs régiæ intrávera[illegible] ſuggéreret regi, & ju[illegible] Mardochæum affigi [illegible] bulo, quod ei fúerat p[illegible] rátum. Reſpondérun[illegible] ri: Aman ſtat in átri[illegible] xítque rex: Ingred[illegible]

e eſſet ingreſſus, ait
uid debet fieri viro
ex honoráre desí-
Cógitans autem in
o Aman, & répu-
uod nullum álium
i ſe, vellet honorá-
ondit: Homo quem
oráre cupit, debet
éſtibus régiis, &
ſuper equum qui de
gis eſt, & accípere
diadéma ſuper ca-
n; & primus de ré-
ncípibus ac tyran-
at equum ejus, &,
téam civitátis incé-
lamet, & dicat: Sic
bitur, quemcum-
úerit rex honoráre.
ic ei rex: Feſtína,
tâ ſtolâ & equo, fac,
tus es, Mardochæo
qui ſedet ante fo-
tii: cave ne quid-
le his quæ locútus
termittas.

omo, *pag.* 349.

Lectio iij.

it ítaque Aman ſto-
n & equum, indu-
: Mardochæum in
civitátis, & impó-
quo præcedébat at-
mábat: Hoc honó-
lignus eſt, quem-
: rex volúerit hono-
eversúſque eſt Mar-
is ad jánuam palá-
Aman feſtinávit ire
ium ſuam lugens,
to cápite; narravít-
que Zares uxóri ſuæ & amícis ómnia quæ eveniſſent ſibi. Cui reſpondérunt ſapientes quos habébat in consílio, & uxor ejus: Si de sémine Judæórum eſt Mardochæus ante quem cádere cœpiſti, non póteris ei resíſtere, ſed cades in conſpectu ejus. Adhuc illis loquéntibus, venérunt eunúchi regis, & citò eum ad convívium quod regína paráverat, pérgere compulérunt.

℞. Iſrael clamávit, *pag.* 350.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi.

Ann. 1609. *Cap.* 32. *de Parochis.*

INvígilent Párochi ſuper gregem; & paráti ſemper ſint, ne, per illórum negligéntiam, aut párvuli ſine Baptiſmo, aut adulti ſine ſacramentis Pœniténtiæ, Communiónis & Extrémæ Unctiónis, moriantur: infirmos ſæpiùs víſitent & conſolentur, ac de ſalúte ánimæ móneant.

SABBATO.

De libro Eſther.

Lectio. j. Cap. 7.

INtrávit rex & Aman, ut bíberent cum regína. Dixítque ei rex étiam ſecundâ die, poſtquàm vino incalúerat: Quæ eſt petítio tua,

Eſther, ut detur tibi? & quid vis fieri? etiamſi dimídiam partem regni mei petíeris, impetrábis. Ad quem illa reſpondit: Si invéni grátiam in óculis tuis, ô rex, & ſi tibi placet, dona mihi ánimam meam pro qua rogo, & pópulum meum pro quo óbſecro. Tráditi enim ſumus ego & pópulus meus, ut conterámur, juguléremur & pereámus. Atque útinam in ſervos & fámulas venderémur! eſſet tolerábile malum, & gemens tacérem: nunc autem hoſtis noſter eſt, cujus crudélitas redundat in regem. Reſpondénſque rex Aſſuérus, ait: Quis eſt iſte, & cujus poténtiæ, ut hæc áudeat fácere? Dixítque Eſther: Hoſtis & inimícus noſter péſſimus iſte eſt Aman. Quod ille áudiens, íllicò obſtúpuit, vultum regis ac regínæ ferre non ſúſtinens.

Lectio ij. Cap. 7. & 8.

DIxítque Harbóna, unus de eunúchis qui ſtabant in miniſtério regis: En lignum quod paráverat Mardochæo qui locútus eſt pro rege, ſtat in domo Aman, habens altitúdinis quinquaginta cúbitos. Cui dixit rex: Appéndite eum in eo. Suſpénſus eſt ítaque Aman in patíbulo quod paráverat Mardochæo; et regis ira quiévit. Die illo dedit rex Aſſuérus Eſther regínæ domum Aman adversárii Judæórum, & Mardochæus ingreſſus eſt ante fáciem regis: confeſſa eſt enim ei Eſther, quòd eſſet pátruus ſuus. Tulítque rex ánnulum quem ab Aman récipi júſſerat, & trádidit Mardochæo. Eſther autem conſtítuit Mardochæum ſuper domum ſuam.

Lectio iij. Cap. 9.

IGitur duodécimi menſis, tertiadécimâ die, quando cunctis Judæis interféctio parabátur, & hoſtes eórum inhiábant sánguini, versâ vice Judæi ſuperióres eſſe cœpérunt, & ſe de adversáriis vindicáre. Congregatíque ſunt per ſíngulas civitátes, óppida & loca, ut exténderent manum contra inimícos & perſecutóres ſuos. Nullúſque auſus eſt resíſtere, eò quòd omnes pópulos magnitúdinis eórum formído penetrárat..... Dies autem tertiuſdécimus menſis Adar, primus apud omnes interfectiónis fuit, & quartadécimâ die cædere deſiérunt. Quem conſtituérunt eſſe ſolemnem, ut in eo omni témpore deinceps vacárent épulis, gáudio atque convíviis..... Scripſerúntque Eſther regína fília Abi-

. Mardochæus Ju-
iam ſecundam epí-
, ut omni ſtúdio
ı ſolemnis ſanciré-
óſterum : & miſé-
omnes Judæos, qui
um viginti ſeptem
iis regis Aſſuéri
ntur, ut habérent
k ſuſcíperent veri-

A N O N.

oncílio Remenſi.

;83. *tit. de Extremâ ctione, num.* 4.

n putet ſuo ſatisfá-
um offício Sacer-
emel tantùm ægró-
iſerit, dum Unctio
ibenda : ſed quàm
nè póterit, cum
tur; & inculcet quæ
t ad ſalútem, eique
ue è vivis excéſſerit,
, & óperam impen-
i autem in ea re ſe
ntem præſtíterit, à
› vel Archidiácono
copum deferátur in-
lus gráviter, & in-
næ pœnas arbitrá-
túrus.

Magníf. *Ant.* 1: D.
Eſdrâ & flente, &
ante templum Dei,
is eſt ad eum de Iſ-
tus grandis, & fle-
pulus fletu multo.
. 10.
o infrà ad Laudes.

DOMINICA XII.
poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber primus Eſdræ.
Lectio j. Cap. 1.

IN anno primo Cyri regis Persárum, ut compleré-tur verbum Dómini ex ore Jeremíæ, ſuſcitávit Dóminus ſpíritum Cyri regis Persárum; & tradúxit vocem in omni regno ſuo, étiam per ſcriptúram, dicens : Hæc dicit Cyrus rex Persárum : Omnia regna terræ dedit mihi Dóminus Deus cœli, & ipſe præcépit mihi ut ædificárem ei domum in Jerúſalem quæ eſt in Judæa. Quis eſt in vobis de univerſo pópulo ejus? Sit Deus illíus cum ipſo. Aſcendat in Jerúſalem quæ eſt in Judæa, & ædíficet domum Dómini Dei Iſraël; ipſe eſt Deus qui eſt in Jerúſalem. Et omnes réliqui in cunctis locis ubicumque hábitant, ádjuvent eum viri de loco ſuo, argento, & auro, & ſubſtántiâ, & pecóribus, excepto quod voluntárie ófferunt templo Dei quod eſt in Jerúſalem.

℟. Eſdras ſcriba velox in lege Móyſi, venit in Jerúſalem, juxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe : * Parávit cor ſuum, ut inveſtigáret legem Dómini, & fáceret & docéret in Iſraël.

℣. Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. * Parávit. *I. Eſdr.* 7. *Matth.* 5.

Lectio ij.

ET ſurrexérunt prīncipes patrum de Juda & Bénjamin, & ſacerdótes & levítæ, & omnis cujus Deus ſuſcitávit ſpíritum, ut aſcénderent ad ædificandum templum Dómini quod erat in Jerúſalem. Universíque qui erant in circúitu, adjuvérunt manus eórum in vaſis argénteis & áureis, in ſubſtántia & jumentis, in ſupelléctili, exceptis his quæ ſpontè obtúlerant. Rex quoque Cyrus prótulit vaſa templi Dómini quæ túlerat Nabuchodónoſor de Jerúſalem, & poſúerat ea in templo Dei ſui.

℟. Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitáte: & * Impérium ejus, & fortitúdo ejus, & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum. ℣. Reddet iis, qui ſecundùm patiéntiam boni óperis, incorruptiónem quærunt, vitam ætérnam: iis autem qui non acquieſcunt veritáti, ira & indignátio. * Impérium. *I. Eſdr.* 8. *Rom.* 2.

Lectio iij. Cap. 3.

JAmque vénerat menſis séptimus, & erant filii Iſrael in civitátibus ſuis: congregátus eſt ergo pópulus quaſi vir unus in Jerúſalem. Et ſurrexit Jóſue filius Jóſedec, & fratres ejus ſacerdótes, & Zoróbabel filius Saláthiel & fratres ejus; & ædificavérunt altáre Dei Iſrael, ut offerrent in eo holocautómata, ſicut ſcriptum eſt in lege Móyſi viri Dei. Collocavérunt autem altáre Dei ſuper baſes ſuas, deterréntibus eos per circúitum pópulis terrárum; & obtulérunt ſuper illud holocauſtum Dómino manè & véſperè: fecerúntque ſolemnitátem tabernaculórum, ſicut ſcriptum eſt; & holocauſtum diébus ſíngulis per órdinem ſecundùm præceptum, opus diéi in die ſuo. Et poſt hæc holocauſtum juge, tam in Calendis, quàm in univerſis ſolemnitátibus Dómini quæ erant conſecrátæ, & in ómnibus in quibus ultrò offerebátur munus Dómino.

℟. Vos tranſgreſſi eſtis, ut adderétis ſuper delictum Iſrael; & nunc * Date confeſſiónem Deo patrum veſtrórum, & fácite plácitum ejus. ℣. Reformámini in novitáte ſensûs veſtri; ut probétis quæ ſit volúntas Dei bona, & bénéplacens & perfecta. * Date. Glória. * Date. *I. Eſdr.* 10. *Rom.* 12.

NOCTURNO.
ırratióne ſancti
ſtíni Epíſcopi
ɔer Pſalmos.
ṭ. *in Pſ.* 64. §. 1.
Lectio iv.
ivátus pópulus Iſ-
, ex civitáte Jerú-
ıctus eſt in ſervi-
ıbylóniæ. Prophe-
:em Jeremías ſan-
ſt ſeptuaginta an-
túrum pópulum de
áte, & inſtauratú-
itátem ipſam Jerú-
uam devíctam ab
ı plánxerat. Illo au-
ıpore fuérunt Pro-
n illa captivitáte
:onſtitúti in Baby-
inter quos erat &
l prophéta. Expe-
utem ille pópulus
mplerentur témpo-
ıaginta annórum,
ım prophetíam Je-
Factum eſt, complé-
ıaginta annis, re-
ı eſt templum quod
m erat; & regreſſa
captivitáte magna
.us pópuli. Sed quó-
icit Apóſtolus: Hæc
ra contingébant in
ſcripta ſunt autem
: nos in quos finis ſe-
n obvénit; debémus
ɔoſſe priùs captivi-
ıoſtram, deindè li-
ınem noſtram: de-
noſſe Babylóniam
captívi ſumus, &
Jerúſalem ad cujus rédi-
tum ſuſpirámus.

℟. Congregátus eſt om-
nis pópulus, & dixérunt
Eſdræ ſcribæ ut afferret li-
brum legis: & legit in eo
apertè, * Et aures omnis
pópuli erant erectæ ad li-
brum. ℣. Intendébant tur-
bæ his quæ dicebantur, una-
nímiter audientes. * Et au-
res. *II. Eſdr.* 8. *Act.* 8.

Lectio v.

Iſtæ quippe duæ civitá-
tes, ſecundùm lítteram
revérà duæ civitátes. Et illa
quidem Jerúſalem modò à
Judæis non incólitur. Poſt
crucifixum enim Dóminum
vindicátum eſt in illos fla-
gello magno; & eradicá-
ti ab eo loco, ubi ímpiâ
libertáte furióſi adversùs
Médicum inſaníerant, di-
ſperſi ſunt per omnes gen-
tes, & data eſt illa terra
Chriſtiánis: impletúmque
eſt quod eis díxerat Dó-
minus: Proptéreà auferé-
tur à vobis regnum, &
dábitur genti facienti ju-
ſtítiam. Cùm autem vidé-
rent tunc multas turbas ire
poſt Dóminum prædican-
tem regnum cœlórum, &
mirabília facientem, dixé-
runt príncipes illíus civitá-
tis: Si dimisérimus eum,
omnes ibunt poſt illum,
& vénient Románi, & tol-
lent nobis & locum & gen-
tem. Ne locum pérderent,

Dóminum occidérunt; & ídeò perdidérunt, quia occidérunt.

℟. Dies ſanctificátus eſt Dómino Deo noſtro, * Nolíte lugére, & nolíte flere: gáudium étenim Dómini eſt fortitúdo noſtra. ℣. Gaudéte in Dómino ſemper; íterùm dico, gaudéte. * Nolíte. *II. Eſdr.* 8. *Philipp.* 4.

Lectio vj. §. 1. & 2.

CIvitas ergo quædam illa terréna, cujuſdam civitátis æternæ in cœlis umbram gerébat: at ubi cœpit illa quæ ſignificabátur, evidéntiùs prædicári, umbra quâ ſignificabátur, dejecta eſt: proptéreà ibi modò templum non eſt, quod fabricátum fúerat in imáginem futúri Córporis Dómini. Tenémus lucem, umbra transívit: tamen adhuc in quadam captivitáte ſumus: Quámdiù ſumus, inquit, in córpore, peregrinámur à Dómino. Et vidéte nómina duárum iſtárum civitátum Babylónis & Jerúſalem; Bábylon confúſio interpretátur; Jerúſalem víſio pacis. Inténdite nunc civitátem confuſiónis, ut intelligátis viſiónem pacis: iſtam tolerétis; ad illam ſuſpirétis.

℟. Memento meî, Deus meus; & * Ne déleas miſeratiónes meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremóniis ejus: † Parce mihi ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum. ℣. Scriptum eſt: Zelus domûs tuæ comédit me. * Ne déleas. Glória. † Parce mihi. *II. Eſdr.* 13. *Joann.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo témpore: Converſus Jeſus ad diſcípulos ſuos, dixit: Beáti óculi qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis, quòd multi prophétæ & reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, & non vidérunt. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Libr. 1. de Doctr. Chriſt. Cap. 26. & 27.

FInis præcepti eſt diléctio, & ea gémina, id eſt, Dei & próximi.... Ille autem juſtè & ſanctè vivit, qui rerum íntegur æſtimátor eſt: ipſe eſt autem qui ordinátam dilectiónem habet; ne, aut díligat quod non eſt diligendum, aut non díligat quod eſt diligendum, aut ámpliùs díligat quod minùs eſt diligendum, aut æquè díligat quod vel minùs vel ámpliùs diligendum eſt, aut

l ámpliùs quod
gendum eſt. Om-
or, in quantum
eſt, non eſt dili-
& omnis homo,
m homo eſt, dili-
t propter Deum;
rò propter ſeip-

hoc cognóvimus
ı Dei, quóniam
am ſuam pro no-
t: * Et nos debé-
frátribus ánimas
℣. Dedit ſe, ut li-
pópulum ſuum.
s. I. Joann. 3. I.

iij. Cap. 28. & 29.
ies æquè diligendi
it: ſed, cùm ómni-
eſſe non poſſis, his
ùm conſulendum
i pro locórum &
um, vel quarúm-
um opportunitáti-
ıſtríctiùs tibi quaſi
ſorte junguntur....
men debémus, ut
nobiſcum díligant
& totum quod vel
ıvámus, vel adju-
ab eis, ad unum
finem referendum
Hinc efficitur ut
os étiam noſtros di-
s: non enim eos
ıs, quia nobis quod
ius auferre non poſ-
ſed miſereámur pó-
quia quantò magis
léruut, tantò ab

illo quem dilígimus, ſeparáti ſunt. Ad quem ſi convérſi fúerint, & illum tanquam beatíficum bonum, & nos tanquam ſócios tanti boni neceſſe eſt ut díligant.

℟. Nos debémus altérutrum dilígere: * Si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, & cáritas ejus in nobis perfecta eſt. ℣. Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitáre fratres in unum! * Si diligámus. Glória. * Si diligámus. *I. Joann. 4. Pſ. 132.*

Lectio ix. Cap. 30.

Nam quod nullum hóminum excéperit, qui præcépit ut próximum diligámus, & ipſe in Evangélio Dóminus oſtēdit. Namque ille cui duo ipſa præcepta protúlerat, atque in eis péndere totam legem Prophetáſque díxerat, cùm interrogáret eum, dicens: Et quis eſt meus próximus? hóminem quemdam propóſuit deſcendentem ab Jeruſalem in Jéricho incidiſſe in latrónes, & ab eis gráviter vulnerátum, sáucium & ſemivívum eſſe derelictum: cui próximum eſſe non dócuit, niſi qui erga illum recreandum atque curandum miséricors éxtitit; ita ut hoc qui interrogáverat, interrogátus ipſe faterétur. Cui Dómi-

nus ait: Vade, & tu fac ſimíliter; ut vidélicet eum eſſe próximum intelligámus, cui vel exhibendum eſt offícium misericórdiæ, ſi índiget, vel exhibendum eſſet, ſi indigéret.... Nullum autem exceptum eſſe, cui miſericórdiæ denegétur offícium, quis non vídéat? quando uſque ad inimícos étiam porrectum eſt, eódem Dómino dicente: Dilígite inimícos veſtros, benefácite iis qui odérunt vos.

Ad Bened. *Ant.* 7. a. Homo quidam deſcendébat ab Jerúſalem in Jéricho, & íncidit in latrónes qui étiam deſpoliavérunt eum, &, plagis impóſitis, abiérunt, ſemivívo relicto. *Luc.* 10.

Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter ſerviátur; tribue, quæſumus, nobis ut ad promiſſiónes tuas ſine offenſióne currámus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann. 1576. *part.* 3. *tit.* 7.

SI ab increpatióne reticuéritis, quia contra vos ódia insúrgere reformidátis, non jam Dei lucra, ſed veſtra quæritis. Si ígitur peccátur; ne in increpatiónibus verba veſtra blandiéntia ſint, ſed, ut à Spíritu ſancto ſcriptum eſt, ſtímuli ſint, & quaſi clavi in altum defixi.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Quis vidétur tibi próximus fuiſſe illi qui íncidit in latrónes? At ille dixit: Qui fecit miſericórdiam in illum. Et ait illi Jeſus: Vade, & tu fac ſimíliter. *Luc.* 10.

FERIA SECUNDA.

De libro primo Eſdræ.

Lectio j. Cap. 3.

APrimo die menſis ſéptimi cœpérunt offérre holocauſtum Dómino: porrò templum Dei nondum fundátum erat. Dedérunt autem pecúnias látomis & cæmentáriis; cibum quoque & potum, & óleum Sidóniis Tyriíſque, ut deferrent ligna cédrina de Líbano ad mare Joppe, juxta quod præcéperat Cyrus rex Persárum eis. Anno autem ſecundo adventûs eórum ad templum Dei in Jerúſalem, menſe ſecundo, cœpérunt Zoróbabel fílius Saláthiel, & Jóſue fílius Jóſedec, & réliqui de frátribus eórum ſacerdótes & levítæ, & omnes qui vénerant de captivitáte in Jerúſalem, & conſtituérunt levítas,

à viginti annis &
ıt urgérent opus

ras, *pag.* 355.
Lectio ij.
to ígiturà cæmen-
templo Dómini,
ſacerdótes in or-
cum tubis: & le-
Aſaph in cymba-
ıdárent Deum per
avid regis Iſrael.
ıébant in hymnis
ſſióne Dómino:
ı bonus, quóniam
um miſericórdia
er Iſrael. Omnis
óopulus vocifera-
móre magno in
ı Dóminum; eò
ıdátum eſſet tem-
ımini. Plúrimi é-
acerdótibus & le-
príncipes patrum,
es, qui víderant
ı priùs cùm fundá-
t, & hoc templum
s eórum, flebant
gnâ: & multi vo-
s in lætítia elevá-
cem. Nec póterat
n agnóſcere vo-
móris lætántium,
n fletûs pópuli:
tìm enim pópulus
bátur clamóre ma-
c vox audiebátur

anus, *p.* 356.
io iij. Cap. 4.
liérunt autem ho-
s Júdæ & Bénja-
Æſtiva.

min, quia fílii captivitátis ædificárent templum Dómino Deo Iſrael: & accedentes ad Zoróbabel & ad príncipes patrum dixérunt eis: Ædificémus vobiſcum, quia ita ut vos, quærimus Deum veſtrum: ecce nos immolávimus víctimas à diébus Aſor Haddan regis Aſſur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zoróbabel & Jóſue, & réliqui príncipes patrum Iſrael: Non eſt vobis & nobis ut ædificémus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificábimus Dómino Deo noſtro, ſicut præcépit nobis Cyrus rex Persárum. Factum eſt ígitur, ut pópulus terræ impedíret manus pópuli Judæ, & turbáret eos in ædificando. Conduxérunt autem adversùs eos conſiliatóres, ut deſtrúerent consílium eórum ómnibus diébus Cyri regis Persárum, & uſque ad regnum Daríi regis Persárum.

℟. Vos tranſgreſſi, *p.* 356.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

Ann. 1536. *p.* 6. *c.* 8.

AD evangelizandum miſſi ſunt Párochi: væ ergo illis ſi non evangelizáverint. Si quis autem eórum índiget ſapiéntiâ, ſcrutétur Scriptúras, & póſtulet à Deo qui dat ómnibus

affluenter, & non impróperat ; & dábitur ei.

FERIA TERTIA.

De libro primo Eſdræ.

Lectio j. Cap. 5.

PRophetavérunt Aggæus prophéta, & Zacharías filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Judæa & Jerúſalem, in nómine Dei Iſrael. Tunc ſurrexérunt Zoróbabel filius Saláthiel, & Jóſue filius Jóſedech; & cœpérunt ædificáre templum Dei in Jerúſalem, & cum eis prophétæ Dei adjuvantes eos. In ipſo autem témpore venit ad eos Thathánai, qui erat dux trans flumen, & Stharbuzánai, & conſiliárii eórum: ſicque dixérunt eis: Quis dedit vobis conſilium ut domum hanc ædificarétis, & muros ejus inſtaurarétis? Ad quod reſpóndimus eis, quæ eſſent nómina hóminum auctórum ædificatiónis illíus. Oculus autem Dei eórum factus eſt ſuper ſenes Judæórum, & non potuérunt inhibére eos. Placuítque ut res ad Daríum referrétur, & tunc ſatisfácerent adversùs accuſatiónem illam.

℟. Congregátus, *p.* 357.

Lectio ij. Cap. 6.

TUnc Daríus rex præcépit: & recenſuérunt in bibliothéca librórum qui erant repóſiti in Babylóne, & inventum eſt in Ecbátanis, quod eſt caſtrum in Medéna província, volúmen unum; talíſque ſcriptus erat in eo commentárius: Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrévit ut domus Dei ædificarétur quæ eſt in Jerúſalem, in loco ubi ímmolent hóſtias, & ut ponant fundamenta ſupportántia altitúdinem cubitórum ſexaginta, & latitúdinem cubitórum ſexaginta. Ordines de lapídibus impolítis tres, & ſic órdines de lignis novis: ſumptus autem de domo regis dabuntur. Sed & vaſa templi Dei áurea & argéntea, quæ Nabuchodónoſor túlerat de templo Jerúſalem, & attúlerat ea in Babylónem, reddantur, & referantur in templum in Jerúſalem in locum ſuum; quæ & póſita ſunt in templo Dei.

℟. Dies, *pag.* 358.

Lectio iij.

NUnc ergo Thathánai dux regiónis quæ eſt trans flumen, Stharbuzánai, & conſiliárii veſtri Apharſachæi, qui eſtis trans flumen, procul recédite ab illis; & dimíttite fieri templum Dei illud à duce Judæórum, & à ſenióribus eórum, ut domum Dei illam ædíficent in loco ſuo. Sed & à me præceptum eſt

ſtreat fieri à preſ-
'udæórum illis, ut
ır domus Dei; ſci-
de arca regis, id
tribútis quæ dan-
regióne trans flu-
dióſè ſumptus den-
illis, ne impediá-
s. Quòd ſi neceſſe
t vítulos, & agnos,
s in holocauſtum
i, frumentum, ſal,
k óleum, ſecun-
tum ſacerdótum
in Jerúſalem, de-
ıer ſíngulos dies,
áliquo querimó-
fferant oblatiónes
li, oréntque pro
is & filiórum ejus.
mènto, *pag.* 358.

ANON.

ıncílio Burdiga-
lenſi.

33. *tit. de Parochis.*
:rvent Párochi ſui
gis vítia, commú-
rópria, & cujuſque
; uſque corrigen-
. omni manſuetú-
caritáte, cùm pú-
nes; tùm priváım
admonendo dili-
adhibeant. Si qui
óne diſcordes fue-
ódia in ſe vicíſsim
int, aut ſimultátes
int, curent eos
mnim ad pacem &
m concórdiam re-

FERIA QUARTA.

De libro primo Eſdræ.

Lectio j. Cap. 9.

POſtquàm hæc compléta ſunt, acceſsérunt ad me (Eſdram) príncipes, dicentes: Non eſt ſeparatus pópulus Iſrael, ſacerdótes & levítæ, à pópulis terrárum & abominatiónibus eórum, ... & commiſcuérunt ſemen ſanctum cum pópulis terrárum: manus étiam príncipum & magiſtrátuum fuit in tranſgreſſióne hac primâ. Cúmque audiſſem ſermónem iſtum, ſcidi pállium meum & túnicam, & evelli capillos cápitis mei & barbæ, & ſedi mœrens. Convenérunt autem ad me omnes qui timébant verbum Dei Iſrael, pro tranſgreſſióne eórum qui de captivitáte vénerant, & ego ſedébam triſtis uſque ad ſacrificium veſpertínum: & in ſacrificio veſpertíno ſurrexi de afflictióne mea, &, ſciſſo pállio & túnicâ, curvávi génua mea, & expandi manus meas ad Dóminum Deum meum, & dixi: Deus meus, confúndor & erubeſco leváre fáciem meam ad te: quóniam iniquitátes noſtræ multiplicátæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra crevérunt uſque ad cœlum.

℟. Eſdras, *pag.* 355.

Lectio ij. Cap. 10.

SIc ergo, orante Eſdrâ, & implorante eo & flente, & jacente ante templum Dei, collectus eſt ad eum de Iſrael cœtus grandis nimis virórum, & mulíerum & puerórum; & flevit pópulus fletu multo. Et reſpondit Sechénias fílius Jéhiel de fíliis Ælam, & dixit Eſdræ: Nos prævaricáti ſumus in Deum noſtrum, & dúximus uxóres alienígenas de pópulis terræ: & nunc, ſi eſt pœniténtia in Iſrael ſuper hoc, percutiámus fœdus cum Dómino Deo noſtro, ut projiciámus univerſas uxóres, & eos qui de his nati ſunt, juxta voluntátem Dómini, & eórum qui timent præceptum Dómini Dei noſtri: ſecundùm legem fiat. Surge; tuum eſt decérnere, nóſque érimus tecum: confortáre, & fac.

℟. Manus, *pag.* 356.

Lectio iij.

ET ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit ad eos: Vos tranſgreſſi eſtis, & duxiſtis uxóres alienígenas, ut adderétis ſuper delictum Iſrael. Et nunc date confeſſiónem Dómino Deo patrum veſtrórum, & fácite plácitum ejus; & ſeparámini à pópulis terræ, & ab uxóribus alienígenis. Et reſpondit univerſa multitúdo, dixítque voce magnâ: Juxta verbum tuum ad nos, ſic fiat.

℟. Vos tranſgreſſi, *pag.* 356.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 5. de Reform. cap. 2.*

QUicumque Parochiáles, vel álias curam animárum habentes Eccléſias quocumque modo óbtinent, per ſe vel álios idóneos, ſi legítimè impedíti fúerint, diébus ſaltem Domínicis & Feſtis ſolémnibus, plebes ſibi commiſſas pro ſua & eárum capacitáte paſcant ſalutáribus verbis; docendo quæ ſcire ómnibus neceſſárium eſt ad ſalútem, annuntiandóque eis cum brevitáte & facilitáte ſermónis, vítia quæ eos declináre, & virtútes quas ſectári opórteat.

FERIA QUINTA.

Incipit liber Nehemíæ, qui & Eſdræ ſecundus dícitur.

Lectio j. Cap. 1.

VErba Nehemíæ filii Helchíæ. Et factum eſt in menſe Caſleu, anno vigéſimo: & ego eram in Suſis caſtro; & venit Hánani unus de frátribus meis, ipſe & viri ex Juda: & interrogávi eos de Judæis qui remánſerant, & ſupérerant de captivitáte, & Jerúſalem. Et dixérunt

: Qui remanſérunt, iĉti ſunt de captivitá- in província, in affli- e magna ſunt & in óbrio: & murus Je- em diſſipátus eſt, & : ejus combuſtæ ſunt Cúmque audiſſem ver- ijuſcémodi, ſedi, & , & luxi diébus mul- :junábam, & orábam fáciem Dei cœli.

Congregátus, *p.* 357.

ĉtio ij. Cap. 1. & 2.

Go eram pincerna re- ;is. Factum eſt autem enſe Niſan, anno vi- no Artaxerxis regis: inum erat ante eum, vávi vinum, & dedi : & eram quaſi lán- us ante fáciem ejus. tque mihi rex: Quare us tuus triſtis eſt, cùm ægrótum non vídeam? eſt hoc fruſtrà, ſed am néſcio quod in cor- no eſt. Et tímui valdè nimis, & dixi regi: , in æternum vive: re non mœreat vultus us; quia cívitas domûs ılcrórum patris mei rta eſt, & portæ ejus buſtæ ſunt igni? Et ait i rex: Pro qua re pó- as? Et orávi Deum cœ- & dixi ad regem: Si tur regi bonum, & ſi :et ſervus tuus ante fá- a tuam, ut mittas me in eam, ad civitátem ſe- púlcri patris mei, & ædi- ficábo eam. Dixítque mihi rex, & regína quæ ſedébat juxta eum: Uſque ad quod tempus erit iter tuum, & quando revertéris? Et plá- cuit ante vultum regis, & miſit me: & conſtítui ei tempus.

℟. Dies, *pag.* 358.

Lectio iij.

ET veni Jerúſalem, & eram ibi tribus diébus, & ſurrexi nocte ego & viri pauci mecum,... & conſide- rábam murum Jerúſalem diſſipátum, & portas ejus conſumptas igni; ... & rédii. Magiſtrátus autem ne- ſciébant quò abiiſſem, aut quid ego fácerem: ſed & Judæis & ſacerdótibus, & optimátibus & magiſtráti- bus, & réliquis qui faciébant opus, uſque ad id loci nihil indicáveram. Et dixi eis: Vos noſtis affli- ctiónem in qua ſumus; quia Jerúſalem deſerta eſt, & portæ ejus conſumptæ ſunt igni: veníte, & ædi- ficémus muros Jerúſalem; & non ſimus ultrà oppró- brium. Et indicávi eis ma- num Dei mei, quòd eſſet bona mecum, & verba regis quæ locútus eſſet mihi, & áio: Surgámus, & ædificémus. Et confor- tátæ ſunt manus eórum in bono.

℟. Memento, *pag.* 358.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 26.

ILle cui diſpensátio verbi commiſſa eſt, etiamſi ſanctè vivat, & tamen pérditè viventes argúere aut erubeſcat, aut métuat, cum ómnibus qui, eo tacente, periérint, perit. Et quid ei próderit non puníri ſuo, qui puniendus eſt alièno peccáto?

FERIA SEXTA.

De libro Nehemíæ.

Lectio j. Cap. 4.

FActum eſt autem, cùm audiſſet Sanabállat quòd ædificarémus murum, irátus eſt valdè: & motus nimìs ſubſannávit Judæos. Et dixit coram frátribus ſuis, & frequéntiâ Samaritanórum: Quid Judæi fáciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? num ſacrificábunt, & complébunt in una die? Numquid ædificáre póterunt lápides de acervis púlveris qui combuſti ſunt? Sed & Tobías Ammanítes próximus ejus ait: Ædíficent: ſi aſcénderit vulpes, tranſíliet murum eórum lapídeum. Audi, Deus noſter, quia facti ſumus deſpéctui: converte oppróbrium ſuper caput eórum, & da eos in deſpectiónem in terra captivitátis.... Itaque ædificávimus murum, & conjúnximus totum uſque ad partem dimídiam: & provocátum eſt cor pópuli ad operandum.

℟. Eſdras, *pag.* 355.

Lectio ij.

FActum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat & Tobías, & Arabes, & Ammanítæ, & Azótii, quòd obducta eſſet cicátrix muri Jerúſalem, & quòd cœpiſſent interrupta conclúdi, iráti ſunt nimìs. Et congregáti ſunt omnes páriter, ut venírent, & pugnárent contra Jerúſalem, & molirentur insídias. Et orávimus Deum noſtrum, & posúimus cuſtódes ſuper murum die ac nocte contra eos. Dixit autem Judas: Debilitáta eſt fòrtitúdo portantis, & humus nímia eſt, & nos non potérimus ædificáre murum. Et dixérunt hoſtes noſtri: Néſciant & ignórent, donec veniámus in médium eórũ, & interficiámus eos, & ceſsáre faciámus opus.

℟. Manus, *pag.* 356.

Lectio iij.

ET perſpexi atque ſurrexi. Et áio ad optimátes & magiſtrátus, & ad réliquam partem vulgi: Nolíte timére à fácie eórum. Dómini magni & terríbilis mementóte, & pugnáte pro frátribus veſtris, filiis ve-

ꝛ filiábus veſtris, &
us veſtris, & dómi-
ſtris. Factum eſt au-
àm audiſſent inimí-
ri nuntiátum eſſe no-
iſſipávit Deus consí-
órum. Et reverſi ſu-
mnes ad muros, u-
ſque ad opus ſuum.
tum eſt : à die illa
pars júvenum eórum
at opus, & média
. erat ad bellum ; &
, & ſcuta, & arcus,
cæ, & príncipes poſt
omni domo Juda :
ántium in muro, &
tium ónera, & im-
tium ; unâ manu ſuâ
at opus, & álterâ te-
gládium : ædificán-
enim unuſquiſque
erat accinctus renes.
ificábant, & clangé-
úccinâ juxta me.

Vos tranſgreſſi, *pag.*

CANON.

Concílio Aquiſgra-
nenſi.

816. *libr.* 1. *cap.* 94.

On confundant ópera
ſermónem tuum, ne
n Eccléſia lóqueris,
s quílibet reſpón-
Cur ergo hæc quæ
ipſe non facis? Deli-
magiſter eſt qui pleno
: de jejúniis díſputat:
ire avarítiam & latro
? Sacerdótis Chriſti

os, mens manúſque concordent.

SABBATO.

De libro Nehemíæ.

Lectio j. Cap. 5.

FActus eſt clamor pópuli & uxórum ejus magnus adversùs fratres ſuos Judæos : & erant qui dícerent : Fílii noſtri, & fíliæ noſtræ multæ ſunt nimis : accipiámus pro prétio eórum frumentum, & comedámus & vivámus.... Dixíque ad eos : Non eſt bona res quam fácitis : quare non in timóre Dei noſtri ambulátis, ne exprobrétur nobis à géntibus inimícis noſtris? Et ego, & fratres mei, & púeri mei commendávimus plúrimis pecúniam & frumentum : non repetámus in commúne iſtud ; æs aliénum concedámus quod debétur nobis. Réddite eis hódie agros ſuos, & víneas ſuas, & olivéta ſua, & domos ſuas : quin pótiùs & centéſimam pecúniæ, frumenti, vini & ólei, quam exígere ſolétis ab eis, date pro illis. Et dixérunt : Reddémus, & ab eis nihil quærémus : ſicque faciémus ut lóqueris.

Lectio ij. Cap. 8.

ET vénerat menſis ſéptimus : fílii autem Iſraël erant in civitátibus ſuis. Congregatúſque eſt omnis pópulus quaſi vir unus ad

platéam quæ eſt ante portam Aquárum, & dixérunt Eſdræ ſcribæ, ut afferret librum legis Móyſi quam præcéperat Dóminus Iſraéli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitúdine virórum & mulíerum, cunctíſque qui póterant intellígere, in die prima menſis séptimi. Et legit in eo apertè in platéa quæ erat ante portam Aquárum, de manè uſque ad médiam diem, in conſpectu virórum & mulíerum & ſapiéntium: & aures omnis pópuli erant erectæ ad librum..... Et benedixit Eſdras Dómino Deo magno: & reſpondit omnis pópulus: Amen, amen; élevans manus ſuas. Et incurváti ſunt, & adoravérunt Deum proni in terram.

Lectio iij. Cap. 13.

IN diébus illis, vidi Judæos ducentes uxóres Azótidas, Ammonítidas, & Moabítidas. Et filii eórum ex média parte loquebántur Azóticè, & neſciébant loqui Judáicè, & loquebantur juxta linguam pópuli & pópuli. Et objurgávi eos, & maledixi..... dicens: Numquid non in hujuſcémodi re peccávit Sálomon rex Iſrael? & certè in géntibus multis non erat rex ſímilis ei: & dilectus Deo ſuo erat, & póſuit eum Deus regem ſuper omnem Iſrael: & ipſum ergo duxérunt ad peccátum mulíeres alienígenæ. Numquid & nos inobedientes faciémus omne malum grande hoc? ut prævaricémur in Deo noſtro, & ducámus uxóres peregrínas? De fíliis autem Joíada filii Elíaſib ſacerdótis magni, gener erat Sanaballat Horonítes quem fugávi à me. Recordáre, Dómine Deus meus, adversùm eos qui pólluunt ſacerdótium, juſque ſacerdotále & levíticum. Igitur mundávi eos ab ómnibus alienígenis, & conſtítui órdines ſacerdótum, & levitárum, unumquemque in miniſtério ſuo: & in oblatióne lignórum in tempóribus conſtitútis, & in primitívis: meménto meî, Deus meus, in bonum: amen.

CANON.

Ex Concílio Aquenſi. *Ann. 1585. tit. de Parochis.*

DOmínicis diébus Paróchus non ſolùm Feſtos dies pópulo denúntiet, ſed étiam illum ſæpè dóceat, quæ officia tùm in illis, tùm in eórum Vigíliis colendis, ab eo religióſè præſtári opórteat: eumdem dóceat, chriſtiánum hóminem non decére opus áliquod antè ſuſcípere aggre-

im Dei auxilium
précibus imploó-
enim Dóminus:
nihil poteſtis fá-

ıgníf. *Ant. 6. C.*
s juſſit coinquiná-
, & ſanctum pó-
:ael: & multi de
Iſrael, noluérunt
: legem Dei ſan-
trucidáti ſunt. *I.*

nfrà ad Laudes.

NICA XIII.
Pentecoſten.

OCTURNO.
t libri Macha-
ıæórum.
Libr. 1. Cap. 1.
ı eſt, poſtquàm
ſit Alexander Phi-
:edo, qui primus
in Græcia, egreſ-
:ra Cethim, Da-
em Persárum &
ı; conſtítuit præ-
, & obtínuit óm-
nitiónes, & in-
:ges terræ, & per-
ſque ad fines ter-
cépit ſpólia mul-
géntium: & síluit
onſpectu ejus. Et
vit virtútem &
ı fortem nimìs;
:um eſt, & elevá-
ejus: & obtínuit
géntium, & ty-
: facti ſunt illi in
,

℟. Poſtquàm percuſſit Alexander Daríum regem, * Pertránſiit uſque ad fines terræ: síluit terra in conſpectu ejus: & poſt hæc décidit in lectum, & cognóvit quia morerétur. ℣. Quid prodeſt hómini, ſi mundum univerſum lucrétur, ánimæ verò ſuæ detriméntum patiátur? * Pertránſiit. *I. Mach. 1. Matth. 16.*

Lectio ij.

ET poſt hæc décidit in lectum, & cognóvit quia morerétur. Et vocávit púeros ſuos nóbiles qui ſecum erant nutríti à juventúte; & divíſit illis regnum ſuum, cùm adhuc víveret. Et regnávit Alexander annis duódecim, & mórtuus eſt. Et obtinuérunt púeri ejus regnum, unuſquíſque in loco ſuo: & impoſuérunt omnes ſibi diadémata poſt mortem ejus, & filii eórum poſt eos annis multis, & multiplicáta ſunt mala in terra.

℟. Cóntigit ſeptem fratres cum matre compelli à rege Antíocho édere contra fas carnes pórcinas, flagris & táureis cruciátos. Primus ſic ait: * Paráti ſumus mori, magis quàm pátrias Dei leges prævaricári. ℣. Neque mors, neque vita, neque principátus, neque inſtántia, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à cari-

táte Dei. * Paráti ſumus. *II. Machab.* 7. *Rom.* 8.

Lectio iij.

ET éxiit ex eis radix peccátrix, Antíochus Illuſtris, fílius Antíochi regis, qui fúerat Romæ obſes: & regnávit in anno centéſimo trigéſimo séptimo regni Græcórum. In diébus illis exiérunt ex Iſrael fílii iníqui, & ſuasérunt multis dicentes: Eámus & diſponámus teſtamentum cum géntibus quæ circa nos ſunt; quia ex quo recéſſimus ab eis, invenérunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in óculis eórum: & deſtinavérunt áliqui de pópulo, & abiérunt ad regem: & dedit illis poteſtátem ut fácerent juſtítiam géntium. Et ædificavérunt gymnáſium in Jeroſólymis ſecundùm leges natiónum: & fecérunt ſibi præpútia, & receſſérunt a teſtamento ſancto & juncti ſunt natiónibus, & venúmdati ſunt ut fácerent malum.

℟. In ſartágine cùm primus diù cruciarétur, cétcri fratres unà cum matre ínvicem ſe hortabantur mori fórtiter, dicentes: * Dóminus Deus aſpíciet veritátem, & conſolábitur in nobis. ℣. Per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen. * Dóminus. Glória. * Dóminus. *II. Mach.* 7. *Hebr.* 12.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Gregórii Nazianzéni.

Lectio iv. Orat. 22.

QUinam Machabæi fúerint, quàque primùm ex inſtitutióne atque doctrínâ in tantam virtútis frugem gloriámque pervénerint, perſpícuè liber ille declárat, qui ratiónem ánimi perturbatiónibus imperáre docet, in ejúſque arbítrio eſſe, ut in utramvis partem, hoc eſt, vel ad virtútem, vel ad vitium propendeámus. Nam libri illíus auctor, cùm pléraque ália teſtimónia, tum horum quoque dimicatiónes in hujus argumenti confirmatiónem áttulit. Mihi verò hæc tantùm commemoráre ſufficiet. Eleázarus primítiæ eórum qui ante Chriſtum paſſi ſunt, quemádmodùm poſt Chriſtum Stéphanus, ſacerdos & ſenex, canus capillis, canus & prudéntiâ, priùs quidem pro pópulo ſacrificábat & orábat. Tandem autem & ſemetipſum hóſtiam óbtulit Deo perfectíſſimam, ac totíus pópuli expiatrícem, fauſtum certáminis inítium, ad quod loquens páriter ac tacens cohortabátur. Obtulit autem & fílios ſeptem, ſuæ

iplînæ, hóſtiam
ſanctam, Deo
, omni legáli
plendidiórem &
quæ ſunt enim
ad patrem re-
imum ac juſtiſ-

a modum mater
ngulos hortabá-
átriâ: * Mundi
ſpíritum vobis
m misericórdia
tam, ſicut nunc
s deſpícitis pro-
ejus. ℣. Nolíte
s qui occídunt
mam autem non
ídere. * Mundi.
7. *Matth.* 10.
ctio v.
s & magnánimi
erôſæ matris ge-
oles, glorióſi ve-
pugnatóres, An-
póribus excelſió-
Mosáicæ legis di-
ernórum rituum
ſſimi; númerus
æos laudábilis,
ſeptenáriæ quié-
um venerábilis,
íbant, unum ſe-
, unum illud ad
t agnoſcébant,
Dei causâ ſuſcí-
on minùs ánimis
iàm corpóribus,
tuæ mortis æmu-
r admirandam!
quasi theſauros
es, pro magiſtra

lege perícula ſubeuntes, illáta non magis formidábant, quàm quæ ſupérerant requirébant; unum illud vériti ne tyrannus à pœnis desíſteret, ne quis ipsórum ſine corónæ præmio diſcéderet, ne inviti fratres álii ab álio ſejungerentur, & ne in eo diſcrímine, cruciátibus erepti, malâ victóriâ ſuperárent.

℟. Fratres mei, módico nunc dolóre ſuſtentáto, ſub testamento æternæ vitæ effecti ſunt: * Tu judício Dei juſtas ſupérbiæ tuæ pœnas exolves; in me verò & in frátribus meis désinet Omnipotentis ira. ℣. Momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ æternum glóriæ pondus operátur in nobis. * Tu judício Dei. *II. Mach. 7. II. Cor. 4.*

Lectio vj.

ERat ibi fortis & generóſa mater, puerórum ſimul ac Dei amans, cujus materna víſcera ſupra natúræ conſuetúdinem dilaniabantur. Non enim filiórum qui in tormentis erant, miſerebátur, ſed timóre angebátur, ne non ea ſuſciperent; neque magis eos qui è vita migráverant deſiderábat, quam precabátur ut réliqui cum illis conjungerentur; de quibus filiis, magis quàm de mórtuis erat ſollicita. Horum enim

dúbium erat certámen, at illórum ſecúrus vitæ éxitus. Atque illos quidem jam Deo adjúnxerat; de his verò quómodò Deus eos ſuſcíperet, laborábat. O virílem ánimum in córpore mulíebri! ô admirábile magni ánimi incrementum!

℟. Rex accenſus irâ in adoleſcentiórem ſuper omnes crudéliùs deſævit, indignè ferens ſe deriſum. * Noviſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt. ℣. Diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptióne͂, ut melióre͂m invenírent reſurrectiónem. * Noviſſimè. Glória. * Noviſſimè. *II. Mach.* 7. *Hebr.* 11.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap.* 17.

IN illo témpore: Dum iret Jeſus in Jeróſalem, tranſíbat per médiam Samaríam & Galilæam: & cùm ingrederétur quoddam caſtellum, occurrérunt ei decem viri lepróſi. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 27. *de Diverſ.*

NOnne decem mundáti ſunt? & novem ubi ſunt? Meminiſtis, credo, verba Salvatóris hæc eſſe, novem illórum ingratitúdinem arguentis. Benè ſiquidem oraſſe, obſecraſſe, poſtulaſſe leguntur, qui levavérunt vocem dicentes: Jeſu, fili David, miſerére nobis. Sed défuit eis quarta quam adjécit Apóſtolus, gratiárum áctio; quóniam non rediérunt, nec egérunt grátias Deo. Multos quoque vidémus uſque hódie ſatis importúnè petentes, quod ſibi deeſſe cognóverint; ſed paucos ádmodùm nóvimus, qui dignas ſuper acceptis benefíciis grátias ágere videantur. Nec reprehensíbile eſt quod inſtanter pétimus; ſed planè petitióni negat effectum, quòd invenímur ingráti. Et fortè hoc étiam clementiæ eſſe vidétur, ingrátis negáre quod póſtulant: ne contingat nobis, ut tantò gráviùs de ingratitúdine judicémur, quantò magis accumulátis benefíciis ingráti probábimur extitiſſe.

℟. Dum irent lepróſi, mundáti ſunt: * Unus autem regreſſus eſt, cum magna voce magníficans Deum, & cécidit in fáciem ante pedes Jeſu grátias agens; & hic erat Samaritánus. ℣. Obliti ſunt benefactórum Dei, & mirabílium ejus. * Unus autem. *Luc.* 17. *Pſ.* 77.

ectio viij. §. 8.
x Samaritánus ille,
i cognóvit ſe nihil
: quod non accepiſ-
idcircò ſervávit de-
m, & cum gratiá-
ctióne ad Dóminum
erſus. Felix, qui ad
a dona grátiæ redit
a in quo eſt pleni-
mnium gratiárum;
um nos pro acceptis
grátos exhibémus,
in nobis fácimus
:, ut majóra adhuc
re mereámur. Om-
nim ſola nos à pro-
converſatiónis ím-
ingratitúdo noſtra,
quodámmodò amiſ-
éputans dator quod
us accépit, cavet
e cétero, ne tantò
amítteret, quantò
conferret ingráto.
proindè, qui ſe alie-
am réputans, étiam
inimis quibuſque be-
is non mínimas re-
ates, gratúitum eſſe
ibitans, neque diſsí-
s, quod aliéno im-
ur & ignóto.
Omne quodcumque
in verbo aut in ópe-
Omnia in nómine
ni Jeſu Chriſti, grá-
gentes Deo & Patri
ſum. ℣. Benedicen-
óminum, exaltáte
quantùm potéſtis.
nia. Glória. * Omnia. Coloſſ. 3. Eccli. 43.

Lectio ix. Poſt pauca.

OBſecro ítaque, fratres mei, humiliémur magìs ac magìs ſub potenti manu Dei, & ab hoc tam máximo, tam nequíſſimo vítio ingratitúdinis longè fíeri ſtudeámus; ut totâ devotióne in gratiárum actióne verſantes, conciliémus nobis grátiam Dei noſtri quæ ſola poteſt ſalváre ánimas noſtras. Nec verbo tantùm, vel linguâ, ſed ópere & veritáte exhibeámus nos gratos; quia gratiárum actiónem magis quàm dictiónem à nobis éxigit dator gratiárum Dóminus Deus noſter, qui eſt benedictus in ſécula.

Ad Bened. *Ant.* 8. g. Jeſus dixit: Nonne decem mundáti ſunt? & novem ubi ſunt? Non eſt inventus qui redíret & daret glóriam Deo, niſi hic alienígena. *Luc.* 17.

Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, da nobis fídei, ſpei & caritátis augmentum; &, ut mereámur áſſequi quod promittis, fac nos amáre quod præcipis; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Turonenſi. *Ann.* 1583. *tit.* 13.

CUm juxta divi Pauli præceptum, qui Chri-

ſti ſunt, ſobrietátem ſemper ſectári débeant; diébus Domínicis præſertìm & áliis Feſtis, commeſſatiónes, convívia pública, tripúdia, ſaltatiónes, ſtrépitus, & choréas fieri; venátu & aucupátu tempus térere; in hoſpítiis ſeu caupónis, áliis quàm peregrínis cibária & vinum miniſtrári; ludos palmários & álios, máximè dum Sacra conficiuntur, laudéſque Deo decantantur aperíri; comœdias, ludos ſcénicos, vel theatráles, & ália ejus géneris irreligióſa ſpectácula agi, ſub anathématis pœna próhibet hæc Synodus.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Ait Samaritáno Jeſus: Surge, vade; quia fides tua te ſalvum fecit. *Luc* 17.

FERIA SECUNDA.

De libris Machabæórum.
Lectio j. Libr. 2. cap. 3.

CUm ſancta cívitas habitarétur in omni pace, leges étiam adhuc óptimè cuſtodirentur, propter Oniæ Pontíficis pietátem, & ánimos ódio habentes mala, fiébat ut & ipſi reges & príncipes locum ſummo honóre dignum dúcerent, & templum máximis munéribus illuſtrárent: ita ut Seleucus Aſiæ rex de reddítibus ſuis præſtáret omnes ſumptus ad miniſtérium ſacrificiórum pertinentes. Simon autem de tribu Bénjamin, præpóſitus templi conſtitútus, contendébat, obſiſtente ſibi príncipe ſacerdótum, iníquum áliquid in civitáte molíri.

℞. Poſtquàm, *p.* 369.
Lectio ij.

SEd cùm víncere Oníam non poſſet, venit ad Apollónium Tharſææ fílium, qui eo témpore erat dux Cœleſyriæ & Phœnícis; & nuntiávit ei pecúniis innumerabílibus plenum eſſe ærárium Jeroſólymis, & communes cópias immenſas eſſe, quæ non pértinent ad ratiónem ſacrificiórum: eſſe autem poſsíbile ſub poteſtáte regis cádere univerſa. Cúmque retuliſſet ad regem Apollónius de pecúniis quæ delátæ erant, ille accítum Heliodórum qui erat ſuper negótia ejus, miſit cum mandátis ut prædíctam pecúniam tranſportáret. Statímque Heliodórus iter eſt aggreſſus, ſpécie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnícem civitátes eſſet peragratúrus, revérà autem regis propóſitum perfectúrus.

℞. Cóntigit ſeptem fratres, *pag.* 369.

tio iij.
veniſſet Jeroſó-
, & benignè à
erdóte in civi-
xceptus, nar-
o indício pecu-
cujus rei grá-
apéruit: inter-
em, ſi vèrè hæc
Tunc ſummus
tendit depóſi-
, & victuália
k pupillórum:
rò eſſe Hircáni
i valdè eminen-
quæ detúlerat
ion: univerſa
nti talenta eſſe
ta, & auri du-
pi verò eos qui
loco & templo,
iiverſum mun-
itur pro ſuî ve-
ſanctitáte, om-
ſibile eſſe. At
quæ habébat in
rege, dicébat
e regi ea eſſe

ſartágine cùm
g. 370.
N O N.
lio Aquiſgra-
enſi.
libr. 1. *cap.* 9.
s ſermo debet
us, ſimplex &
enus gravitáte
, plenus ſua-
átiâ, tractans
legis, de do-
de virtúte con-

tinéntiæ, de diſciplína juſtítiæ; unumquemque diversâ ádmonens exhortatióne, juxta profeſſiónem morúmque qualitátem, vidélicet ut pernoſcat quid, cui, quandò vel quómodò próferat.

FERIA TERTIA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 2. *Cap.* 3.

HEliodórus quod decréverat, perficiébat eódem loco ipſe cum ſatellítibus circa ærárium præſens. Sed Spíritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſiónis evidéntiam, ita ut omnes qui auſi fúerant parére ei, ruentes Dei virtúte, in diſſolutiónem & formídinem converterentur. Appáruit enim illis quidam equus terríbilem habens ſeſsórem, óptimis operimentis adornátus: íſque cum ímpetu Heliodóro prióres calces eliſit: qui autem ei ſedébat, videbátur arma habére áurea. Alii étiam apparuérunt duo júvenes virtúte decóri, óptimi glóriâ, ſpecioſíque amíctu: qui circumſtetérunt eum, & ex utráque parte flagellábant, ſine intermiſſióne multis plagis verberantes.

℟. Supra modum, *pag.* 371.

Lectio ij.

SUbitò autem Heliodórus cóncidit in terram, cúmque multâ calígine circumfúſum rapuérunt, atque in ſella geſtatória pόſitum ejecérunt. Et is qui cum multis curſóribus & ſatellítibus prædictum ingreſſus eſt ærárium, portabátur, nullo ſibi auxílium ferente, manifeſtâ Dei cógnitâ virtúte: & ille quidem per divínam virtútem jacébat mutus, atque omni ſpe & ſalúte privátus. Hi autem Dóminum benedicébant, quia magnificábat locum ſuum: & templum quod paulò antè timóre ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Dómino, gáudio & lætítiâ implétum eſt. Tunc verò ex amícis Heliodóri quidam rogábant confeſtim Oníam, ut invocáret Altiſſimum, ut vitam donáret ei qui in ſuprémo ſpíritu erat conſtitútus.

℟. Fratres mei, *p.* 371.

Lectio iij.

COnſíderâs autem ſummus ſacerdos, ne fortè rex ſuſpicarétur malítiam áliquam ex Judæis circa Heliodórum conſummátam, óbtulit pro ſalúte viri hóſtiam ſalutárem. Cúmque ſummus ſacerdos exoráret, iidem júvenes eiſdem véſtibus amicti, aſtantes Heliodóro dixérunt: Oníæ ſacerdóti grátias age: nam propter eum Dóminus tibi vitam donávit: tu autem à Deo flagellátus, núntia ómnibus magnália Dei & poteſtátem: & his dictis, non comparuérunt. Heliodórus autem, hóſtiâ Deo oblátâ, & votis magnis promiſſis ei qui vívere illi conceſſit, & Oníæ grátias agens, recepto exércitu, repedábat ad regem. Teſtabátur autem ómnibus ea quæ ſub óculis ſuis víderat ópera magni Dei. Cùm autem rex interrogaſſet Heliodórum, quis eſſet aptus adhuc ſemel Jeroſólymam mitti, ait: Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatórem, mitte illuc, & flagellátum eum recípies, ſi tamen eváſerit: eo quòd in loco ſit verè Dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cœlis habitatiónem, viſitátor & adjútor eſt loci illíus, & venientes ad malefaciendum pércutit ac perdit.

℟. Rex accenſus, *p.* 371.

C A N O N.

Ex Statútis Synodálibus Diœcéſis Noviomenſis. *Ann.* 1673. *ſub Franciſco de Claromonte.*

QUóniam Epiſcopórum eſt prædicatóres míttere, Párochi & Vicárii

. pópulum ora-
bére permittent
niſi licéntiam à
ιto teſtátam ex-
:dicatóres autem
n cáptui ſic ſe ac-
unt, ut veritá-
:licas rúdibus lí-
mant, vitiórum
ρírent, & amó-
tianárum virtú-
nutílibus doctri-
e quæſtiónibus,
pietátis affectu.
pópulos fídei
Dei mandáta,
ın dignos pœni-
ıctus faciendi,
ıóminis novíſſi-
a & peccáta eó-
itiónis, dignitá-
nentórum, ratio-
eum ſanctè pre-

QUARTA.
Machabæórum.
Libr. I. *Cap.* I.
n eſt regnum in
:ctu Antíochi, &
ıáre in terra Æ-
. regnáret ſuper
ı. Et intrávit in
in multitúdine
cúrribus & ele-
& equítibus, &
ávium multitú-
:onſtítuit bellum
Ptolemæum re-
pti; & véritus
ıæus à fácie ejus,
ε cecidérunt vul-
lti. Et compre-
hendit civitátes munítas in terra Ægypti: & accépit ſpólia terræ Ægypti: & convertit Antíochus, poſtquàm percuſſit Ægyptum in centéſimo & quadragéſimo tértio anno: & aſcendit ad Iſrael, & aſcendit Jeroſólymam in multitúdine gravi.

℟. Poſtquàm, *p.* 369.

Lectio ij.

Et intrávit in Sanctificatiónem cum ſupérbia, & accépit altáre áureum, & candelábrum lúminis & univerſa vaſa ejus, & menſam propoſitiónis & libatória, & phíalas & mortaríola áurea, & velum, & corónas, & ornamentum áureum quod in fácie templi erat: & commínuit ómnia. Et accépit argentum & aurum, & vaſa concupiſcibília: & accépit theſáuros occultos quos invénit; & ſublátis ómnibus, ábiit in terram ſuam. Et fecit cædem hóminum, & locútus eſt in ſupérbia magna: & factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eórum.... Et commóta eſt terra ſuper habitantes in ea, & univerſa domus Jacob índuit confuſiónem.

℟. Cóntigit, *pag.* 369.

Lectio iij.

Miſit rex libros per manus nuntiórum in Jerúſalem, & in omnes civi-

tátes Juda, ut ſequerentur leges géntium terræ; & prohibérent holocauſta, & ſacrificia, & placatiónes fieri in templo Dei; & prohibérent celebrári Sábbatum & dies ſolemnes. Et juſſit coinquinári ſancta & ſanctum pópulum Iſrael: & juſſit ædificári aras, & templa, & idóla, & immolári carnes ſuillas & pécora commúnia, & relínquere fílios ſuos incircumcíſos, & coinquinári ánimas eórum in ómnibus immundis & abominatiónibus, ita ut obliviſcerentur legem, & immutárent omnes juſtificatiónes Dei: & quicumque non feciſſent ſecundùm verbum regis Antíochi, morerentur. Secundùm ómnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo: & præpóſuit príncipes pópulo qui hæc fieri cógerent. Et juſsérunt civitátibus Juda ſacrificáre.

℟. In ſartágine, *p.* 370.

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 106.

SIve proficiant, ſive non profíciant auditóres, tacére eis non debent Sacerdótes: nec ídeò rei ſunt, ſi fortè eórum verba pópuli non áudiunt, vel audíta contemnunt; ſed ſi ab eis corrigendis abſiſtunt: quia ſi nec exemplo vitæ præpoſitórum ſuórum, nec verbo doctrínæ pópuli contumáces emendáti profíciunt, ipſi ſibi cauſa ſuæ perditiónis exiſtunt.

FERIA QUINTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 2. *Cap.* 6.

ELeázarus unus de primóribus ſcribárum, vir ætáte provectus & vultu decórus, aperto ore hians compellebátur carnem pórcinam manducáre: at ille glorioſíſſimam mortem magìs quàm odíbilem vitam compleɛtens, voluntáriè præíbat ad ſupplícium. Intuens autem quemádmodùm oportéret accédere, patienter ſuſtinens deſtinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. Hi autem qui aſtábant, iníquâ miſeratióne commóti propter antíquam viri amicítiam, tollentes eum ſecrétò rogábant afferri carnes quibus veſci ei licébat; ut ſimularétur manducaſſe ſicut rex imperáverat, de ſacrificii cárnibus; ut, hoc facto, à morte liberarétur: & propter véterem viri amicítiam, hanc in eo faciébant humanitátem.

℟. Supra modum, *pag* 371.

ctio ij.
e cogitáre cœpit
is ac ſenectútis
ntiam dignam,
æ nobilitátis ca-
que à púero óp-
erſatiónis actus:
dim ſanctæ & à
tæ legis conſti-
ndit citò dicens:
e velle in infer-
enim ætáti no-
m eſt, inquit,
t multi adoleſ-
bitrantes Eleá-
naginta annó-
ſe ad vitam a-
um, & ipſi pro-
ſimulatiónem,
módicum cor-
vitæ tempus de-
& per hoc má-
e execratiónem
túti conquíram.
n præſenti tém-
liciis hóminum
d manum Om-
nec vivus nec
ffúgiam. Quam-
titer vitâ exce-
nectúte quidem
arébo: adoleſ-
item exemplum
quam, ſi prom-
, ac fórtiter pro
ac ſanctíſſimis
neſtâ morte per-
s dictis, confe-
plícium trahe-

res mei, *pag.*

Lectio iij.

HI autem qui eum ducébant, & paulò ante fúerant mitióres, in iram converſi ſunt propter ſermónes ab eo dictos, quos illi per arrogántiam prolátos arbitrabantur. Sed cùm plagis perimerétur, ingémuit & dixit: Dómine, qui habes ſanctam ſciéntiam, manifeſtè tu ſcis quia cùm à morte poſſem liberári, duros córporis ſuſtíneo dolóres: ſecundùm ánimam verò propter timórem tuum libenter hæc pátior. Et iſte quidem hoc modo vitâ deceſſit, non ſolùm juvénibus, ſed & univerſæ genti memóriam mortis ſuæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis derelinquens.

℟. Rex accenſus, *p.* 372.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

Ann. 1536. *part.* 6. *c.* 13.

INter concionandum à ſcómmatis, maledictis, ac convíciis omninò abſtinendum eſt. Prædicétur purè ac ſincérè Dei verbum, juxta Eccleſiáſticam traditiónem, & Patrum ab Eccléſia cathólica approbatórum interpretatiónem. Erit quoque Párochus in reprehendendis criminibus véhemens atque acer: conſtitútus eſt enim, ut annúntiet

pópulo ſcélera eórum ; ſic tamen, ut in ſuggeſto vítia tantùm reprehendat, non persónas nominátim perſtringat.

FERIA SEXTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 2. Cap. 7.

Contigit autem & ſeptem fratres unà cum matre ſua apprehenſos, compelli à rege édere contra fas carnes pórcinas, flagris & táureis cruciátos. Unus autem ex illis qui erat primus, ſic ait: Quid quæris? & quid vis diſcere à nobis? paráti ſumus mori, magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. Irátus ítaque rex juſſit ſartágines & ollas æneas ſuccendi: quibus ſtatìm ſuccenſis, juſſit ei qui prior fúerat locútus, amputári linguam: & cute cápitis abſtractâ, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi, céteris ejus frátribus & matre inſpiciéntibus. Et cùm jam per ómnia inútilis factus eſſet, juſſit ignem admovéri, & adhuc ſpirantem torréri in ſartágine, in qua cùm diù cruciarétur, céteri unà cum matre ínvicem ſe hortabantur mori fórtiter dicentes: Dóminus Deus aſpíciet veritátem, & conſolábitur in nobis, quemádmodùm in proteſtatióne cántici declarávit Móyſes: Et in ſervis ſuis co[...] tur. Mórtuo ítaq[...] primo hoc modo, [...] tem deducébant ad [...] dum: &, cute cáp[...] cum capillis abſtra[...] terrogábant ſi m[...] ret priùs quàm to[...] pore per membra [...] punirétur. At ille [...] dens, pátriâ voc[...] Non fáciam. Propt[...] & iſte ſequenti lo[...] tormenta ſuſcépit: [...] timo ſpíritu conſti[...] ait: Tu quidem ſ[...] me, in præſenti [...] perdis: ſed Rex m[...] functos nos pro ſui[...] in æternæ vitæ reſ[...] ne ſuſcitábit.

℟. Poſtquàm p[...] *pag. 369.*

Lectio ij.

Poſt hunc tért[...] ditur, & ling[...] tulátus citò pro[...] manus conſtante[...] dit, & cum fidúci[...] cœlo iſta poſſíde[...] propter Dei leg[...] hæc ipſa deſpíci[...] niam ab ipſo me [...] túrum ſpero: ita [...] qui cum ipſo eran[...] rentur adoleſcen[...] mum, quòd tanq[...] lum dúceret cruc[...] hoc ita defuncto [...] tum vexábant ſim[...] quentes. Et cùm [...] ad mortem, ſic ai[...]

ıomínibus morti da-
n expectáre à Deo,
ab ipſo reſuſcitan-
bi enim reſurréctio
m non erit. Et cùm
iſſent quintum, ve-
eum. At ille reſpí-
i eum dixit: Pote-
inter hómines ha-
cùm ſis corruptíbi-
cis quod vis: noli
putáre genus noſ-
ı Deo eſſe derelic-
Tu autem patienter
, & vidébis magnam
item ipsíus, quáliter
émen tuum torqué-
oſt hunc ducébant
ı, & is mori incí-
ic ait: Noli fruſtrà
; nos enim propter
tipſos hæc pátimur,
ıtes in Deum noſ-
& digna admiratió-
a ſunt in nobis: tu
ne exíſtimes tibi
è futúrum, quòd
Deum pugnáre ten-
i.

Cóntigit, *pag.* 369.

Lectio iij.

ra modum autem
er mirábilis, & bo-
memóriâ digna,
reuntes ſeptem fí-
unius diéi témpore
iens, bono ánimo
propter ſpem quam
m habébat; ſingu-
rum hortabátur vo-
iâ fórtiter, repléta
iâ, & femíneæ co-
gitatióni maſculínum áni-
mum ínſerens dixit ad eos:
Néſcio quáliter in útero
meo apparuiſtis: neque e-
nim ego ſpíritum & áni-
mam donávi vobis & vi-
tam, & ſingulórum mem-
bra non ego ipſa compé-
gi: ſed enim mundi Creá-
tor qui formávit hóminis
nativitátem, quíque óm-
nium invénit oríginem,
& ſpíritum vobis íterùm
cum miſericórdia reddet &
vitam, ſicut nunc voſmeti-
pſos deſpícitis propter le-
ges ejus.

℟. In ſartágine, *p.* 370.

C A N O N.

Ex Statútis Synodálibus
Diœcéſis Noviomenſis.

Ann. 1673. *ſub Franciſco de Claromonte.*

Divíni verbi prædicátio tam própria Paſtórum eſt, ut, quemádmodùm monet Apóſtolus, non tam glóriæ ſit evangelizáre, quàm dedécori non evangelizáre: ídeò juxta mentem Eccléſiæ teſtátam in Capituláribus Cároli Magni, & Concíliis Matiſconenſi, Aquiſgranenſi, Tridentíno & Remenſi último, præcípimus ómnibus Curátis & Vicáriis, ut, ſíngulis Domínicis, inter Miſſæ ſolémnia, piam exhortatiónem ad pópulum ſaltem per médiam horam hábeant; catécheſim inter

Véſperas & Completórium; alióquin eſto in eos Promotóris noſtri áctio.

SABBATO.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 2. Cap. 7.

ANtíochus autem contemni ſe arbitrátus, ſimul & exprobrantis voce deſpectâ, cùm adhuc adoleſcéntior ſupereſſet, non ſolùm verbis hortabátur, ſed & cum juramento affirmábat ſe dívitem & beátum factúrum, & tranſlátum à pátriis légibus amícum habitúrum, & res neceſsárias ei præbitúrum. Sed ad hæc cùm adoleſcens nequáquàm inclinarétur, vocávit rex matrem, & ſuadébat ei ut adoleſcenti fieret in ſalútem. Cùm autem multis eam verbis eſſet hortátus, promíſit ſuaſúram ſe fílio ſuo.

Lectio ij.

ITaque inclináta ad illum, irrídens crudélem tyrannum, ait pátriâ voce: Fili mi, miſerére meî, quæ te in útero novem ménſibus portávi, & lac triénnio dedi, & álui, & in ætátem iſtam perduxi. Peto, nate, ut aſpícias ad cœlum & terram, & ad ómnia quæ in eis ſunt; & intélligas quia ex níhilo fecit illa Deus & hóminum genus: ità fiet ut non tí-

meas carníficem iſ[...] dignus frátribus t[...] ctus párticeps, ſuſ[...] tem, ut in illa mi[...] cum frátribus tuis [...] piam.

Lectio iij.

CUm hæc illa díceret, ait [...] cens: Quem ſuſti[...] obédio præcepto r[...] præcepto legis q[...] eſt nobis per Móy[...] verò, qui invent[...] malítiæ factus es [...] bræos, non effu[...] num Dei. Nos e[...] peccátis noſtris h[...] mur. Et ſi nobis pr[...] crepatiónem & c[...] nem Dóminus De[...] módicum irátus [...] íterùm reconcilia[...] vis ſuis. Tu autem [...] leſte, & ómnium [...] num flagitioſíſſim[...] fruſtra extolli va[...] bus in ſervos eju[...] mátus. Nondum e[...] nipotentis Dei, [...] inſpicientis, judi[...] fugiſti. Nam, ſi a[...] módico nunc dol[...] tentáto, ſub te[...] ætérnæ vitæ effe[...] tu verò judício I[...] ſupérbiæ tuæ pœ[...] ves. Ego autem, [...] fratres mei ánima [...] pus meum trado [...] triis légibus: [...] Deum matúriùs [...]

ium fieri, té-
rmentis & ver-
ſitéri quòd ipſe
lus. In me ve-
frátribus meis
nipotentis ira,
omne genus no-
ſuperducta eſt.
ccenſus irá, in
omnes crudé-
t, indignè fe-
ſum. Et hic íta-
is óbiit, per
Dómino confi-
iſſimè autem
& mater con-

N O N.

io Mexicáno.

. *de Doctrina*
ibr. 1. Seſſ. 5.

procúrent ut
inſtituantur,
gere & ſcríbere
riſtiánæ doctrí-
æta accípiant;
áximè convé-
l Chriſtiánum
córum inſtitu-

níſ. *Ant.* 8. g.
hathíæ filius,
us dedérunt ſe
reſtitérunt ad-
itis ſuæ; ut ſta-
psórum & lex:
agnâ glorifi-
ntem ſuam. *I.*

rà ad Laudes.

DOMINICA XIV.
poſt Pentecoſten.
IN I. NOCTURNO.
Ex libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 1. Cap. 2.

IN diébus illis ſurrexit Mathathías filius Joannis, filii Simeónis, ſacerdos ex filiis Jóarib ab Jerúſalem, & conſédit in monte Modin: & habébat filios quinque; Joannem qui cognominabátur Gaddis, & Simónem qui cognominabátur Thaſi, & Judam qui vocabátur Machabæus, & Eleázarum qui cognominabátur Abáron, & Jónathan qui cognominabátur Apphus. Hi vidérunt mala quæ fiébant in pópulo Juda, & in Jerúſalem: & dixit Mathathías; Væ mihi! Ut quid natus ſum vidére contritiónem pópuli mei, & contritiónem civitátis ſanctæ, & ſedére illîc, cùm datur in mánibus inimicórum? Sancta in manu extraneórum facta ſunt: templum ejus ſicut homo ignóbilis..... Quò ergo nobis adhuc vívere?

℟. Intrávit rex Antíochus in Sanctificatiónem cum ſupérbia; accépit altáre áureum, & univerſa vaſa, & comminuit, & fecit cædem hóminum; * Et factus eſt planctus magnus in Iſrael. ℣. Datum eſt illi

bellum fácere cum ſanctis, & víncere eos. * Et factus eſt. *I. Mach.* 1. *Apoc.* 13.

Lectio ij.

ET ſcidit veſtimenta ſua Mathathías, & filii ejus, & operuérunt ſe cilíciis, & planxérunt valdè. Et venérunt illuc qui miſſi érant à rege Antíocho, ut cógerent eos qui confúgerant in civitátem Modin, immoláre & accéndere thura, & à lege Dei diſcédere. Et multi de pópulo Iſrael conſentientes acceſsérunt ad eos: ſed Mathathías & filii ejus conſtanter ſtetérunt. Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antíocho, dixérunt Mathathíæ: Princeps, & clariſſimus & magnus es in hac civitáte, & ornátus filiis & frátribus. Ergo accéde prior, & fac juſſum regis, ſicut fecérunt omnes gentes & viri Juda, & qui remansérunt in Jerúſalem: & eris tu, & filii tui inter amícos regis, & amplificátus auro & argento & munéribus multis.

℟. Cœpit Antíochus ex gravi ſupérbia deductus ad agnitiónem ſuî veníre, & ita ait: Juſtum eſt súbditum eſſe Deo, & mortálem non pária Deo ſentíre. * Orábat hic ſcceleſtus Dóminum à quo non eſſet miſericórdiam conſecutúrus; ſupervéneṛat enim in eum juſtum Dei judíciu velátur ira Dei ſu nem impietátem & tiam. * Orábat. *I.* 9. *Rom.* 1.

Lectio iij.

ET reſpondit thías, & dixi voce: Etſi omne regi Antíocho ol ut diſcédat unuſq ſervitúte legis pat rum, & conſéntiai tis ejus; ego & fi & fratres mei ob legi patrum no Propítius ſit nobi non eſt nobis úti quere legem & Dei: non audiém regis Antíochi, n ficábimus, tranſgi legis noſtræ man eámus álterâ viâ ceſsávit loqui ver acceſſit quidam J ómnium óculis ſi idólis ſuper aram táte Modin, ſecun ſum regis: & vidit thías, & dóluit, muérunt renes eju cenſus eſt furor c cundùm judícium insíliens trucidá ſuper aram: ſed quem rex Antíoch rat, qui cogébat re, occídit in ipſo & aram deſtruxit.

℟. Surrexit Ma & adjuvábant eu

ıs : & * Prælia-
elium Iſrael cum
& repulſi ſunt
ıs ; & directa eſt
anu ejus. ℣. Ope-
uſtitiam ; fortes
in bello, caſ-
runt exterórum.
antur. Glória. *
tur. *I. Mach.* 3.

NOCTURNO.
Sancti Joannis
ysóſtomi.
in Pſ. 43. §. 1.
ıvaſiſſet Judæam
ochus qui dictus
anes, & ómnia
:t, & multos qui
t, à pátriis inſti-
re coëgiſſet, Ma-
› his tentatióni-
ansérunt illæſi.
am grave bellum
, nec quidquam
fácere quod pro-
: abſcondébant ;
quoque fecérunt
Non enim ſem-
dia irruébant pe-
ed nonnunquam
& latentes cedé-
quàm autem pa-
iravérunt, tan-
ıeróſi quidam le-
antris exilientes,
ıris emergentes,
t ſe non ampliùs
váre ; ſed álios
ıue poſſent : civi-
& omnem regió-
ntes, collegérunt

quotquot invenérunt adhuc ſanos & íntegros : & multos étiam qui laborábant, & corrupti erant, in ſtatum príſtinum redegérunt, eis perſuadentes redíre ad legem pátriam.

℟. Dixit Judas : Ecce contríti ſunt inimíci noſtri : * Aſcendámus nunc mundáre ſancta & renováre. Et mundavérunt ſancta, & fecérunt dedicatiónem altáris ; & facta eſt lætítia in pópulo magna valdè. ℣. Foris homicídæ & idólis ſervientes, & omnis qui amat & facit mendácium. * Aſcendámus. *I. Mach.* 4. *Apoc.* 22.

Lectio v.

DEum enim dicébant eſſe benignum & clementem, nec unquàm adímere ſalútem quæ profiſcítur à pœniténtia. Hæc autem dicentes habuérunt delectum virórum fórtium : non enim pro uxóribus, líberis & ancillis, patriæque everſióne & captivitáte, ſed pro lege & pátria república pugnábant. Eórum autem dux erat Deus. Cùm ergo áciem dirígerent, & ſuas prodígerent ánimas, fundébant adversários, non armis fidentes, ſed pro omni armatúra pugnæ cauſam ſufficere ducentes. Ad bellum autem euntes, non

tragœdias excitábant, non pæána canébant, ſicut nonnulli fáciunt : non aſciſcébant tibícines, ut fit in áliis caſtris ; ſed Dei ſupernè auxílium invocábant, ut adeſſet, opem ferret, & manum præbéret is propter quem bellum gerébant, pro cujus glória decertábant.

℟. Flevérunt Judam omnis pópulus Iſrael, & dixérunt : Quómodò cécidit potens qui ſalvum faciébat pópulum Iſrael! Et dixit ad ſuos Jónathas : * Surgámus & pugnémus contra inimícos noſtros. ℣. Simus fidentes in Deo, qui de tantis perículis nos erípuit ; in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet. * Surgámus. *I. Machab. 9. II. Cor. 1.*

Lectio vj.

Videámus ergò quid hæc caſtra Dei loquantur, quæ ſunt ſpirituáli muníta auxílio, cùm ſunt hoſtes aggreſsúra. Deus, áuribus noſtris audívimus : quia enim nonnulli eórum qui cum ipſis ſtabant in ácie, Antíochi multitúdinem, inſtructam áciem, & victóriam videntes, eúmque ómnia primo ímpetu cepiſſe ; própriam imbecillitátem & paucitátem conſiderantes, mollióres erant & imbecilliores. Prophéta qui hunc pſalmum non in ſua, ſed in Machabæórum persóna dicit, eórum ánimos ſpiritúſque excitans, & oſtendens in Dei ductu ómnia eſſe pósita, & ſine exércitu, ſi is opem ferat, poſſe parári victóriam, inſtar precatiónis compóſitam ſuaſiónem & exhortatiónem effert ad commilitónes, & Deum álloquens, eos promptióres reddit & alacrióres. Qui tanquam hæc eis deeſſent quæ jure afferre poſſent, nec fidúciam ex ſuis factis habérent, ad ea quæ Deus majóribus illórum fécerat, confúgiunt. Eos enim qui fidúciæ cauſam non habent, hæc fácere non eſt mirum, cùm eos ipſos trahat ad hoc neceſſitas. Cùm autem illi qui quóniam rectè fecérunt, magnífice loqui poſſunt, nolunt ex iis ſervári, ſed ex Dei benignitáte quâ in patres uſus eſt ; hoc eſt magnum argumentum eórum humilitátis : prompti autem & álacris ánimi ſui non parvam hinc quoque cauſam ſtátuunt.

℟. Adhortans pópulum dixit Simon : Periérunt fratres mei omnes propter Iſrael. * Non mihi contingat párcere ánimæ meæ in omni témpore tribulatiónis. † Vindicábo gentem meam : & Sancta. ℣. Tribulatiónes me manent ; ſed nihil horum véreor,

-animam meam
rem quàm me. *
bria. † Vindicábo.
. 13. *Act.* 20.

NOCTURNO.

ſancti Evangélii
lùm Matthæum.
o vij. Cap. 6.

tempore : Dixit
diſcípulis ſuis :
oteſt duóbus dó-
rvíre : aut enim
lio habébit, & ál-
iliget ; aut unum
t, & álterum con-
Non poteſtis Deo
& mammónæ. Et

ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.
s. 113. cap. 4.
mmóna iniquitátis
ítiæ ſunt ſéculi
undecumque ſint...
, divítiæ ſunt ini-
pecúnia eſt, quam
divitiárum appel-
itas. Si enim veras
quæris, áliæ ſunt.
Job nudus abun-
quandò in Deum
um habébat, &
leo, pérditis óm-
mis, tanquàm gem-
tioſiſſimas profe-
iſæ ſunt veræ di-
ſtæ autem ab ini-
vocantur divítiæ.
llas, non repre-
hæréditas venit,
s dives fuit, &

dimíſit tibi : honeſtè acquiſiſti : de juſtis labóribus plenam domum habes; non reprehendo. Tamen étiam ſic noli illas dícere divítias: nam ſi dicis illas divítias, amábis illas; & ſi amáveris illas, períbis cum illis. Perde, ne péreas : dona, ut acquíras; ſémina ut metas.

℟. Reſpícite volatília cœli, non ſerunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea; & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. * Nonne vos magìs pluris eſtis illis? ℣. Dat jumentis eſcam ipsórum, & pullis corvórum invocántibus eum. * Nonne. *Matth. 6. Pſ. 146.*

Lectio viij. Cap. 5.

HAs divítias noli appelláre, quia veræ non ſunt. Paupertáte plenæ ſunt, & ſemper obnóxiæ cáſibus. Quales divítiæ? Propter quas latrónem times, propter quas ſervum tuum times, ne, te occíſo, áuferat, & fúgiat. Si veræ divítiæ eſſent, ſecuritátem tibi darent. Ergo veræ divítiæ ſunt illæ quas, cùm habuérimus, pérdere non póſſumus. Et ne fortè propter illas furem tímeas, ibi erunt, ubi nullus áuferat. Audi Dóminum tuum : Theſaurizáte vobis theſáuros in cœlo, quò fur non accédat. Tunc erunt divítiæ, quandò eas

migráveris : quándiù in terra ſunt, divítiæ non ſunt.

℟. Nolíte ſollíciti eſſe, dicentes : Quid manducábimus ? aut quo operiémur ? * Hæc ómnia gentes inquírunt ; † Scit Pater veſter quia his indigétis. ℣. Peccatóri dedit Deus curam ſupérfluam, ut addat & cóngreget ; & hoc vánitas eſt & caſſa ſollicitúdo. * Hæc. Glória. † Scit Pater. *Matth. 6. Eccleſ. 2.*

Lectio ix. Cap. 5. & 6.

BEátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt : ſed qui dixérunt ? quorum os locútum eſt vanitátem ; & déxtera eórum déxtera iniquitátis. Ego dico : Beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus. Aliquandò tranſímus viam, & vidémus amœníſſimos & úberes fundos, & dícimus : Cujus eſt fundus ? aſséritur : Illíus ; & nos dícimus, Beátus homo ! vanitátem lóquimur. Beátus cujus eſt illa domus ! beátus cujus eſt ille fundus ! beátus cujus eſt illa pecúnia ! Tolle vanitátem, ſi vis audíre veritátem : Beátus cujus Dóminus Deus ejus ! Dicis quia beátum te fecit fundus tuus, quia indè vivis : attende undè vivas. Ille eſt undè vivis, cui dicis : Apud te eſt fons vitæ. O Dómine Deus noſ veniámus ad te, beátos de te. Nóli auro, neque de arge de fundis : nólumu rénis iſtis, & vaníſ cadúcæ vitæ trai Non loquátur os i vanitátem : fac no de te, quia non p te. Cùm tenuérin nec te perdémus, períbimus.

Ad Bened. *An* Nemo poteſt duóbu nis ſervíre : non Deo ſervíre & mai *Matth. 6.*

Oratio.

DA nobis, qua Dómine, quær mùm & antè ómı gnum tuum & ju ejus ; ut ea quibu gére nos pérſpicis gnus adjícias ; Per num.

C A N O N

Ex Concílio Tol

Ann. 1229. Ca

STatúimus ut Pa ni, Dóminus & na cujúſlibet domí nicis & Feſtívis di quibus ab opéribu ſandum, teneantu cléſiam veníre, ibídem ex íntegro tiónem & divínu cium ; nec indè donec Miſſa con omnínò. Quòd ſi

ens fúerit extra
l ália de cauſa ra-
ræpedítus, alter
eátur veníre.
gníf. *Ant.* 1. G.
rimùm regnum
ítiam ejus, &
a adjicientur vo-
. 6.

SECUNDA.

Machabæórum.

Libr. 1. *Cap.* 2.
ávit Mathathías
nagnâ in civitáte
mnis qui zelum
, ſtátuens teſta-
xeat poſt me. Et
, & fílii ejus in
& reliquérunt
te habébant in
Et renuntiátum
gis, & exercítui
Jerúſalem civi-
, quóniam diſ-
iri quidam, qui
nt mandátum
loca occulta in
& abiiſſent poſt
. Et ſtatìm per-
d eos, & con-
adversùs eos
n die Sabbató-
ixérunt ad eos:
& nunc adhuc?
ácite ſecundùm
egis Antíochi,
. Et dixérunt:
mus, neque fa-
rbum regis, ut
diem Sabbató-
ncitavérunt ad-
versùs eos prælium. Et non reſpondérunt eis, nec lápidem misérunt in eos, nec oppilavérunt loca occulta, dicentes: Moriámur omnes in ſimplicitáte noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cœlum & terra, quòd injuſtè pérditis nos. Et intulérunt illis bellum Sábbatis: & mórtui ſunt ipſi, & uxóres eórum, & fílii eórum, & pécora eórum, uſque ad mille ánimas hóminum.

℟. Intrávit, *pag.* 383.

Lectio ij.

ET cognóvit Mathathías, & amíci ejus, & luctum habuérunt ſuper eos valdè. Et dixit vir próximo ſuo: Si omnes fecérimus ſicut fratres noſtri fecérunt, & non pugnavérimus adversùs gentes pro animábus noſtris, & juſtificatiónibus noſtris; nunc cítiùs diſperdent nos à terra. Et cogitavérunt in die illa dicentes: Omnis homo quicumque vénerit ad nos in bello die Sabbatórum, pugnémus adversùs eum: & non moriémur omnes, ſicut mórtui ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc congregáta eſt ad eos ſynagóga Aſſidæórum fortis víribus ex Iſrael, omnis voluntárius in lege: & omnes qui fugiébant à malis, ádditi ſunt ad eos,

& facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegérunt exércitum, & percuſſérunt peccatóres in ira ſua, & viros iníquos in indignatióne ſua: & céteri fugérunt ad natiónes, ut eváderent. Et circuívit Mathathías & amíci ejus, & deſtruxérunt aras: & circumcidérunt púeros incircumcíſos, quotquot invenérunt in fínibus Iſrael, & in fortitúdine. Et perſecúti ſunt fílios ſupérbiæ, & proſperátum eſt opus in mánibus eórum.

℟. Cœpit, *pag.* 384.

Lectio iij.

ET appropinquavérunt dies Mathathíæ moriendi, & dixit fíliis ſuis: Nunc confortáta eſt ſupérbia, & caſtigátio, & tempus everſiónis, & ira indignatiónis. Nunc ergò, ô fílii, æmulatóres eſtóte legis, & date ánimas veſtras pro teſtamento patrum veſtrórum, & mementóte óperum patrum quæ fecérunt in generatiónibus ſuis; & accipiétis glóriam magnam & nomen æternum... Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir consílii eſt: ipſum audíte ſemper, & ipſe erit vobis pater: & Judas Machabæus fortis víribus à juventúte ſua, ſit vobis princeps milítiæ, & ipſe aget bellum pópuli. Et adducétis ad vos omnes factóres legis; & vindicáte vindíctam pópuli veſtri: retribúite retributiónem géntibus, & inténdite in præceptum legis. Et benedíxit eos, & appóſitus eſt ad patres ſuos. Et defúnctus eſt anno centéſimo & quadragéſimo ſexto; & ſepúltus eſt à fíliis ſuis in ſepulcris patrum ſuórum in Modin. Et planxérunt eum omnis Iſrael planctu magno.

℟. Surrexit, *pag.* 384.

CANON.

Ex Concílio Lateranenſi tértio Œcuménico.

Ann. 1179. *Cap.* 8.

NUlla Eccleſiáſtica miniſtéria, ſeu étiam Benefícia vel Eccléſiæ, álicui tribuantur ſeu promittantur, ántequàm vacent; ne deſideráre quis mortem próximi videátur, in cujus locum & Benefícium ſe credíderit ſucceſſúrum.

FERIA TERTIA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 1. *Cap.* 3.

SUrrexit Judas qui vocabátur Machabæus, fílius Mathathíæ, pro eo: & adjuvábant eum omnes fratres ejus, & univerſi qui ſe conjúnxerant patri ejus, & præliabantur prælium Iſrael cum lætítia. Et dilatávit glóriam pópulo ſuo, & índuit ſe lorícam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma

béllica ſua in prǽliis, & protegébat caſtra gládio ſuo. Símilis factus eſt leóni in opéribus ſuis, & ſicut cátulus leónis rúgiens in venatióne. Et perſecútus eſt iníquos perſcrútans eos: & qui conturbábant pópulum ſuum, eos ſuccéndit flammis: & repúlſi ſunt inimíci ejus præ timóre ejus, & omnes operárii iniquitátis conturbáti ſunt: & directa eſt ſalus in manu ejus. Et exacerbábat reges multos, & lætificábat Jacob in opéribus ſuis, & in ſǽculum memória ejus in benedictióne. Et perambulávit civitátes Juda, & pérdidit ímpios ex eis, & avértit iram ab Iſraël: & nominátus eſt uſque ad noviſſimum terræ, & congregávit pereúntes. Et congregávit Apollónius gentes, & à Samaría virtútem multam & magnam ad bellandum contra Iſraël. Et cognóvit Judas, & éxiit óbviam illi: & percúſſit & occídit illum: & cecidérunt vulneráti multi, & réliqui fugérunt. Et accépit ſpólia eórum, & gládium Apollónii ábſtulit Judas, & erat pugnans in eo ómnibus diébus.

℟. Dixit, *pag.* 385.

Lectio ij.

Et cécidit timor Judæ ac fratrum ejus, & formído ſuper omnes gentes in circúitu eórum. Et pervénit ad regem nomen ejus, & de prǽliis Judæ narrábant omnes gentes. Ut audívit autem rex Antíochus ſermónes iſtos, irátus eſt ánimo: & miſit, & congregávit exércitum univérſi regni ſui, caſtra fórtia valdè.... Et vidit Judas & fratres ejus, quia multiplicáta ſunt mala: & exércitus applicábant ad fines eórum, & cognovérunt verba regis, quæ mandávit pópulo fácere in intéritum & conſummatiónem: & dixérunt unuſquiſque ad próximum ſuum: Erigámus dejectiónem pópuli noſtri, & pugnémus pro pópulo noſtro & ſanctis noſtris.

℟. Fleyérunt, *p.* 386.

Lectio iij.

Et poſt hæc conſtítuit Judas duces pópuli, tribúnos, & centurióues, & pentacontarchos, & decuriónes. Et dixit his qui ædificábant domos, & ſponſábant uxóres, & plantábant víneas, & formidolóſis, ut redírent unuſquiſque in domum ſuam, ſecundùm legem. Et movérunt caſtra, & collocavérunt ad Auſtrum Emmaüm; & ait Judas: Accíngimini, & eſtóte fílii poténtes, & eſtóte paráti in manè, ut pugnétis advérsus natiónes has, quæ

convenérunt adversùs nos, diſpérdere nos & ſancta noſtra: quóniam mélius eſt nos mori in bello, quàm vidére mala gentis noſtræ & ſanctórum. Sicut autem fúerit volúntas in cœlo, ſic fiat.

℟. Adhortans, *p.* 386.

C A N O N.

Ex Concílio Lateranenſi ſecundo Œcuménico.

Ann. 1139. *Can.* 16.

INdubitátum eſt quóniam honóres Eccleſiáſtici, ſánguinis non ſunt, ſed mériti: & Eccléſia Dei non hæreditário jure áliquem, neque ſecundùm carnem, ſucceſsórem expectat; ſed ad ſua regímina & officiórum ſuórum diſpenſatiónes, honeſtas, ſapientes & religióſas persónas expoſcit.

FERIA QUARTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 1. *Cap.* 4.

COmmiſérunt prælium (Judas cum decem míllibus viris,) & cecidérunt de exércitu Lyſiæ quinque míllia virórum. Videns autem Lyſias fugam ſuórum, & Judæórum audáciam, & quòd paráti ſunt aut vívere aut mori fórtiter, ábiit Antiochíam; & elégit mílites, ut multiplicáti rursùs venírent in Judæam. Dixit autem Judas & fratres ejus: Ecce contríti ſunt inimi[ci noſ]tri: aſcendámu[s nunc] mundáre ſancta & [renová]re. Et congregátus [est om]nis exércitus, & a[scendé]runt in montem [Sion.] Et vidérunt ſanctifica[tiónem] deſertam, & altár[e profa]nátum, & portas [exústas,] & in átriis virgult[a nata] ſicut in ſaltu, vel i[n món]tibus, & paſtophór[ia dirú]ta: & ſcidérunt veſ[timénta] ſua, & planxérunt [planctu] magno, & impoſué[runt cí]nerem ſuper caput [suum:] Et cecidérunt in fáci[em suam] per terram, & excl[amavé]runt tubis ſignórum [et cla]mavérunt in cœlum.

℟. Intrávit, *pag.*

Lectio ij.

TUnc ordinávi[t Judas] viros, ut pu[gnárent] adversùs eos qui e[rant in] arce, donec emu[ndárent] ſancta. Et elégit ſac[erdótes] ſine mácula, volu[ntátem] habentes in lege [Dei. Et] mundavérunt ſan[cta, et] tulérunt lápides co[ntami]natiónis in locum i[mmún]dum: & cogitávit d[e altári] holocauſtórum, qu[od pro]fanátum erat, qui[d de eo] fáceret. Et íncidit il[lis con]ſílium bonum, ut [destrúe]rent illud: ne fo[rte illis] eſſet in oppróbriu[m, quia] contaminavérunt gentes, & demoli[...]

repoſuérunt lápi-
ɔnte domûs in lo-
quoadúſque ve-
phéta, & reſpon-
eis. Et accepérunt
ıtegros ſecundùm
& ædificavérunt
ıvum, ſecundùm
ıd fuit priùs: &
ɪrunt Sancta, &
ı domum erant in-
: & ædem, & átria
.vérunt.
ːpit, *pag.* 384.
Lectio iij.
btulérunt ſacrifí-
ıſecundùm legem,
ire holocauſtórum
quod fecérunt. Se-
tempus & ſecun-
n, in qua conta-
unt illud gentes,
renovátum eſt in
, & cítharis, & cí-
in cymbalis. Et cé-
nis pópulus in fá-
ıdoravérunt, & be-
ːnt in cœlum eum
ɔerávit eis. Et fecé-
licatiónem altáris
cto, & obtulérunt
ſta cum lætítia, &
am ſalutáris & lau-
ɔrnavérunt fáciem
ːorónis áureis, &
, & dedicavérunt
& paſtophória, &
ːrunt eis jánuas. Et
t lætítia in pópulo
valdè, & averſum
róbrium géntium.
ıit Judas & fratres ejus, & univerſa ecclésia Iſrael, ut agátur dies dedicatiónis altáris in tempóribus ſuis, ab anno in annum, per dies octo, à quinta & vigéſima die menſis Caſleu, cum lætítia & gáudio.

℟. Surréxit, *pag.* 384.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 1.

SAncta Synodus omnes & ſíngulos qui ad promotiónem præficiēdórum, quodcumque jus habent, aut alióquin óperam ſuam præſtant, hortátur & monet ut imprímis memínerint nihil ſe ad Dei glóriam & populórum ſalútem utílius poſſe fácere, quàm ſi bonos Paſtóres, & Eccléſiæ gubernandæ idóneos promovéri ſtúdeant; eóſque aliénis peccátis communicantes mortáliter peccáre, niſi quos digniores & Eccléſiæ magìs útiles ipſi judicáverint, non quidem précibus, vel humáno affectu, aut ambiéntium ſuggeſtiónibus, ſed eórum exigéntibus méritis, præfici diligenter curáverint.

FERIA QUINTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. Libr. 2. *Cap.* 9.

EOdem témpore Antíochus inhoneſtè revertebátur de Pérſide. Intrá-

verat enim in eam quæ dícitur Persépolis, & tentávit expoliáre templum, & civitátem opprímere: ſed, multitúdine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt; & ita cóntigit ut Antíochus poſt fugam túrpiter redíret. Et cùm veniſſet circa Ecbátanam, recognóvit quæ erga Nicánorem & Timótheum geſta ſunt. Elátus autem in ira, arbitrabátur ſe injúriam illórum qui ſe fugáverant, poſſe in Judæos retorquére. Ideóque juſſit agitári currum ſuum: ſine intermiſſióne agens iter, cœleſti eum judício perurgente, eo quòd ita ſuperbè locútus eſt ſe ventúrum Jeroſólymam, & congériem ſepulchri Judæórum eam factúrum. Sed, qui univerſa cónſpicit, Dóminus Deus Iſrael percuſſit eum inſanábili & inviſibili plagâ. Ut enim finívit hunc ipſum ſermónem, apprehendit eum dolor dirus víſcerum, & amára internórum tormenta: & quidem ſatis juſtè; quippè qui multis & novis cruciátibus aliórum tórſerat víſcera, licèt ille nullo modo à ſua malítia ceſsáret.

℟. Dixit, *pag.* 385.

Lectio ij.

Super hoc autem ſupérbiâ replétus, ignem

ſpirans ánimo in Ju
& præcípiens accele
gótium, cóntigit ill
petu euntem de cu
dere, & gravi c
colliſióne membra
Iſque qui ſibi vid
étiam flúctibus mari
ráre, ſupra humánu
dum ſupérbiâ replé
móntium altitúdine
téra appéndere, nu
miliátus ad terram
ſtatório portabátur
niſeſtam Dei virtú
ſemetipſo conteſtan
ut de córpore imp
mes ſcaturírent, ac
tis in dolóribus carn
efflúerent, odóre
illíus & fœtóre ex
gravarétur. Et qui
ante sídera cœli c
gere ſe arbitrabátu
nemo póterat prop
tolerántiam fœtóri
táre. Hinc ígitur c
ex gravi ſupérbia
tus, ad agnitióne
veníre, divínâ ad
tus plagâ, per mo
síngula dolóribus ſ
gmenta capiéntibu
cùm nec ipſe jam fœ
ſuum ferre poſſet, i
Juſtum eſt súbditum
Deo, & mortálem n
ria Deo ſentíre. Orá
tem hic ſceleſtus I
num, à quo non eſſ
ſericórdiam conſecu
...Igitur homicída &

ſſimè percuſſus; álios tractáverè in móntibus óbitu vitâ fun-

rérunt Judam,

iij. Cap. 10.

jeus, qui priùs à s fúerat ſuper-vocáto exércitu multitúdinis, & a equitátu Asiá-nit quaſi armis iptúrus. Macha-n & qui cum ipſo ropinquante illo, gnur Dóminum, â aſpergentes, e cilíciis præcin-:áris crepídinem, ut ſibi propí-icis autem eórum ícus, & adversá-:arétur, ſicut lex ita poſt oratió-aptis armis, lón-vitáte proceden-róximi hóſtibus ſedérunt. Primo lis ortu utríque unt: iſti quidem & proſperitátis n cum virtúte Dó-abentes; illi au-m belli ánimum, Sed cùm véhe-gnâ eſſet, appa-dverſáriis de cœ-ûnque in equis, teis decóri, ducá-tis præſtantes: ex quibus duo Machabæum médium habentes, armis ſuis circumſeptum incólumem conſervábant: in adversários autem tela & fúlmina jaciébant; ex quo & cæcitáte confúſi, & repléti perturbatióne cadébant. Interfecti ſunt autem viginti míllia quingenti, & équites ſexcenti. Timótheus vero confúgit in Gázaram præsídium munítum.

℟. Adhortans, p. 386.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno. *Ann.* 1549. *Cap.* 72.

Cum Apóſtolus victu, adeóque ipsâ vitâ indignos júdicet hómines otióſos, qui panem non labóre ſuo partum, cum gravámine aliórum edunt; quantò gravióri indignatióni divínæ eos ſubjacére putandum eſt, qui cenſus Eccléſiæ, ſanctórum mártyrum patrimónia, & donária piæ plebis, ad divíni miniſtérii ſuſtentatiónem colláta, otióſè absúmunt?

FERIA SEXTA.

De libris Machabæórum. *Lectio j. Libr.* 2. *Cap.* 11.

Ingreſſus Lyſias Judæam, & apprópians Béthſuræ quæ erat in anguſto loco, ab Jeroſólyma intervallo quinque ſtadiórum, illud præsídium expugnábat. Ut

autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præſídia, cum fletu & lácrymis rogábant Dóminum, & omnis turba ſimul, ut bonum Angelum mítteret ad ſalútem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus, ſumptis armis, céteros adhortátus eſt ſimul ſecum perículum ſubíre, & ferre auxílium frátribus ſuis. Cúmque páriter prompto ánimo procéderent Jeroſólymis, appáruit præcédens eos eques in veſte cándida, armis áureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixérunt miſericordem Dóminum, & convaluérunt ánimis: non ſolùm hómines, ſed & béſtias ferociſſimas, & muros férreos paráti penetráre. Ibant ígitur prompti, de cœlo habentes adjutórem & miſerantem ſuper eos Dóminum. Leónum autem more, ímpetu irruentes in hoſtes, proſtravérunt ex eis úndecim míllia péditum, & équitum mille ſexcentos: univerſos autem in fugam vertérunt, plures autem ex eis vulneráti, nudi evasérunt. Sed & ipſe Lyſias túrpiter fúgiens eváſit.

℟. Intrávit rex, *p.* 383.

Lectio ij. Cap. 15.

NIcánor quidem cum ſumma ſupérbia erectus, cogitáverat commúne trophæum ſtatúere de Juda. Machabæus autem ſemper confidébat cum omni ſpe auxílium ſibi à Deo affutúrum: & hortabátur ſuos ne formidárent ad adventum natiónum, ſed in mente habérent adjutória ſibi facta de cœlo, & nunc ſperárent ab Omnipoténte ſibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de lege & Prophétis, ádmonens étiam certámina quæ fécerant priùs, promptióres conſtítuit eos: & ita ánimis eórum erectis, ſimul oſtendébat géntium falláciam, & juramentórum prævaricatiónem. Síngulos autem illórum armávit, non clypei & haſtæ munitióne, ſed ſermónibus óptimis & exhortatiónibus, expóſito digno fide ſómnio, per quod univerſos lætificávit.

℟. Cœpit, *pag.* 384.

Lectio iij.

ERat autem hujuſcémodi viſus: Oníam qui fúerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum móribus, & elóquio decórum, & qui à púero in virtútibus exercitátus ſit, manus protendentem, oráre pro omni pópulo Judæórum: poſt hoc apparuiſſe & álium virum, ætáte & glóriâ mirábilem, & magni decóris habitúdine cir-

reſpondentem ve-
n dixiſſe: Hic eſt
amátor & pópuli
ic eſt qui multùm
pópulo & univerſa
ivitáte, Jeremías
ı Dei. Extendiſſe
:remíam dextram,
e Judæ gládium
dicentem: Accipe
gládium, munus à
quo dejícies adver-
pupli mei Iſrael.
ti ítaque Judæ ſer-
ı bonis valdè, de
xtolli poſſet ím-
c ánimi júvenum
ri, ſtatuérunt di-
& confligere fór-
: virtus de negó-
:áret; eò quòd cí-
ncta & templum
rentur. Erat enim
ribus & fíliis,
pro frátribus &
, minor ſollicitú-
imus verò & pri-
ı ſanctitáte timor
pli.

rrexit, *pag.* 384.

A N O N.

ncílio Bituricenſi.
84. tit. de Benef.
Beneficium Ec-
iáſticum non otió-
fficium ſuum exe-
ur, ſit conſtitútum,
tr. Officium detur
um; denúntiat hæc
ómnibus cujuſ-
gradûs & condi-
qui Beneficia Ec-
cleſiáſtica ſolius temporá-
lis proventûs grátiâ ſuſcí-
piunt, eos non fácere fru-
ctus ſuos, ſed ad reſtitutió-
nem tenéri.

SABBATO.

De libris Machabæórum.
Lectio j. Libr. 2. Cap. 15.

NIcánor autem & qui cum ipſo erant, cum tubis & cánticis admovébant: Judas verò & qui cum eo erant, invocáto Deo per oratiónes, congreſſi ſunt: manu quidem pugnantes, ſed Dóminum córdibus orantes, proſtravérunt non minùs triginta quinque míllia, præſéntiâ Dei magnificè delectáti. Cúmque ceſſaſſent, & cum gáudio redírent, cognovérunt Nicanórem ruiſſe cum armis ſuis. Facto ítaque clamóre, & perturbatióne excitátâ, pátriâ voce omnipotentem Dóminum benedicébant. Præcépit autem Judas, qui per ómnia córpore & ánimo mori pro cívibus parátus erat, caput Nicánoris, & manum cum húmero abſciſſam, Jeroſólymam perferri. Quò cùm perveniſſet, convocátis contribúlibus & ſacerdótibus ad altáre, accérſiit & eos qui in arce erant. Et, oſtenſo cápite Nicánoris, & manu nefáriâ, quam extendens contra domum ſanctam

omnipotentis Dei, magníficè gloriátus eſt: linguam étiam ímpii Nicánoris præcíſam juſſit particulátim ávibus dari: manum autem dementis contra templum ſuſpendi. Omnes ígitur cœli benedixérunt Dóminum, dicentes: Benedictus qui locum ſuum incontaminátum ſervávit. Suſpendit autem Nicánoris caput in ſumma arce, ut évidens eſſet & manifeſtum ſignum auxílii Dei.

Lectio ij. Libr. 1. Cap. 9.

VIdit Judas quòd deflúxit exércitus ſuus, & bellum perurgébat eum, & confractus eſt corde, quia non habébat tempus congregandi eos, & diſſolútus eſt. Et dixit his qui resídui erant: Surgámus, & eámus ad adversários noſtros, ſi potérimus pugnáre adversùs eos. Et avertébant eum dicentes: Non potérimus, ſed liberémus ánimas noſtras modò, & revertámur ad fratres noſtros, & tunc pugnábimus adversùs eos: nos autem pauci ſumus. Et ait Judas: Abſit iſtam rem fácere ut fugiámus ab eis: & ſi appropiávit tempus noſtrum, moriámur in virtúte propter fratres noſtros, & non inferámus crimen glóriæ noſtræ...... Et ingravátum eſt prælium, & cecidérunt vulne-

ráti multi ex his & Et Judas cécidit, fugérunt. Et Jón Simon tulérunt Ju trem ſuum, & ſe eum in ſepulcro ſuórum in civitá Et flevérunt eum o pulus Iſrael plan gno, & lugébant d tos, & dixérunt: dò cécidit potens vum faciébat pópu rael!.... Et congre omnes amíci Jud xérunt Jónathæ: frater tuus Judas d eſt, vir ſímilis ei qui éxeat contra noſtros, Bácchide qui inimíci ſunt g ſtræ. Nunc ítaque diè elégimus eſſe nobis in príncipem cem ad bellandum noſtrum. Et ſuſcép thas témpore illo tum, & ſurrexit lo fratris ſui.

Lectio iij. Cap. 1

AUdivit Simo congregávit exércitum copióſ veníret in terram attéreret eam. Vid in tremóre pópuli in timóre, aſcendi lem, & congregáv lum, & adhortan Vos ſcitis quanta fratres mei, & dom mei, fécimus pro

nctis prælia, & quales vídimus: grátiâ periérunt ni omnes propter relíctus ſum ego nunc non mihi părcere ánimæ nni témpore tri- s: non enim mé- frátribus meis. o itaque gentem Sancta, natos noſtros, & uxó- congregátæ ſunt gentes contérere ícitiæ grátiâ. Et eſt ſpíritus pópuli audívit ſermónes reſpondérunt vo- dicentes: Tu es er loco Judæ & fratris tui: pu- nam noſtrum; & uæcumque díxe-, faciémus.... Et mnis terra Juda diébus Simónis, vit bona genti placuit illis poté- & glória ejus, óm- bus.

I N O N.

cílio Aquiſgra- nenſi.

libr. 1. *cap.* 116. Eccléſiæ, ſicut à ctis Pátribus trá- cta ſunt fidélium, eccatórum & patri- uperum. Quapro- lanti ac ſolerti cu- lendum eſt his qui ejus facultátes admini- ſtrant, ne eas in ſuos ſo- lúmmodò uſus convertant; ſed magìs juxta poſſibilitá- tem rerum, Chriſto famu- lántium, imò eórum in quibus Chriſtus páſcitur & veſtítur, curam gérere pé- nitùs non négligant.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Sapiéntia inſipiéntibus lo- cúta eſt: Relínquite in- fántiam & vívite, & am- buláte per vias prudéntiæ. *Prov.* 9.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA XV. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incípiunt Parábolæ Salomónis.

Lectio j. Prov. Cap. 1.

PArábolæ Salomónis, fí- lii David, regis Iſrael: ad ſciendam ſapiéntiam & diſciplínam, ad intelli- genda verba prudéntiæ, & ſuſcipiendam eruditiónem doctrínæ, juſtítiam, & ju- dícium, & æquitátem: ut detur párvulis aſtútia, a- doleſcenti ſciéntia & in- tellectus. Aúdiens ſápiens ſapiéntior erit: & intélli- gens gubernácula poſſidé- bit. Animadvertet parábo- lam & interpretatiónem, verba ſapientum & ænig- mata eórum. Timor Dómi- ni princípium ſapiéntiæ. Sapiéntiam atque doctrí-

nam ſtulti deſpíciunt. Audi, fili mi, diſciplínam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; ut addátur grátia cápiti tuo, & torques collo tuo.

℟. Vánitas vanitátum, & ómnia vánitas! Deum time, & mandáta ejus obſerva: * Hoc eſt omnis homo. ℣. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandáta. * Hoc. *Eccleſ.* 12. *Matth.* 19.

Lectio ij.

Fili mi, ſi te lactáverint peccatóres, ne acquieſcas eis. Si díxerint: Veni nobiſcum, inſidiémur ſánguini, abſcondámus tendículas contra inſontem fruſtrà: deglutiámus eum ſicut infernus viventem, & íntegrum quaſi deſcendentem in lacum: omnem pretióſam ſubſtántiam reperiémus, implébimus domos noſtras ſpóliis. Sortem mitte nobiſcum, marsúpium unum ſit ómnium noſtrûm. Fili mi, ne ámbules cum eis, próhibe pedem tuum à ſémitis eórum. Pedes enim illórum ad malum currunt, & feſtínant ut effundant ſánguinem.

℟. Beátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ! * Pretióſior eſt cunctis ópibus: longitúdo diérum in déxtera ejus, & in ſiniſtra illíus divitiæ & glória: viæ ejus

viæ pulchræ; & ſ
lius pacíficæ. ℣. S
diget ſapiéntiâ, p
Deo, qui dat óm
fluenter. * Preti
Prov. 3. *Jac.* 1.

Lectio ii

SApiéntia fori
cat.... dicens:
quò, párvuli, dil
fántiam? & ſtulti
ſibi ſunt nóxia;
& imprudentes
ſciéntiam? Conv
ad correptiónem
en próferam vob
tum meum, & c
vobis verba me
vocávi, & renui
tendi manum me
non fuit qui aſpíc
ſpexiſtis omne c
meum, & incre
meas neglexiſtis;
que in intéritu v
débo & ſubſannáb
vobis id quod tin
advénerit; cùm
repentína calámit
téritus quaſi temp
irrúerit: quandò
ſuper vos tribulát
guſtia. Tunc inv
me, & non exaúdi
nè conſurgent, &
vénient me.... Q
me audíerit, abſq
re requieſcet, & a
tiâ perfruétur, tir
lórum ſubláto.

℟. Da mihi, D
ſédium tuárum aſ

um, ut mecum ſit
n labóret, ut ſciam
eptum ſit apud te:
dúcet me in opéri-
s sóbriè; & erunt
ópera mea. ℣. Quæ
a eſt ſapiéntia, pu-
pacífica, modeſta,
onséntiens, plena
rdiâ, & frúctibus
Illa. Glória.* Illa.
Iac. 3.

NOCTURNO.

Sancti Auguſtini
i, de Civitáte Dei.
17. *c.* 20. §. 1.

Lectio iv.

hetaſſe Sálomon
ritur in ſuis libris,
receptí ſunt in
átem canónicam;
ia, Eccleſiaſtes, &
m Canticórum. A-
duo, quorum unus
ia, alter Eccleſiá-
citur, propter eló-
nullam ſimilitúdi-
: Salomónis dican-
ſuit conſuetúdo:
m eſſe ipsíus, non
t doctióres. Eos ta-
auctoritátem, má-
cidentális antíqui-
pit Eccléſia: quo-
uno qui appellá-
iéntia Salomónis,
Chriſti apertíſſimè
átur. Impii quippè
tóres ejus comme-
r dicentes: Cir-
iámus Juſtum, quó-
niam inſuávis eſt nobis, & contrárius eſt opéribus noſtris, & impróperat nobis peccáta legis, & infámat in nos peccáta diſciplínæ noſtræ. In Eccleſiáſtico autem, fides géntium futúra prædícitur iſto modo: Miſerére noſtri, Dominátor Deus ómnium, & immitte timórem tuum ſuper omnes gentes.

℟. Ne deſpícias hóminem avertentem ſe à peccáto; neque impróperes ei: * Memento quóniam omnes in correptióne ſumus. ℣. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delicto, hujúſmodi inſtrúite in ſpíritu lenitátis, conſíderans teipſum, ne & tu tentéris. * Memento. *Eccli.* 8. *Galat.* 6.

Lectio v. §. 2.

In tribus verò illis quos Salomónis eſſe conſtat, & Judæi canónicos habent, ut oſtendátur ad Chriſtum & Eccléſiam pertinére quod in eis ejúſmodi reperítur, operóſa diſputátio neceſſária eſt, quæ nos, ultrà quàm oportet, ſi nunc adhibétur, extendit. Tamen quod in Provérbiis légitur, viros ímpios dícere: Abſcondámus in terra virum juſtum injuſtè, abſorbeámus verò eum tanquàm infernus viventem, & auferámus ejus memóriam de

terra, poſſeſſiónem ejus pretióſam apprehendámus; non ita obſcúrum eſt, ut de Chriſto & poſſeſſióne ejus Eccléſia ſine laborióſa expoſitióne non poſſit intélligi. Tale quippè áliquid étiam Dóminus ipſe Jeſus per Evangélicam parábolam oſtendit dixiſſe malos colónos: Hic eſt hæres; veníte, occidámus eum, & noſtra erit hæréditas.

℟. Oculi Dómini multò plùs lucidióres ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hóminum, & hóminum corda intuentes in abſcónditas partes: * Dómino enim Deo, antequàm crearentur, ómnia ſunt ágnita. ℣. Non eſt ulla creatúra inviſíbilis in conſpectu ejus; ómnia autem nuda & aperta ſunt óculis ejus. * Dómino. *Eccli.* 23. *Hebr.* 4.

Lectio vj.

IN álio libro qui vocátur Eccleſiaſtes, ubi ait: Non eſt bonum hómini, niſi quòd manducábit & bibet, quid credibílius dícere intellígitur, quàm quod ad participatiónem menſæ hujus pértinet, quam Sacerdos ipſe Mediátor teſtamenti novi exhibet ſecundùm órdinem Melchíſedech de córpore & ſánguine ſuo? Id enim ſacrifícium ſucceſſit ómnibus illis ſacrifíciis véteris teſtamenti, quæ immolabantur in umbra futúri.... Jam verò Cánticum Canticórum ſpirituális quædam ſanctárum eſt volúptas méntium, in conjúgio illíus Regis & Regínæ civitátis, quod eſt Chriſtus & Eccléſia. Sed hæc volúptas allegóricis tegumínibus involúta eſt, ut deſiderétur ardéntiùs.

℟. Bono ánimo glóriam redde Deo; & non minuas primítias mánuum tuárum: * In omni dato hilarem fac vultum tuum; † Quóniam Dóminus retríbuens eſt. ℣. Non ex triſtítia aut ex neceſſitáte; hilarem enim datórem díligit Deus. * In omni dato. Glória. † Quóniam. *Eccli.* 35. *II. Cor.* 9.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 7.

IN illo témpore: Ibat Jeſus in civitátem quæ vocátur Naim: & ibant cum eo diſcípuli ejus, & turba copióſa. Cùm autem appropinquáret portæ civitátis, ecce defunctus efferebátur fílius únicus matris ſuæ. Et réliqua.

a ſancti Auguſtini
Epiſcopi.

8. de Verb. Evang.

...emus quid Chri-
...s nos diſcere vó-
tribus mórtuis quos
...it. Reſuſcitávit fi-
...órtuam Archiſyna-
ad quam ægrotan-
...ebátur, ut eam de
...line liberáret. Ex-
... hunc júvenem,
...viduæ de quo nunc
... funus, ut hinc
...æ ipſe largíri di-
..., cum veſtra caritá-
...erémur. Modò au-
...uómodò excitátus
...propinquábat Dó-
...civitáti; & ecce ef-
...tur jam mórtuus ex-
...tam: miſericórdiâ
...tus, quòd flebat ma-
...a & deſtitúta único
fecit quod audiſtis,
: Adoleſcens, tibi
ſurge. Surrexit ille
..s, cœpit loqui; &
it illum matri ſuæ.
vit & Lázarum de
...o.
Defunctus efferebá-
...s ûnicus matris ſuæ;
vidua erat. Quam
idiſſet * Dóminus,
córdiâ motus ſuper
dixit illi: Noli flere.
n deſpíciet Dóminus
n, ſi effundat loqué-
...mitûs. * Dóminus.
. *Eccli.* 35.

Lectio viij.

ISta tria génera mortuó-rum ſunt tria génera peccatórum, quos hodiéque ſúſcitat Chriſtus. Illa enim mórtua fília Archiſynagógi intùs erat in domo; nondùm erat de ſecrétis pariétibus eláta in públicum. Ibi intùs ſuſcitáta eſt, viva paréntibus rédditâ. Iſte autem jam quidem non in domo, ſed tamen nondùm in ſepulcro: pariétibus elátus erat, terræ mandátus non erat. Qui ſuſcitávit mórtuam nondùm elátam, ſuſcitávit mórtuum jam elátum, nondùm ſepultum. Tértium reſtábat, ut & ſepultum ſuſcitáret, & hoc fecit in Lázaro.

℟. Acceſſit Jeſus, & tétigit lóculum; hi autem qui portábant, ſtetérunt. Et * Ait: † Adoleſcens, tibi dico; ſurge: & reſédit qui erat mórtuus. ℣. Dóminus mortíficat & vivíficat, dedúcit ad ínferos & redúcit. * Ait. Glória. † Adoleſcens. *Luc.* 7. *I. Reg.* 2.

Lectio ix.

HÆc ergo, cariſſimi, ſic audiámus, ut qui vivunt, vivant; qui mórtui ſunt, reviviſcant. Sive adhuc peccátum in corde conceptum eſt, & non proceſſit in factum; pœníteat, corrigátur cogitátio, ſur-

gat mórtuus intra domum conſciéntiæ. Sive jam quod cogitávit, admíſit; nec ſic deſperétur. Non ſurrexit mórtuus intùs, ſurgat elátus. Pœníteat facti, de próximo reviviſcat: non eat in profundum ſepultúræ; non accípiat déſuper conſuetúdinis molem. Sed fortè jam illi loquor, qui jam duro ſui moris lápide prémitur, qui jam urgétur conſuetúdinis póndere, qui jam quatriduánus putet. Nec ipſe deſpéret: profundus mórtuus eſt, ſed altus eſt Chriſtus. Novit clamando terréna ónera rúmpere, novit intrínſecùs per ſeipſum vivificáre, ſolvendum diſcípulis trádere. Agant étiam tales pœniténtiam. Neque enim Lázaro reſuſcitáto poſt quatríduum, ullus putor in vivente remánſerat. Ergo qui vivunt, vivant: quicumque autem mórtui ſunt, in quacumque harum trium morte ſe invénerint, agant ut celériter jam reſurgant.

Ad Bened. *Ant.* 8. D. Qui erat mórtuus, cœpit loqui; & dedit illum Jeſus matri ſuæ. *Luc.* 7.

Oratio.

Eccléſiæ tuæ, Dómine, lácrymas & preces benignus exaudi; ut quæ de ſuórum contriſtátur ſpiritáli morte filiórum, de eórum ad grátiæ vi[...] rectióne lætétur [...] minum.

CANO[...]

Ex Concílio [...] *Ann.* 1583. *tit.* [...] *Feſtis, n.* 2.

Diébus Do[...] Feſtis in ſua[...] pópulus convéni[...] ſæ, concióni a[...] interſit. Iiſdem [...] mo lúſibus aut [...] óperam; máximè [...] num celebrátur [...] monebitúrque a[...] rio vel Parœco [...] tus, ut id nequá[...] permittat.

Ad Magníf. [...] Accépit omnes [...] magnificábant [...] centes: Quia Pro[...] gnus ſurrexit in [...] quia Deus viſitáv[...] ſuam. *Luc.* 7.

FERIA SEC[...]

De Parábolis Sa[...]

Lectio j. Ca[...]

Fili mi, ne o[...] legis meæ, & [...] mea cor tuum [...] longitúdinem [...] rum, & annos vi[...] cem appónent ti[...] córdia & vérit[...] déſerant; circ[...] gútturi tuo, & [...] tábulis cordis tu[...] nies grátiam & di[...] bonam coram D[...]

ibe fidúciam in
:oto corde tuo,
iris prudéntiæ
nibus viis tuis
ı, & ipſe díri-
tuos. Ne ſis
d temetipſum:
, & recéde à

as, *pag.* 400.
tio ij.
ı Dóminum de
bſtántia, & de
nnium frugum
ei: & imple-
:ea tua ſaturitá-
ı torculária tua
ıt. Diſciplínam
li mi, ne abjí-
lefícias cùm ab
is: quem enim
ıinus, córripit;
ter in fílio cóm-
. Beátus homo
ſapiéntiam, &
prudéntiâ! Mé-
uiſítio ejus ne-
argenti, & auri
ɔuriſſimi fructus
ɔſior eſt cunctis
ómnia quæ deſi-
ıuic non valent

is homo, *p.* 400.
iij. Cap. 5.
attende ad ſa-
m meam, & pru-
æ inclína aurem
uſtódias cogita-
diſciplínam lá-
ıſervent. Ne at-
láciæ mulíeris;

favus enim diſtillans lábia meretrícis, & nitídius óleo guttur ejus; noviſſima autem illíus amára quaſi abſýnthium, & acúta quaſi gládius biceps. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad ínferos greſſus illíus pénetrant. Per sémitam vitæ non ámbulant, vagi ſunt greſſus ejus & inveſtigábiles. Nunc ergo, fili mi, audi me, & ne recédas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques fóribus domûs ejus.

℞. Da mihi, *pag.* 400.

CANON.

Ex Concílio Nannetenſi.

Ann. 895. *Can.* 10.

INſtruendi ſunt Presbyteri, paritérque admonendi, quátenùs nóverint décimas & oblatiónes, quas à fidélibus accípiunt, páuperum & hóſpitum, & peregrinórum eſſe ſtipéndia, & non quaſi ſuis, ſed quaſi commendátis uti: de quibus ómnibus ſciant ſe ratiónem poſitúros in conſpectu Dei.

FERIA TERTIA,

De Parábolis Salomónis.

Lectio j. Cap. 6.

VAde ad formícam, ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapiéntiam: quæ, cùm non hábeat ducem, nec præceptórem, nec príncipem,

parat in æſtáte cibum ſibi, & cóngregat in meſſe quod cómedat. Uſquequò, piger, dórmies? quandò conſúrges è ſomno tuo? Páululùm dórmies, páululùm dormitábis, páululùm cónſeres manus ut dórmias: & véniet tibi quaſi viátor egeſtas, & paupéries quaſi vir armátus. Si verò ímpiger fúeris, véniet ut fons meſſis tua, & egeſtas longè fúgiet à te.

℟. Ne deſpícias, *p.* 401.

Lectio ij.

HOmo apóſtata vir inútilis: gráditur ore perverſo, ánnuit óculis, terit pede, dígito lóquitur, pravo corde machinátur malum, & omni témpore júrgia séminat. Huic extemplò véniet perdítio ſua, & súbitò conterétur, nec habébit ultrà medicínam. Sex ſunt quæ odit Dóminus; & séptimum deteſtátur ánima ejus: óculos ſublímes, linguam mendácem, manus effundentes innóxium sánguinem, cor máchinans cogitatiónes péſſimas, pedes velóces ad currendum in malum, proferentem mendácia teſtem fallácem, & eum qui séminat inter fratres diſcórdias.

℟. Oculi, *pag.* 402.

Lectio iij. Cap. 8.

EGo Sapiéntia hábito in consílio; & erudítis intersum cogitatiónibu
mor Dómini odit m
arrogántiam, & ſupér
& viam pravam, &
lingue deteſtor. Me
consílium, & æquita
eſt prudéntia; mea
titúdo. Per me reg
gnant, & legum cond
juſta decernunt: p
príncipes ímperant,
tentes decernunt juſt
Ego diligentes me d
& qui manè vígilant
invénient me.

℟. Bono ánimo,

CANON.

Ex Concílio Tride

Seſſ. 25. *de Ref.* c

QUibuſcumque B
cia Eccleſiáſtica
ſeculária quàm reg
obtinéntibus, omn
terdícit ſancta Syno
ex redítibus Eccleſi
ſanguíneos famili
ſuos augére ſtúdeant
& Apoſtolórum C
prohíbeant, ne res Ec
ſticas quæ Dei ſunt
ſanguíneis donent;
páuperes ſint, iis ut
ribus diſtríbuant; e
rem non díſtrahant
díſſipent illórum ca

FERIA QUAR

De Parábolis Salo

Lectio j. Cap.

FIlius sápiens la
patrem; fílius ve
tus mœſtítia eſt ma
Nihil próderunt t

; juſtítia verò li-
iorte. Non afflí-
nus fame áni-
, & insídias im-
bvertet. Egeſtá-
a eſt manus re-
nus autem fór-
ias parat. Qui
adáciis, hic paſ-
, ídem autem ip-
r aves volántes.
egat in meſſe,
ns eſt; qui au-
t æſtáte, fílius
s. Benedíctio Dó-
r caput juſti: os
piórum óperit
Memória juſti
bus; & nomen
putreſcet. Sá-
le præcepta súſ-
us cæditur lábiis.
dat ſimplíciter,
onfidenter: qui
rávat vias ſuas,
s erit. Qui án-
i, dabit dolórem;
lábiis verberábi-
vitæ, os juſti; &
um óperit iniqui-
lium súſcitat ri-
ūiverſa delícta ó-
as.
itas, pag. 400.
ectio ij.
s ſapientis inve-
piéntia: & virga
ejus qui índiget
pientes abſcon-
itiam: os autem
nſióni próximum
antia divítis, urbs

fortitúdinis ejus: pavor
páuperum, egeſtas eórum.
Opus juſti ad vitam; fru-
ctus autem ímpii ad peccá-
tum. Via vitæ cuſtodienti
diſciplínam: qui autem in-
crepatiónes relinquit, er-
rat. Abſcondunt ódium lá-
bia mendácia: qui profert
contuméliam, insípiens eſt.
In multilóquio non déerit
peccátum: qui autem mo-
derátur lábia ſua, pruden-
tíſſimus eſt. Argentum ele-
ctum lingua juſti; cor au-
tem impiórum pro níhilo.
Lábia juſti erúdiunt plúri-
mos: qui autem indocti
ſunt, in cordis egeſtáte
morientur.

℟. Beátus homo, p. 400.

Lectio iij. Cap. 11.

Statéra dolóſa abomi-
nátio eſt apud Dómi-
num: & pondus æquum
volúntas ejus. Ubi fúerit
ſupérbia, ibi erit & con-
tumélia: ubi autem eſt hu-
mílitas, ibi & ſapiéntia.
Simplícitas juſtórum díri-
get eos; & ſupplantátio
perversórum vaſtábit illos.
Non próderunt divítiæ in
die ultiónis: juſtítia au-
tem liberábit à morte.
Juſtítia símplicis díriget
viam ejus: & in impietáte
ſua córruet ímpius. Juſtí-
tia rectórum liberábit eos;
& in insídiis ſuis capien-
tur iníqui. Mórtuo hómi-
ne ímpio, nulla erit ultrà

ſpes : & expectátio ſollicitórum peribit. Juſtus de angúſtia liberátus eſt ; & tradétur ímpius pro eo..... In bonis juſtórum exultábit cívitas ; & in perditióne impiórum erit laudátio.... Qui déſpicit amícum ſuum, índigens corde eſt : vir autem prudens tacébit. Qui ámbulat fraudulenter, revélat arcána : qui autem fidélis eſt ánimi, celat amíci commiſſum... Abominábile Dómino cor pravum ; & voluntas ejus in iis qui ſimplíciter ámbulant.

℟. Da mihi, *p.* 400.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 62.

CAvendum eſt ne cupiditáte prolapſi, quæ radix eſt ómnium malórum, dum vel própriis, vel propinquórum, & familiárium divítiis & honóribus ſtudémus, quæ Deo dicáta ſunt bona, & Eccléſiæ detrimento, & páuperum gémitu, & bonórum offenſióne ad aliórum uſum convertámus.

FERIA QUINTA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j. Cap. 14. *&* 15.

EST via quæ vidétur hómini juſta ; novíſſima autem ejus dedúcunt ad mortem. Riſus dolóre miſcébitur, & extréma gáudii luctus óccupat. Viis ſuis replébitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bonus. Innocens credit omni verbo : aſtútus consíderat greſſus ſuos. Fílio dolóſo nihil erit boni ; ſervo autem ſapienti próſperi erunt actus, & dirigétur via ejus. Sápiens timet & declínat à malo : ſtultus tránſilit & confidit. Impátiens operábitur ſtultítiam : & vir verſútus odióſus eſt... Qui calumniátur egentem, éxprobrat factóri ejus : honórat autem eum qui miſerétur páuperis. In malítia ſua expellétur ímpius ; ſperat autem juſtus in morte ſua. In corde prudentis requieſcit ſapiéntia ; & indoctos quoſque erúdiet. Juſtítia élevat gentem ; míſeros autem facit pópulos peccátum.

℟. Ne deſpícias, *p.* 401.

Lectio ij. Cap. 15. *&* 16.

COr ſapientis quærit doctrínam ; & os ſtultórum páſcitur imperítia. Omnes dies páuperis, mali : ſecúra mens quaſi juge convívium. Mélius eſt parum cum timóre Dómini, quàm theſauri magni & inſatiábiles. Mélius eſt vocári ad ólera cum caritáte, quàm ad vítulum ſaginátum cum ódio. Vir iracúndus próvocat rixas : qui pátiens

mítigat ſuſci-
minis eſt áni-
ráre, & Dó-
iáre linguam.
ıóminis patent
ſpirítuum pon-
Dóminus. Re-
ıo ópera tua,
:r cogitatiónes
·ſa propter ſe-
perátus eſt Dó-
ium quoque ad
n. Abominátio
: omnis árro-
nſi manus ad
:it, non eſt ín-
:ium viæ bonæ,
.tiam: accepta
pud Deum ma-
moláre hóſtias.
iâ & veritáte
níquitas: & in
nini declinátur

i Dómini, *pag.*

Cap. 16. & 17.
· eſt pátiens viro
; & qui domi-
o ſuo, expugna-
a. Sortes mit-
num, ſed à Dó-
erantur. Mélior
ı ſicca cum gáu-
domus plena ví-
. júrgio. Servus
minábitur filiis
inter fratres hæ-
dívidet. Sicut
átur argentum,
:amíno; ita cor-
Dóminus. Malus
;ſtiva.

obédit linguæ iníquæ, & fallax obtémperat lábiis mendácibus. Qui déſpicit páuperem, expróbrat factóri ejus; & qui ruínâ lætátur altérius, non erit impunítus.... Qui juſtíficat ímpium, & qui condemnat juſtum, abominábilis eſt uterque apud Deum. Quid prodeſt ſtulto habére dívítias, cùm ſapiéntiam émere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam, quærit ruínam: & qui evítat díſcere, íncidet in mala. Omni témpore díligit qui amícus eſt, & frater in angúſtiis comprobátur.

℟. Bono ánimo, *p.* 402.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.

Ann. 1583. *tit. de Simoniac.*

SI quis Beneſícium propter obſéquium, vel impenſæ ſervitútis mercédem cónferat; vel de retinenda penſióne ſibi vel álteri paciſcátur; aut partem frúctuum, vel áliud Beneſícium in compenſatiónem collatiónis étiam álteri conferendum éxigat; vel áliam quámlibet pactiónem à Sede Románâ non approbátam fécerit; ſimoníacus eſſe cenſeátur.

FERIA SEXTA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j. Cap. 18.

IMpius, cùm in profundum vénerit peccató-

rum, contemnit: ſed ſéquitur eum ignomínia & oppróbrium. Aqua profunda, verba ex ore viri; & torrens redundans, fons ſapiéntiæ. Accípere persónam ímpii non eſt bonum, ut declínes à veritáte judícii. Lábia ſtulti miſcent ſe rixis; & os ejus júrgia próvocat. Os ſtulti contrítio ejus: & lábia ipsíus ruína ánimæ ejus. Verba bilinguis quaſi ſimplícia; & ipſa pervéniunt uſque ad interióra ventris.

℟. Vánitas vanitátum, *pag.* 400.

Lectio ij. Cap. 22.

PRovérbium eſt: Adoleſcens juxta viam ſuam, étiam cùm ſenúerit, non recédet ab ea. Dives paupéribus ímperat: & qui áccipit mútuum, ſervus eſt fenerantis. Qui séminat iniquitátem, metet mala, & virgâ iræ ſuæ conſummábitur. Qui pronus eſt ad misericórdiam, benedicétur; de pánibus enim ſuis dedit páuperi. Victóriam & honórem acquíret qui dat múnera: ánimam autem aufert accipiéntium. Ejice deriſórem, & exíbit cum eo júrgium, ceſſabúntque cauſæ & contumeliæ. Qui díligit cordis mundítiam, propter grátiam labiórum ſuórum habébit amícum Regem.

℟. Beátus homo, *pag.* 400.

Lectio iij. Cap. 24.

ERue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad intéritum, liberáre ne ceſſes. Si díxeris: Vires non súppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intélligit, & Servatórem ánimæ tuæ nihil fallit, reddétque hómini juxta ópera ſua. Cómede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & favum dulcíſſimum gútturi tuo: ſic & doctrína ſapiéntiæ ánimæ tuæ: quam cùm invéneris, habébis in noviſſimis ſpem, & ſpes tua non períbit. Ne inſidiéris, & quæras impietátem in domo juſti, neque vaſtes réquiem ejus. Sépties enim cadet juſtus, & reſurget: ímpii autem córruent in malum. Cùm cecíderit inimícus tuus, ne gáudeas: & in ruína ejus ne exultet cor tuum; ne fortè vídeat Dóminus, & diſpliceat ei, & áuferat ab eo iram ſuam.

℟. Da mihi, *pag.* 400.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi *Ann.* 1584. *tit. de Simoniac.*

BEneficia prétio obtenta, & in confidéntiam ſeu cuſtódiam occultè aut apertè trádita, ipſo jure vacent: qui percípiunt eórum fructus, ſuos non ſa-

ſed ad reſtitutiónem
:ur.

A B B A T O.

rábolis Salomónis.

ctio j. Cap. 25.

glorióſus appáreas
ntam rege, & in lo-
nórum ne ſtéteris.
eſt enim ut dicátur
ſcende huc, quàm
iliéris coram prín-
Quæ vidérunt óculi
: próferas in júrgio
e emendáre non poſ-
tùm dehoneſtáveris
ú tuum. Cauſam
tracta cum amíco
: ſecrétum extráneo
iles: ne fortè inſul-
cùm audíerit, & ex-
re non ceſſet. Grátia
cítia líberant: quas
va, ne exprobrábilis

ctio ij. Cap. 29.

di fílium tuum, &
rigerábit te, & dabit
s ánimæ tuæ. Cùm
tia defécerit, diſſi-
: pópulus: qui verò
t legem, beátus eſt.
verbis non poteſt
: quia quod dicis in-
, & reſpondére con-
. Vidiſti hóminem
m ad loquendum?
i magis ſperanda
àm illius corréptio.
elicátè à pueritia
ſervum ſuum, pó-
itiet eum contumá-
ir iracundus próvo-
cat rixas: & qui ad indi-
gnándum fácilis eſt, erit ad
peccándum proclívior. Su-
perbum ſéquitur humíli-
tas: & húmilem ſpíritu
ſuſcípiet glória.

Lectio iij. Cap. 30.

Viſio quam locútus eſt
vir cum quo eſt Deus,
& qui Deo ſecum morante
confortátus ait: Stultíſſi-
mus ſum virórum, & ſa-
piéntia hóminum non eſt
mecum. Non dídici ſapién-
tiam, & non novi ſcién-
tiam ſanctórum. Quis á-
ſcendit in cœlum atque de-
ſcendit? quis contínuit ſpí-
ritum in mánibus ſuis? quis
colligávit aquas quaſi in
veſtiménto? quis ſuſcitávit
omnes términos terræ?
quod nomen eſt ejus, &
quod nomen fílii ejus, ſi
noſti? Omnis ſermo Dei
ignitus: clypeus eſt ſpe-
rántibus in ſe. Ne addas
quidquam verbis illíus, &
arguáris, inveniaríſque
mendax. Duo rogávi te, ne
déneges mihi, ántequàm
móriar. Vanitátem & ver-
ba mendácia longè fac à
me. Mendicitátem & di-
vítias ne déderis mihi: trí-
bue tantùm víctui meo ne-
ceſſária; ne fortè ſatiátus
illíciar ad negandum, &
dicam: Quis eſt Dóminus?
aut egeſtáte compúlſus fú-
rer, & perjúrem nomen
Dei mei.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1583. *tit. de Simoniac. num.* 9.

SAcerdótes qui de prétio paciſcuntur ut Miſſas célebrent; & Parœci qui, pro Sacramentórum adminiſtratióne, vel fúnere, vel ſepultúris, áliquid éxigunt præter ea quæ de jure, lege, vel conſuetúdine laudábili conferuntur, habeantur ſimoníaci: non autem, ſi ſpontè obláta recípiant.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Cùm eſſet ſapientíſſimus Eccleſiaſtes, dócuit pópulum, & conſcripſit ſermónes rectíſſimos, ac veritáte plenos. *Eccl.* 12.

Oratio infrà ad Laudes.

DOMINICA XVI. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Eccleſiaſtæ.

Lectio j. Cap. 1.

VErba Eccleſiaſtæ filii David, regis Jerúſalem. Vánitas vanitátum, dixit Eccleſiaſtes: vánitas vanitátum, & ómnia vánitas. Quid habet ampliùs homo de univerſo labóre ſuo quo labórat ſub ſole? Generátio præterit, & generátio ádvenit: terra autem in æternum ſtat. Oritur ſol, & óccidit, & ad locum ſuum revértitur: ibíque renaſcens, gyr[at per] Merídiem, & flect[itur ad] Aquilónem: luſtra[ns univer]ſa, in circúitu per[git ſpí]ritus, & in círcul[os ſuos] revértitur. Omnia f[lúmina] intrant in mare, & [mare] non redúndat: ad l[ocum] unde éxeunt flúmin[a re]vertuntur, ut íterùm [fluant].

℟. Vánitas vanit[átum] *pag.* 400.

Lectio ij.

CUnctæ res diff[íciles]: non poteſt eas [homo] explicáre ſermóne. N[on ſa]turátur óculus viſu, [nec au]ris audítu implétur. [Quid] eſt quod fuit? ipſum [quod] futúrum eſt. Quid e[ſt quod] factum eſt? ipſum [quod] faciendum eſt. Ni[hil ſub] ſole novum, nec [valet] quiſquam dícere: E[cce hoc] recens eſt: jam eni[m præ]ceſſit in ſéculis quæ [fuérunt] ante nos. Non eſt p[riórum] memória: ſed nec [eórum] quidem, quæ póſte[a futú]ra ſunt, erit recor[dátio a]pud eos qui futúri [ſunt in] noviſſimo.

℟. Beátus homo [...] 400.

Lectio iij.

EGo Eccleſiaſtes [fui rex] Iſrael in Jerúſa[lem, &] propóſui in ánim[o meo] quærere & inveſti[gare ſa]pienter de ómnib[us quæ] fiunt ſub ſole. Han[c occu]patiónem péſſima[m]

hóminum, ut
ur in ea. Vidi
ſunt ſub ſole,
erſa vánitas, &
íritûs. Perverſi
orriguntur, &
infinítus eſt nú-
útus ſum in cor-
cens: Ecce ma-
us ſum, & præ-
s ſapiéntiâ qui
te me in Jerúſa-
ns mea contem-
ulta ſapienter:
, dedíque cor
ſcirem prudén-
ie doctrínam,
& ſtultítiam:
quòd in his
et labor, & af-
itûs: eò quòd
ſapiéntia multa
tio; & qui ad-
m, addit & la-

nihi, pag. 400.

OCTURNO.

ancti Joannis
ysóſtomi.

contra Concubin.

ectio iv.

a, cùm ſeculá-
rum concupiſ-
erétur, magnas
irandas putábat,
e in eis labóris
údinis inſumé-
gníficas domos
, aurum im-
acervando, con-
gregando cantórum cho-
ros, comparando vária
génera miniſtrórum men-
ſæ & popínæ, quærendo
ánimæ ſuæ voluptátem ab
hortórum & córporum for-
mosórum grátiâ; & om-
nem, ut ita dicam, oble-
ctatiónis & refrigérii viam
ſectando. At ubi indè ad
ſe reverſus, & quaſi ex
umbróſa quadam abyſſo
ad lumen veræ ſapiéntiæ
reſpícere váluit; tunc ſu-
blímem illam & cœlis di-
gnam emíſit vocem: Váni-
tas vanitátum, & omnia
vánitas. Hanc & vos, &
hâc ſublimiórem, ſi volué-
ritis, efferétis ſenténtiam
de intempeſtíva hac vo-
luptáte, ſi aliquantiſper à
mala conſuetúdine vos ſe-
junxéritis.

℞. Ne deſpícias, pag. 401.

Lectio v.

Quamvis autem à Sa-
lomóne séculis ſupe-
rióribus non tam multa ſa-
piéntiæ exigebátur dili-
géntia: neque enim delí-
cias lex vetus prohibébat,
neque áliis frui ſupervá-
cuis dicébat eſſe vanum:
áttamen & ſic ſe habénti-
bus rebus, in ipſis con-
tuéri licuit quàm viles &
vanitáti obnóxiæ res eſ-
ſent. Nos verò ad majó-
rem vocáti vitam, & ad
excelléntius faſtígium a-

ſcéndimus, & in majóribus exercémur palæſtris: & quid áliud quàm, ſicut ſupernæ Virtútes intellectuáles & incorpóreæ illæ, vitam inſtituere jubémur?

℟. Oculi Dómini, *pag.* 402.

Lectio vj.

ITaque, licèt parva voluptas ſit, opponátur ei vermis perpétuus, ténebræ exterióres, ignis inextinguíbilis, tribulátio, angúſtia, ſtridor déntium, víncula inſolubília. Hæc ſicut in tábula proponámus ante óculos, reſiliamúſque à pernicióſo graviſſimóque morbo, ut cum fulgéntibus corónis hinc migrémus, & poſſimus líbero ore ad Chriſtum dícere: Propter te & glóriam tuam, & familiaritátes contémpſimus, & voluptáti imperávimus, & ánimam noſtram afflíximus, & ejécimus amícas, & te amorémque tuî rebus ómnibus præpoſúimus. Sic enim lucrábimur noſmetipſos, lucrábimur eos qui ſcandalizantur, & cum ipſis Martyribus collocábimur, primóque in órdine eórum qui hoc máximo certámine vicérunt, & fórtiter cruciátus tulérunt.

℟. Bono ánimo, *p.* 402.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 14.

IN illo témpore: Cùm intráret Jeſus in domum cujuſdam príncipis Phariſæórum, Sábbato, manducáre panem; & ipſi obſervábant eum. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 37. *in Cant.* §. 7.

NOli te, homo, comparáre majóribus, noli minóribus, noli aliquibus, noli uni. Quid ſcis enim, ô homo, ſi unus ille quem fortè ómnium viliſſimum atque miſérrimum réputas, cujus vitam ſceleratiſſimam ac ſinguláriter fœdiſſimam horres, & proptéreà illum putas ſpernendum, non modò præ te qui fortè jam ſóbriè, & juſtè, & piè vívere te confidis, ſed étiam præ céteris ómnibus ſcelerátis tanquam ómnium ſceleratiſſimum: quid ſcis, inquam, ſi mélior & te & illis mutatióne déxteræ Excelſi in ſe quidem futúrus ſit, in Deo verò jam ſit? Et proptéreà Chriſtus non mediocrem, non vel penúltimum, non ipſum ſaltem inter noviſſimos elígere locum nos vóluit; ſed Recumbe, inquit, in

no loco: ut ſolus
t ómnium novíſ-
ſideas, téque né-
n dico præpónas,
comparáre præſú-

ìm invitátus fúe-
núptias, * Non
as in primo loco,
honorátior te ſit
s, & qui te vo-
icat tibi: Da huic
℣. Mélius eſt ut
ibi: Aſcende huc,
humiliéris. * Non
as. *Luc* 14. *Prov.*

iij. De diverſis,
rm. 36. §. 4.
mper magìs atten-
uæ álius habet,
habes: quòd hæc
in humilitáte te
:, & à deſcenſu
is elonget, ma-
n & accendat de-
proficiendi. Vide
uanta è regióne
gitátio illa par-
quâ ſédulè verſas
o quod tibi ha-
éris, & álterum
m æſtimas non ha-
nc enim eleváris
biam, dum te
álteri: hinc pro-
gligis, dum te
quémpiam arbi-
ninc demùm ín-
deficere, dum ti-
s comparatióne,
mìs egiſſe vidé-

ris; sícque in tepiditátem íncidis, & íncipis remíſſiùs ágere Scimus autem, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humílibus autem dat grátiam.

℟. Quantò magnus es, humília te in ómnibus,* Et coram Deo invénies grátiam; quóniam † Magna poténtia Dei ſolius, & ab humílibus honorátur. ℣. Tu fide ſtas: noli altum ſápere, ſed time. * Et coram Deo invénies grátiam. Glória Patri. † Magna poténtia. *Eccli.* 3. *Rom.* 11.

Lectio ix.

Serm. 2. *pro Dom. I. Novembr.* §. 3.

QUalem, putas, neceſſe eſt hóminem inveníri, qui repudiáti locum Angeli ſortiátur? Planè immúnem ab omni iniquitáte, ſed ab ea máximè quæ in ipſo quoque Angelo non ad levem offenſam, non ad momentáneam iram inventa eſt, ſed ad ódium ſempitérnum. Semel turbávit ſupérbia regnum illud, concuſſit muros, étiam proſtrávit ex parte, & parte non módicâ. Quid ergo? Fácilè-ne deinceps admittenda vidétur? Numquid non odit cívitas illa, & vehementer hujúſmodi peſtem abominátur? Certè.

eſtóte, fratres, eum qui ſuperbis non pepercit Angelis, nec homínibus parcitúrum. Non eſt contrárius ſibi ipſi; non eſt perſonárum acceptor: ſimília ſunt judícia ejus. Sola ei placet humílitas, ſive in Angelo, ſive in hómine.

Ad Bened. *Ant.* 7. d. Recumbe in noviſſimo loco, ut qui te invitávit, dicat tibi: Amíce, aſcende ſupériùs: tunc erit tibi glória coram ſimul diſcumbéntibus. *Luc.* 14.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui ſuperbis reſiſtis, & grátiam præſtas humílibus; tríbue, quæſumus, ut non indignatiónem tuam provocémus eláti, ſed propitiatiónis tuæ capiámus dona ſubjecti; Per Dóminum noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Trecenſi.

Ann. 1459. *libr.* 3. *fol.* 93.

INhíbeant Sacerdótes ſuis Parochiánis, ne diébus Domínicis negótia ſeculária exérceant, ſive núndinas, ſive mercáta frequentent, propter quod à ſervítio divíno impediantur; ſed ad Eccléſiam véniant, præcepta Eccleſiáſtica auditúri, ut ſciant quáliter in hebdómada opórteat eos vívere, ſicut Feſta cólere, & jejúnia celebráre.

Ad Magníf. *Ant.* 1. *I.* Jeſus dixit ad legiſperítos & Phariſæos: Si licet Sábbato curáre? At illi tacuérunt: ipſe verò apprehenſum ſanávit hydrópicum, ac dimíſit. *Luc.* 14.

FERIA SECUNDA.

De libro Eccleſiaſtæ.

Lectio j. Cap. 2.

DIxi ego in corde meo: Vadam & áffluam delíciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vánitas. Riſum reputávi errórem: & gáudio dixi: Quid fruſtrà decíperis? Cogitávi in corde meo abſtráhere à vino carnem meam, ut ánimum meum transferrem ad ſapiéntiam, devitarémque ſtultítiam, donec vidérem quid eſſet útile fíliis hóminum: quo facto opus eſt ſub ſole, número diérum vitæ ſuæ.

℟. Vánitas vanitátum, *pag.* 400.

Lectio ij.

MAgnificávi ópera mea, ædificávi mihi domos, & plantávi víneas; feci hortos & pomária, & consévi ea cuncti géneris arbóribus, & extruxi mihi piſcínas aquá-

um, ut irrigárem ſilvam ignórum germinántium. oſsédi ſervos & ancillas, ultámque famíliam há-ui, armenta quoque & agnos óvium greges, ltrà omnes qui fuérunt nte me in Jerúſalem. oacervávi mihi argen-um, & aurum, & ſub-ántias regum ac provin-iárum: feci mihi cantó-es & cantatríces, & de-ícias filiórum hóminum, cyphos & úrceos in mi-iſtério ad vina funden-la: & ſupergreſſus ſum pibus omnes qui ante me uérunt in Jerúſalem.

℟. Beátus homo, *pag.* 400.

Lectio iij.

SApiéntia quoque per-ſeverávit mecum. Et ómnia, quæ deſideravé-runt óculi mei, non ne-gávi eis: nec prohíbui cor meum quin omni volup-táte fruerétur, & oblectá-ret ſe in his quæ præpará-veram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi úterer labóre meo. Cúmque me convertiſſem ad universa ópera quæ fécerant manus meæ, & ad labóres in quibus fruſtrà ſudáveram, vidi in ómnibus vanitátem & afflictiónem ánimi, & nihil permanére ſub ſole. Transívi ad contemplan-dam ſapiéntiam, erroréſ-que & ſtultítiam. Quid eſt, inquam, homo, ut ſequi poſſit Regem factórem ſuum? Et vidi quòd tan-tùm præcéderet ſapiéntia ſtultítiam, quantùm differt lux à ténebris.

℟. Da mihi, Dómine, *pag.* 400.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 23. *de Ref. cap.* 1.

CUm præcepto divíno mandátum ſit ómni-bus quibus animárum cu-ra commiſſa eſt, oves ſuas agnóſcere, pro his ſacri-fícium offerre, verbíque divíni prædicatióne, Sa-cramentórum adminiſtra-tióne, ac bonórum óm-nium óperum exemplo páſcere, páuperum alia-rúmque miſerabílium per-ſonárum curam paternam gérere, & in cétera mú-nia paſtorália incúmbe-re; quæ ómnia nequá-quàm ab iis præſtári & impléri poſſunt, qui gre-gi ſuo non invígilant ne-que aſſiſtunt, ſed, merce-nariórum more, déſerunt: ſacroſancta Synodus eos ádmonet & hortátur ut, divinórum præceptórum mémores, factíque forma gregis, in judício & veri-táte paſcant & regant.

FERIA TERTIA.

De libro Eccleſiaſtæ.

Lectio j. Cap. 3.

OMnia tempus habent, & ſuis ſpátiis tránſeunt univerſa ſub cœlo. Tempus naſcendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantátum eſt. Tempus occidendi, & tempus ſanandi: tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lápides, & tempus colligendi: tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab ampléxibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi: tempus cuſtodiendi, & tempus abjiciendi. Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectiónis, & tempus ódii: tempus belli, & tempus pacis.

℟. Ne deſpícias, *pag.* 401.

Lectio ij.

QUid habet ámpliùs homo de labóre ſuo? Vidi afflictiónem quam dedit Deus filiis hóminum, ut diſtendantur in ea. Cuncta fecit bona in témpore ſuo, & mundum trádidit diſputatióni eórum, ut non invéniat homo opus quod operátus eſt Deus ab initio uſque ad finem. Et cognóvi quòd non eſſet mélius niſi lætári, & fácere benè in vita ſua. Omnis enim homo qui cómedit & bibit, & videt bonum de labóre ſuo; hoc donum Dei eſt.

℟. Oculi Dómini, *pag.* 402.

Lectio iij.

DIdici quòd ómnia ópera quæ fecit Deus, perſevérent in perpétuum: non póſſumus eis quidquam áddere nec auferre, quæ fecit Deus ut timeátur. Quod factum eſt, ipſum pérmanet: quæ futúra ſunt, jam fuérunt: & Deus inſtaurat quod ábiit. Vidi ſub ſole in loco judícii impietátem, & in loco juſtitiæ iniquitátem. Et dixi in corde meo: Juſtum & ímpium judicábit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

℟. Bono ánimo, *pag.* 402.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno, *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 17.

QUóniam multi ímprobæ cupiditátis affectu ſeipſos, non Deum, decipientes; ea quæ benè conſtitúta ſunt, váriis ar-

te, & plura ſi-
ia obtinére non
: ſancta Syno-
a regendis Ec-
iplínam reſti-
ens, præſenti
tuit ut in pó-
a tantùm bene-
leſiáſticum ſín-
erátur. Quod
ad vitam ejus
ur, honeſtè ſuſ-
non ſufficiat, lí-
minùs áliud ſim-
ens, dúmmodò
erſonálem reſi-
n requírat, eí-
ri.

QUARTA.
Eccleſiaſtæ.
j. Cap. 4.

e ad ália, & vi-
mnias quæ ſub
ur, & lácrymas
n, & néminem
m; nec poſſe
rum violéntiæ
auxílio deſtitú-
ávi magis mór-
n viventes; &
utróque judicá-
lùm natus eſt,
mala quæ ſub
Rursùm con-
ſum omnes la-
num, & indú-
adverti patére
ximi: & in hoc
is, & cura ſu-
...
tas vanitátum,

Lectio ij.

STultus cómplicat manus ſuas, & cómedit carnes ſuas, dicens: Mélior eſt pugillus cum réquie, quàm plena útraque manus cum labóre, & afflictióne ánimi. Consíderans réperi & áliam vanitátem ſub ſole: Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem; & tamen laboráre non ceſſat, nec ſatiantur óculi ejus divítiis: nec recógitat, dicens: Cui labóro, & fraudo ánimam meam bonis? In hoc quoque vánitas eſt, & afflíctio péſſima.

℟. Beátus homo, *pag.* 400.

Lectio iij.

MElius eſt ergò duos eſſe ſimul, quàm unum; habent enim emolumentum ſocietátis ſuæ: ſi unus cecíderit, ab áltero fulciétur. Væ ſoli; quia cùm cecíderit, non habet ſublevantem ſe. Et ſi dormíerint duo, fovebuntur mútuò: unus quómodò calefiet? Et ſi quíſpiam prævalúerit contra unum, duo reſiſtunt ei: funículus triplex difficilè rúmpitur. Mélior eſt puer pauper & ſápiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit prævidére in pósterum; quòd de cárcere catenísque interdùm quis

egrediátur ád regnum; & álius natus in regno, inópiâ conſumátur.

℟. Da mihi, *pag.* 400.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
Ann. 1583. *tit. de Breviar. num.* 2.

QUiſquis Beneficium áliquod Eccleſiáſticum adeptus eſt, ſive cum cura, ſive ſine cura, quiſquis ſacris Ordínib eſt initiátus, ſciat ſe preces quotidiánas, q Breviário continentur, citandas obligári: quas omíſerit, legítimo ceſſ te impedimento, fruct beneficii pro rata parte miſſiónis amittat; &, ſi recéperit, reſtitutióni ſciat obnóxium.



PROPRI

ROPRIUM
ANCTORUM.

FESTA MAII.

ii XIX.
In Feſto
:TI YVONIS,
yteri Trecorenſis.
Simplex.
diè Vesp. *de Pſal-*
4 Capitulo, de Com-
S. Presb. pag. xliij.
, Deus qui, *infrà.*
Commem. SS. Pu-
u & Praxedis, Vir-
Ant. Qui elégerint
go vólui, & tenúe-
:dus meum; dabo eis
10 mea locum. *Iſaï.*

Afferentur regi Vír-
℟. In lætítia & exul-
e. *Pſ.* 44.
tio, Præſta, *infrà.*
IOCTURNUM.
iones duæ priores de
ura occurrente; è ij. &
ſecunda. Et ſic in om-
Simplicibus, niſi ali-
etur.
Lectio iij.
'o, in diœcéſi Treco-
enſi nobílibus parén-
atus, Lutétiæ & Au-
rs Æſtiva.

reliánis óperam lítteris dedit. Judex Eccleſiáſticus ab Archidiácono Rhedonenſi primùm, tùm à duóbus Epíſcopis Trecorénſibus eſt conſtitútus. Fuit Rector uníus paróchiæ per annos octo, & altérius per annos decem. Cùm Aureliánis verſarétur, cœpit à cárnibus & vino abſtinére; quod póſteà ſemper obſervávit, ſæpiùs ſolo pane contentus. Singulári in paúperes, víduas & órphanos affectu enítuit. Oratióni & verbi Dei prædicatióni vacávit aſsíduè. Tanta in eo erat dicendi vis, ut ipſe Spíritus ſanctus loquenti verba ſuggérere viderétur. Miráculis clarus obdormívit in Dómino anno ætátis circiter quinquagéſimo, &, poſt annos viginti ſeptem à Clemente ſexto, inſtante Philippo Valéſio, inter ſanctos ſolémniter eſt relátus. ¶ Pudentiána & Praxédes, ſoror ejus, fíliæ,

QUiſquis Beneficium áliquod Eccleſiáſticum adeptus eſt, ſive cum

miſſiónis amitta recéperit, reſt ſciat obnóxium



.OPRIUM

ANCTORUM.

FESTA MAII.

XIX.
n Feſto
I YVONIS,
ri Trecorenſis.
implex.
Vesp. *de Pſal-*
apitulo, de Com-
Presb. pag. xliij.
Deùs qui, *infrà.*
mmem. SS. Pu-
Praxedis, Vir-
t. Qui elégerint
vólui, & tenúe-
s meum; dabo eis
mea locum. *Iſaï.*

erentur regi Vír-
In lætítia & exul-
Pſ. 44.
, Præſta, *infrà.*
CTURNUM.
es duæ priores de
occurrente; è ij. &
nda. Et ſic in om-
plicibus, niſi ali-
.
ectio iij.
in diœcéſi Treco-
i nobilibus parén-
s, Lutétiæ & Au-
reliánis óperam lítteris de-
dit. Judex Eccleſiáſticus ab
Archidiácono Rhedonenſi
primùm, tùm à duóbus E-
píſcopis Trecorénſibus eſt
conſtitútus. Fuit Rector u-
níus paróchiæ per annos
octo, & altérius per annos
decem. Cùm Aureliánis
verſarétur, cœpit à cár-
nibus & vino abſtinére;
quod póſteà ſemper obſer-
vávit, ſæpiùs ſolo pane
contentus. Singulári in paú-
peres, víduas & órphanos
affectu enítuit. Oratióni &
verbi Dei prædicatióni va-
cávit aſsíduè. Tanta in eo
erat dicendi vis, ut ipſe Spí-
ritus ſanctus loquenti ver-
ba ſuggérere viderétur.
Miráculis clarus obdormí-
vit in Dómino anno ætá-
tis círciter quinquagéſimo,
&, poſt annos vigínti ſep-
tem à Clemente ſexto, in-
ſtante Philippo Valéſio,
inter ſanctos ſolémniter eſt
relátus. ¶ Pudentiána &
Praxédes, ſoror ejus, fíliæ,

Æſtiva.

ut tráditur, ſancti Pudentis Senatóris, témpore Pii Papæ primi, & Antoníni Imperatóris, circa médium ſecundi ſéculi ſanctitáte floruérunt. Sanctæ Praxédis cultus Romæ celebérrimus eſt & antiquíſſimus; atque ibì ſub ejus invocatióne dedicáta eſt ſub finem ſéculi quinti Basílica quam ædificávit de novo ſanctus Cárolus hujus tituli Présbyter Cardinális & Archiepíſcopus Mediolanenſis.

Oratio.

DEus, qui beátum Yvónem Sacerdótem tuum, flagranti caritáte replevíſti; ejus nobis intercesſióne tríbue, ut amóri tuo nihil præponámus; Per Dóminum.

AD LAUDES, *pro Commemor. SS. Pudentianæ & Praxedis Virginum. Ant.* Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen ſempiternum dabo eis. *Iſai. 56.*

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ. 96.*

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris cum exultatióne provéntum; ut ſanctárum Pudentiánæ & Praxédis Vírginum, quarum feſtivitátem ánnuâ devotióne cólimus, fidei conſtántiam ſubſequámur; Per Dóminum.

DIE XXIII.

In Feſto

SANCTI DESIDERII, Lingonenſis Epiſcopi & Martyris.

Simplex.

Omnia de Communi unius Martyris, pag. viij. *Orat.* Fac nos, *p.* xv.

[*Ubi Officium fit cum tribus Nocturnis propter Feſtum Patroni vel Titularis, &c. de Lectione ſequenti fient tres, diviſione factâ ad aſteriſcos* ***, *atque iſtud indicant aſteriſci interdùm poſiti pro diviſione Lectionum*].

Lectio iij.

QUo témpore bárbari ab extréma Germánia profecti, traducto Rheno per Gállias hoſtíliter graſſabantur, ſedébat Lingonis Deſidérius Epíſcopus. Illi, váriis provínciis igne ferróque vaſtátis, Lingonas obſedérunt. Cùm vidéret ſanctus Præſul urbem premi, & bárbaros extréma quæque tectis ac cívibus minitári, aſſumptis ſecum Cleri & pópuli primóribus, ex urbe egréditur, hoſtílis exércitûs ducem pro ſuis ſupplex rogatúrus. * Bárbarus venerandi ſenis nec dignitáte motus, nec précibus, eum extempló cum sóciis trucidári jubet.

rius autem pro cré-
ıi óvibus ultrò caput
ns, migrávit ad Chri-
Percuſſo Paſtóre,
ni trádita eſt, & ci-
rum ·jugulati ſunt,
, diſperſi fugâ ſalú-
aſiérunt. ** Sancti
is corpus viri reli-
urârunt, & in lócu-
ıpóſitum lapídeo in
, ſubterránea condi-
. Cryptæ ſuperpó-
at Eccléſia olìm beá-
ariæ Magdalénes,
erò ſancti Deſidérii
ıe inſignis : ibi reli-
m ejus magna pars
átur, & magnâ fidé-
puli frequéntiâ cóli-

Die XXV.

In Feſto
CTI URBANI,
ıpæ & Martyris.

Simplex.

nia de Communi unius
p. viij. *Orat.* Omní-
s. *p.* xv.

Lectio iij.

Rbánus, hujus nómi-
nis primus, poſt Ca-
nortem, anno Chriſti
ntéſimo vigéſimo tér-
.Románus Póntifex ele-
ſt, imperante Alexan-
evéro qui Chriſtiánis
at. Eccléſiam, tran-
i pace tunc témporis
tem, gubernávit ſan-
nè per ſeptem annos,
ceſſórem hábuit Pon-
tiánum. Viâ Appiâ ſepultus eſt in Prætextáti cœmetério, quod ideò nonnunquàm inſignítum fuit ipſiúſmet Urbáni nómine. Extat ejus nomen in antiquíſſimis Calendáriis & Martyrológiis, & in códicibus áliquot vetéribus Sacramentárii Gregoriáni. Erecta eſt Romæ jamprídem ſub ejus invocatióne Basílica quam nímiâ vetuſtáte penè collabentem Urbánus Papa octávus reſtaurávit. Priſco ritu Románæ Eccléſiæ cólitur ut Martyr.

Die XXVIII.

In Feſto
SANCTI GERMANI,
Pariſienſis Epiſcopi.

Simplex.

Omnia de Communi SS. Pontificum, p. xxv. *Orat.* Da, quæſumus, *p.* xxxij.

Lectio iij.

Germánus, in território Æduenſi honeſtis paréntibus natus, ad matutínas preces Eccléſiam mille paſſus penè diſtantem quâcumque áeris intempérie adíbat. Présbyter ordinátus ex mónacho factus eſt primus Abbas monaſtérii ſancti Symphoriáni Auguſtodunenſis, deindè Pariſienſis Epíſcopus. Nihil remíſit in Epiſcopátu de vitæ auſteritáte quam in monaſtério

égerat. * Horâ noctis tértiâ Ecclésiam ingreſſus non recedébat ante dilúculum, céteris de clero per tres vigílias ſibi ínvicem ad pſallendum ſuccedéntibus. Ita Deo erat intentus, ut de illo ſemper áliquid conferret in privátis collóquiis; lectiónes ſacras ad menſam adhibéret, &, dum iter ágeret, curſum canónicum nudo cápite, étiam inter equitandum, persólveret. Mira erat ejus in paúperes beneficéntia, máximè verò in ſervos captivóſque redimendos, & Childeberto Regi ádeò probáta, ut ex régio ærário ad pias largitiónes ingentem ei pecúniam ſubminiſtráret. ** Caribertum unum ex Francis régibus, qui uxóris ſorórem dúxerat, ſacris interdixit, Sigebertum per litteras à cæde Chilperíci fratris detérrére conátus eſt, & ſuis mónitis reluctantem brevi moritúrum prædixit. In Synodo Bituricenſi plúrimos Judæos Chriſto lucrátus eſt. Sedit in Concílio Pariſienſi tértio & quarto, Turonenſi ſecundo. Miráculis clarus, prænuntiáto mortis die, in pace quiévit ferè octogenárius. Corpus ejus ſepultum eſt in Basílica ſancti Vincéntii quæ nunc ſancti Germáni à pratis ab ejus nómine dícitur.

FESTA JUNII.

DIE II.

In Feſto

SS. POTHINI, I. Lugdunenſis Epiſcopi, BLANDINÆ, Virginis & aliorum, XLV. Lugdunenſium Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, pag. xvij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Oratio, infrà ad Laudes.

AD VESPER. *Fit Commemoratio SS. Marcellini Presbyteri, & Petri Exorciſtæ, Martyrum. Ant.* Beáti. ℣. Salus juſtórum. *Oratio.* Concéde. *p.* xxiij.

AD MATUTINUM.

Lectio j. de Scriptura occurrente (de tribus una); & ſic in Semiduplicibus.

De Epíſtola Eccleſiárum Viennenſis & Lugdunenſis ad Ecclésias Aſiæ & Phrygiæ.

Lectio ij.

Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 5. *c.* 1.

BEatíſſimus Pothinus, Ecclésiæ Lugdunenſis E-

ıs nonagenário ma-
› córporis infirmitá-
t ſpíritum trahens,
: cupiditáte marty-
alacritáte ánimi fir-
ad tribúnal trahe-
Quò perlátus, proſe-
ius ipſum magiſtrá-
vitátis, & universâ
ariis eum clamóri-
ıpetente, tanquàm
hriſtus eſſet, egré-
ědidit teſtimónium.
ıgátus à Præſide quiſ-
ſſet Chriſtianórum
reſpondit: Si dignus
cognoſces. Poſt hæc
ane raptátus, & in-
is plagis áffectus eſt;
quidem qui própiùs
ıt, cálcibus & pu-
llum contumeliósè
rent; qui verò lón-
iſtábant, quidquid
ıum erat, in ipſum
rent; omnes déni-
avíſſimi piáculi reos
imárent, niſi pro ſua
e parte ei petulanter
rent: quippè qui hoc
injúriam deórum
ı ultúros ſe arbitra-
. Exindè vix adhuc
;, in cárcerem proje-
t; tandémque poſt
ı ánimam exhalá-
ıtúrus verò neóphy-
: Sanctus Diáconus
ınſis cum Blandína
& Attalo, ducti ſunt
ſtias in ampitheá-
Et Matúrus quidem
ac Sanctus conſuéta illîc flagrórum vérbera pertulérunt, & beſtiárum ipſos trahéntium morſus, ipſam poſtrémò férream cáthedram; cui ſuperpóſita Mártyrum membra cùm torreréntur, illórum nares moleſtíſſimus nidor implébat. Hi ergo máximo certámine perfuncti, tandem juguláti ſunt. Blandína autem ad palum ſuſpenſa, béſtiis objecta eſt. Quæ cùm in crucis ſpéciem ſuſpenſa cernerétur, Deóque intentíſſimè ſupplicáret, máximam alacritátem addébat certántibus; quippè qui ſub sorórıs persóna cérnerent illum qui pro ipſis crucifixus eſt. Cúmque nulla tunc béſtia corpus ejus attigiſſet, depóſita ex ſtípite, rurſùs in cárcerem conjícitur, in áliud certámen reſerváta.

Lectio iij.

Attalus quoque, cùm per amphitheátrum circumduceréetur, præcedente eum tabellâ, in qua latíno ſermóne ſcriptum erat: Hic eſt Attalus Chriſtiánus; Præſes poſtquàm civem Románum eum eſſe cómperit, redúci in cuſtódiam jubet, lítteris ad Cæſarem datis de his qui inclúſi tenebantur. Ineunte ígitur ſolemni apud nos mercátu, Præſes addúci jubet

Mártyres ad tribúnal, tanquàm in theatráli pompa eos pópulis oſtentans. Cúmque illos dénuò interrogaſſet, quicumque cives Románi reperti ſunt, cápite truncávit; réliquos trádidit béſtiis. Céterùm ingens glória acceſſit Chriſto per eos qui priùs quidem negáverant, tunc verò confitebantur fidem. Quibus exámini ſubjectis, Alexander natióne Phryx, profeſſióne médicus, plures jam annos morátus in Gálliis, cùm illos ad fidei confeſſiónem nútibus hortarétur, cunctis qui tribúnal circúmdabant tanquàm partúriens videbátur. Inſtans íllicò Præſes interrogávit eum quis eſſet. Qui cùm Chriſtiánum ſe eſſe dixiſſet, irátus judex eum ad béſtias damnávit. Poſtrídiè ígitur unà cum Attalo ingreſſus eſt; nam & hunc Præſes béſtiis íterùm tradíderat. Ambo ítaque, cùm ómnia tormentórum género in amphitheátro ſuſtinuiſſent, gládio percuſſi ſunt. Ultimo tandem ſpectaculórum die, Blandína rursùs illáta eſt, unà cum Póntico adoleſcente quíndecim círciter annos nato. Et Pónticus quidem cuncta ſupplícia generósè perpeſſus, emíſit ſpíritum. Beáta verò Blandína poſt flagra, poſt béſtias, poſt ſartáginem, retículo inclúſa tauro objecta eſt, à quo diu in altum jactáta, tandem & ipſa inſtar víctimæ jugulάta eſt.

¶ Item hâc ipsâ die, Diocletiáno & Maximiáno in Chriſtiános ſævientibus, pro Chriſti fide cápite truncáti ſunt, Marcellínus Eccléſiæ Románæ Préſbyter, & Petrus Exorciſta, quorum laudes célebrat in cármine à ſe ſcripto ſanctus Dámaſus Papa, & quotídiè nómina in altáris ſacrifício commemorantur.

Oratio.

Deus, qui in córdibus Mártyrum tuórum Pothíni & Sociórum flammas tantæ dilectiónis accendiſti, ut mundi nec blandítiis, nec terróribus vinceréntur; da nobis eamdem tuæ caritátis affectum, ut, te unum poſſidére cupientes, te unum amíttere metuentes, ómnia mundi próſpera & adverſa æquáliter deſpiciámus; Per Dóminum.

Ad Laud. *Pro Commem. SS. Marcellini & Petri, Martyr. Ant.* Ecce. ℣. Exultent, *pag.* xxv. *Oratio.* Concéde, *pag.* xxiij.

Ad Vesp. *fit à Capitulo de ſequenti; & pro Commemoratione SS. Pothini & Sociorum, Ant.* Ecce. ℣. E.

.p. xxv. *Orat.* Deus.
ii.

...IE III.

...In Feſto
...LOTILDIS,
...inæ Francorum,
& Viduæ.
Semiduplex.
...*ia de Communi SS.*
...*um*, *p.* lxix. *exceptis*
...*quuntur.*
...*tio.* Réſpice, *infrà.*

Lectio ij.

...otildis, Chilperíci re-
...is fília, paréntibus à
... Gundobaldo Bur-
...ſnum Rege necátis,
...véo adhuc éthnico,
...ſo Gundobaldo in
...gem trádita eſt. Quæ,
...primogénitum pepe-
..., eum, tolerante ma-
...iàm approbante Clo-
..., baptizári juſſit.
...autem infantis, cui
...n impóſitum fúerat
...néres, in albis defun-
...rtem ægrè ferret Clo-
...s, ac baptiſmo im-
...t, gráviter Clotil-
...objurgávit, ásſerens
...átrios ob contemp-
...úminis ſui irátos, ſibi
... eripuiſſe. At illa:
...inquit, omnipoten-
...atóri ómnium, grá-
...go, qui me non uſ-
...táque judicávit indi-
..., ut de útero meo
...am regno ſuo digna-
...aſcíre. Alterum fí-
lium Regína cùm genuiſ-
ſet, hunc quoque baptizári
vóluit; & appellátus eſt
Clodoméres. Qui cùm æ-
grotáre cœpiſſet, affirman-
te Rege fore ut idem ei
quod fratri contíngeret,
matris précibus convániut.

Lectio iij.

At Regína non ceſſá-
bat hortári virum ut,
abjectâ idololatríâ, Deum
verum cóleret. Sed ille ſu-
perſtitióni Francórum ad-
hæſit; donec in expeditió-
ne Alamánnica, inclinátam
cernens ſuórum áciem, mo-
nitórum cónjugis memor,
auxílio Chriſti implorato,
de hóſtibus triumphávit.
Cui apud Remos læta uxor
occurrens, ubi órdinem rei
geſtæ cognóvit, advocávit
ſanctum Remígium, à quo
Clodovéus, jam fidem à
beáto Vedaſto edoctus,
baptizátus eſt, & chríſma-
te ſacro inunctus. Poſt mor-
tem Clodovéi, Turónos
ádiit Clotildis: ibíque ad
ſepulcrum ſancti Martíni
ſummâ pietáte réliquum
vitæ exégit; pernox in vi-
gíliis, eleemóſynis aliíſque
piis opéribus intenta, mu-
nífica erga Eccléſias & mo-
naſtéria. Clodoméris in
bello Burgúndico occíſi fí-
lios, nepótes ſuos, Theo-
dováldum, Guntárium,
& Clodoaldum educávit.
Tandem, plena diérum,

Turónis migrávit ad Dóminum; & Paríſios inter pſallèntium choros tranſláta, ſepulta eſt à fíliis Childeberto & Clotário Régibus, ad latus Clodovéi, in ſacrário Baſílicæ ſancti Petri, ubi corpus ſanctæ Genovéfæ quieſcit.

Oratio.

Reſpice, quæſumus, Dómine, ad Francórum benignus impérium; &, quibus per devótam ſanctæ Clotildis inſtántiam donum fídei contuliſti, iiſdem per ejus interceſſiónem tríbue ſincérum Chriſtiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

DIE VI.
In Feſto
SANCTI NORBERTI, Magdeburgenſis Epiſcopi & Inſtitutoris Ordinis Præmonſtratenſis.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Pontificum, p. xxv. *exceptis quæ ſequuntur.*

Oratio. Quæſumus, *infrà.*

Pro Commem. S. Claudii, Epiſc. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas. *p.* xxxij. *Oratio.* Exaudi, *pag.* xxxiij.

Lectio ij.

Norbertus, Sanctis, Clíviæ óppido, in diœcéſi Colonienſi, nóbili proſápiâ ortus, relictâ Imperatóris aulâ, in Clerum aſcriptus eſt. Sacris Diaconátûs & Presbytérii ordínibus uno die initiátus contra Cánones, (quâ de re véniam pòſteà pétiit à Geláſio ſecundo), verbi Dei prædicatióni totum ſe dedit. Abdicátis beneficiis eccleſiáſticis quibus abundábat, & património paupéribus erogáto, auſteriórem vitam amplexus eſt. Innúmeros hæréticos ad fidem, peccatóres ad pœniténtiam, diſſidentes ad concórdiam revocávit. Cùm eſſet Laudúni, à Bartholomæo Epíſcopo rogátus ne ab ipsíus diœcéſi diſcéderet, deſertum in ea locum qui Præmonſtrátus dicebátur, ſibi delégit, undè totus Ordo, quem ibi ſub régula ſancti Auguſtíni inſtítuit, nomen accépit. Sacramentáriam & Adamíticam Tanchelíni hæreſim Antuérpiæ graſſantem, eò vocátus, profligávit: & qui multò antè oblátum ſibi Cameracenſem Epiſcopátum recusáverat, ad Magdeburgenſem Archiepiſcopátum pòſteà raptus, Eccleſiáſticam diſciplínam, præſertímque ſacrórum miniſtrórum cœlibátum conſtanter propugnávit. Remis in Concilio Innocéntium ſecundum egrégiè adjúvit; & Romam cum áliis Epíſcopis profectus, ſchiſma Petri Leónis

ſſit, Innocéntio ſuæ
dito. Exactis in Pon-
annis ferè octo,
d Dóminum, anno
no centéſimo trigé-
uarto; húncque in
rum órdinem rétu-
no milléſimo quin-
mo octogéſimo oc-
Gregórius décimus

e S. Claudio.
Lectio iij.
údius, Veſuntionen-
Epíſcopus, ſubſcrip-
cílio Epaonenſi, an-
riſti quingentéſimo
ſéptimo, & Conci-
gdunenſi, anno ſe-
in quibus multa
diſciplinam Eccle-
m egrégiè ſancíta
Cùm ſedem per an-
ptem ſummâ cum
tenuiſſet, abdicáto
pátu, ád Jurenſe mo-
ium ſe cóntulit, ubi
ſtici inſtitúti régu-
nplexus eſt. Injurióſo
cœnóbii ſanctiſſimo
e vitâ functo, óm-
votis expetítus, in
locum ſuffectus eſt. Huic monaſtério per annos quinquaginta deinceps præfuiſſe tráditur. Dénique, longa vitæ ſpátia emenſus, & méritis plenus, ábiit ad Dóminum, anno Chriſti quingentéſimo octogéſimo primo. Corpus ejus in Jurenſi monaſtério ſepultum eſt, & uſque nunc incorruptum & íntegrum ſervátur eódem in monaſtério, quod ob ejus ſanctitátis celebritátem à ſéculis áliquot ſancti Claúdii nomen óbtinet, & anno milléſimo ſeptingentéſimo quadragéſimo primo, Epiſcopáli ſede decorátum eſt.

Oratio.

QUæſumus, Dómine, cleméntiam tuam, ut, in Feſtivitáte beáti Pontíficis Norberti, des nobis illam ſequi doctrínam, quam & verbo dócuit & ópere complévit; Per Dóminum.

In Laud. *pro Commem. S. Claudii, Ant.* Beatificávit. ℣. Magna eſt. *pag.* xxxij. *Orat.* Exaudi, *pag.* xxxiij.

DIE VIII.
IN FESTO
S. MEDARDI, EPISCOPI
Noviomenſis, & Diœceſis Patroni.
ANNUALE.

In primis Veſperis.
Pſalmi de Feria.
Antiphona, 8. *toni*, G.
NAtus eſt homo princeps fratrum, firmamentum gentis; rector fratrum, ſtabilimentum pópuli. *Eccli.* 49.

Ant. 5. C. Cùm eſſet júnior, nihil puerile geſſit in ópere, ſed pergébat ad templum, & ibi adorábat Dóminum. *Tob.* 1.

Ant. 7. a. Crevit puer, & benedixit ei Dóminus, cœpítque Spíritus Dómini eſſe cum eo. *Judic.* 13.

Ant. 6. F. Erudítus eſt omni ſapiéntiâ: & erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7.

Ant. 3. *a.* Adhæſit Dómino, & non receſſit à veſtígiis ejus, fecítque mandáta ejus. *IV. Reg.* 18.

Capitulum. Num. 25.
ECce do ei pacem fœderis mei, & erit ei pactum Sacerdótii ſempiternum, quia zelátus eſt pro Deo ſuo.

℟. Suſcitábo mihi ſacerdótem fidélem, qui,* Juxta cor meum & ánimam meam, fáciet. ℣. Ambulábit coram Chriſto meo cunctis diébus.* Juxta. Glória. ℟. Suſcitábo. *I. Reg.* 2.

Hymnus.

QUos Deus ponit pópulis regendis,
Præſules format priùs, atque fingit,
Tractet ut ſanctè veneranda ſemper
Sacra Miniſter.

Vel puer, mitæ, ſibi durus infans,
Signa virtútis déderat Medardus;
Ante matúros píetas adulta
Vénerat annos.

Quanta jam de ſe dabat auſpicári!
Paúperes, ægros ope ſublevábat:
Nil ſibi tellus, ſua cura ſoli
Créſcere Chriſto.

Blandior quidquid malè ſuádet ætas,
Frænat auſtéræ pietátis ardor;

integrum pectus violáre
numquàm
Auſa voluptas.
Sub jugo ſenſus ſúbigit
ſevéro
Sola mens regnat, ſociúm-
que pœnis
Edomat corpus, domitó-
que vires
Sumit ab hoſte.
Hausit & ſacros me-
ditando libros
Magna cœleſtis documen-
ta vitæ:
Hinc inardeſcunt calefacta
puris
Péctora flammis.
Quam premis cautus,
tua laus per urbes
Creſcit & nomen ſonat,
omnibúſque
Jam palàm virtus métuens
vidéri
Nota refulſit.
Christe, qui nobis,
Patre ſic jubente,
Póntifex factus, tibi laus,
tuóque
Una ſit Patri, ſit & una
Sancto
Semper Amóri. Amen.
℣. Prævenisti eum in be-
nedictiónibus dulcédinis;
℟. Quóniam dabis eum in
benedictiónem. *Pſ.* 20.
[*Duplicatur Antiph. ad*
Magníficat, *in utriſque Ve-
ſperis, & ad* Benedictus *in
Laudibus. Et ſic in omni
Annuali & in Duplicibus
I. & II. claſſis*].
Ad Magnif. *Ant.* 1. D.
In bonitáte & alacritáte
ánimæ ſuæ plácuit Deo;
ídeò ſtátuit illi Deus teſta-
mentum pacis, príncipem
Sanctórum & gentis ſuæ,
ut ſit illi Sacerdótii digni-
tas in ætérnum. *Eccli.* 45.
Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.
Ant. 2. D. Cùm effúde-
ris eſurienti ánimam tuam,
& ánimam afflictam replé-
veris, oriétur in ténebris
lux tua. *Iſai.* 58.
Ad Nunc dimitt. *Ant.* 5. a.
Ténebræ tuæ erunt ſicut
merídies, & réquiem dabit
tibi Dóminus ſemper, &
implébit ſplendóribus áni-
mam tuam. *Iſ.* 58.

AD MATUTINUM.

Invitat. Chriſtum Paſtó-
rum príncipem, * Veníte,
adorémus. *I. Petr.* 5.
Pſalm. Veníte, *pag.* 2.
Hymn. Quos Deus. *ut
ſuprà, in I. Veſperis.*

AD NOCTURNUM.

Pſ. 8. Dómine Dóminus
noſter, *pag.* 36.
Ant. 1. G. Quæsívit Dó-
minus ſibi virum juxta cor
ſuum, & præcépit ei ut eſſet
dux ſuper pópulum ſuum.
I. Reg. 13.
Pſ. 19. Exaúdiat, *p.* 67.
Ant. 3. a. Cùm párvu-
lus eſſes in óculis tuis, ca-
put in tribubus Iſrael fac-
tus es. *I. Reg.* 15.

Pſ. 20. Dómine, in virtúte tua, *pag.* 99.

Ant. 8. g. Tu introdúces pópulum iſtum in terram quam datúrum ſe jurávit Dóminus. *Deut.* 31.

℣. Elégit Dóminus ſervum ſuum, ℟. Páſcere hæreditátem ſuam. *Pſ.* 77.

De Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum. *Cap.* 1.

Lectio j.

ADmóneo te ut reſúſcites grátiam Dei, quæ eſt in te per impoſitiónem mánuum meárum. Non enim dedit nobis Deus ſpíritum timóris; ſed virtútis, & dilectiónis & ſobrietátis. Noli ítaque erubéſcere teſtimónium Dómini noſtri, neque me vinctum ejus: ſed collabóra Evangélio ſecundùm virtútem Dei; qui nos liberávit, & vocávit vocatióne ſuâ ſanctâ, non ſecundùm ópera noſtra, ſed ſecundùm propóſitum ſuum, & grátiam quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante témpora ſeculária.

℟. Suſcipiébat omnes qui ingrediebantur ad eum, * Prædicans verbum Dei, & docens quæ ſunt de Dómino Jéſu Chriſto cum omni fidúcia. ℣. Docébat eos quómodò cólerent Dóminum. * Prædicans. Glória Patri. ℟. Suſcipiébat. *uſque ad* ℣. *Act.* 28. *IV. Reg.* 17.

Lectio ij. Cap. 2.

TU ergo, fili mi, confortáre in grátia quæ eſt in Chriſto Jeſu: & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidélibus homínibus, qui idónei erunt & álios docére. Labóra ſicut bonus miles Chriſti Jeſu. Nemo mílitans Deo, ímplicat ſe negótiis ſeculáribus, ut ei pláceat cui ſe probávit. Nam & qui certat in agóne, non coronátur niſi legítimè certáverit. Laborantem agrícolam oportet primùm de frúctibus percípere. Intéllige quæ dico; dabit enim tibi Dóminus in ómnibus intellectum.

℟. Próprias oves vocat nominátim & edúcit eas; * Et cùm próprias oves emíſerit, ante eas vadit; & oves illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus. ℣. Qui miſericórdiam habet, docet & érudit, quaſi Paſtor, gregem ſuum. * Et cùm. *Joann.* 10. *Eccli.* 18.

Lectio iij. Cap. 4.

TEſtíficor coram Deo & Jeſu Chriſto qui judicatúrus eſt vivos & mórtuos, per adventum ipſíus, & regnum ejus: prædica verbum, inſta opportúnè, importúnè: árgue, óbſecra, íncrepa in omni

tia & doctrína. Erit
tempus, cùm ſanam
nam non ſuſtiné-
ſed ad ſua deſidéria
rvábunt ſibi magiſ-
prurientes aúribus,
eritáte quidem audi-
vertent, ad fábulas
convertentur. Tu
vígila, in ómnibus
, opus fac Evange-
miniſtérium tuum
: sóbrius eſto. Ego
jam delíbor, & tem-
ſolutiónis meæ in-
bonum certámen cer-
urſum conſummávi,
ſervávi. In réliquo
ta eſt mihi coróna
æ, quam reddet mihi
nus in illa die juſtus
: non ſolùm autem
, ſed & iis qui díli-
dventum ejus.
Spléndidum in páni-
enedícent lábia mul-
; * Et teſtimónium
tis illíus fidéle. ℣.
ſtimónium rédditur
nibus, & ab ipſa ve-
. * Et teſtimónium.
. ℟. Spléndidum. *uſ-*
l ℣. *Eccli.* 31. *III.*
. ℣. 12.

II. NOCTURNO.

22. Dóminus regit
pag. 68.
. 7. d. Dóminus ipſe
cum; non dimittet
erelinquet te. *Deu-*
.
25. Júdica me, Dó-
, *pag.* 124.

Ant. 2. D. Dóminus erat cum illo, & ómnia ópera ejus dirigébat. *Geneſ.* 39.

Pſ. 42. Júdica me, Deus, *pag.* 105.

Ant. 4. d. Ipſe Dóminus eſt pars ejus & hæréditas. *Eccli.* 45.

℣. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi; ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Pſ.* 111.

Lectio iv.

Medardus apud Salenciacum in pago Viromanduenſi natus eſt, patre Nectardo nóbili Franco, matre Protágiâ illuſtri Románâ: à quibus ſummâ curâ piéque educátus non dúbia dedit à púero ſanctitátis, & exímiæ in paúperes caritátis ſigna. Adhuc puérulus Eccléſiam frequentábat, ubi raræ pietátis & modéſtiæ ſinguláris exempla monſtrábat. Veſte pretióſâ à pia parente indútus, eâ paúperem cæcum & nudum véſtiit. Cibos ad victum étiam neceſsários ſibi ſubrípiens, iis mendícos & infírmos reficiébat. Miſſus pósteà Auguſtam Viromanduórum litteris inſtituendus, celérrimos in illis progreſſus fecit, in pietáte máximos. Indè Tornácum, urbem tunc régiam, miſſus ut ſtúdia absólveret, condiſcípulis doctrínâ, & morum integritáte præívit. Illîc Eleuthérium egrégiæ

indolis adoléſcentulum ſibi ſócium elégit: iique piâ æmulatióne de adipiſcendo ſcientiárum & virtútum ápice inter ſe decertábant. Huic Medardus Spíritu ſancto plenus, prædixit in aulâ régiâ dignitátem, & poſt annum tricéſimum Pontifíciam ínfulam: quod póſteà rei probávit eventus.

℟. Ego ſequeſter * Et médius fui inter Dóminum & vos, ut annuntiárem vobis verba ejus. ℣. Eccléſiæ factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſatiónem Dei quæ data eſt mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei. * Et médius. *Deut.* 5. *Coloſſ.* 1.

Lectio v.

Tot ac tantárum dotum famâ ad Sophrónium Viromanduórum Epíſcopum perlátâ, Medardum ille Clero adſcríbit, ad Sacerdótium évehit, ſibi in docendis & paſcendis óvibus adjutórem éligit. Hanc provínciam per quadraginta annos tantâ prudéntiâ, tanto animárum zelo, tàm felíci éxitu ſuſtínuit, ut ómnium ánimos ſibi conciliáverit, & totam plebem ad ómnia ſólidæ pietátis offícia informáverit. Vitâ functo Aloméro Sophrónii ſucceſſóre, unánimi voce à procéribus & plebe ad Epiſcopátum evocátus eſt Medardus ſexagenário major. Humílior erat quàm ut non reſpúeret onus Angélicis húmeris formidandum; ſed ómnium órdinum aſſíduis précibus victus, tandem Eccléſiam Viromanduenſem regendam ſuſcépit. Omnibus ómnia factus, ut omnes fáceret ſalvos, per pœniténtiæ, zeli & caritátis labóres ſe ipſum exhíbuit óvibus operárium inconfusíbilem, Deo autem hóſtiam vivam, ſanctam & beneplacentem. Non ópibus, non óperæ, non víribus pepercit, ut commiſſum ſibi gregem in omni virtútum génere inſtrúeret. Anno Epiſcopátûs ſecundo, cùm Auguſta Viromanduórum à Vándalis & Hunnis everſa eſſet, plebi & ſibi ipſe prudentiſſimè cónſulens, ſedem Epiſcopálem Noviómum in óppidum tùnc munítum, tránſtulit.

℟. Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos: * Libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animábus veſtris. ℣. Abſit à me hoc peccátum ut ceſſem oráre pro vobis: & docébo vos viam bonam & rectam. * Libentíſſimè. *II. Cor.* 12. *I. Reg.* 12.

Lectio vj.

Interim ſanctus Eleuthérius, Tornacenſis Epi-

, è vitâ decédit. Cu-
t exéquias cùm Tor-
es ſanctitátis Medar-
â permóti illum ad
Epiſcopálem ſedem
iſſent; ſancto Remí-
ceteríſque provínciæ
pis annuéntibus,
k procéribus ſuâ au-
ite rem promovén-
utriúſque Ecclésiæ
ſuſcípere coactus
ad Epiſcopális ſedis
e utríque ſerváto.
è Tornacenſes uſque
mónem, per annos
am ſexcentos, non
quàm Noviomenſes
pos habuérunt. In
vâ excolendâ víneâ
ūit Medardus. Zelo
Dei accenſus, Flán-
velut nubes volans
trávit: Flandros gen-
rócem & adhuc in
us locis gentílium
m cúltui déditam,
o péperit; ſacro Ba-
ablüit, Ecclésiæ Ca-
æ adjunxit. Ubíque
odor Chriſti, exem-
fuit fidélium in fide,
iéntia, in caritáte.
m sénio confectus,
bus exhauſtus, omni
um génere refertus
mino requiévit; an-
o poſtquàm ſancta
gundis ab ipſo erat
iconiſſam benedicta.
lotárius, audíto ſan-
efuáis morbo, Novió-
mum próperat, benedictió-
nem hóminis Dei acceptú-
rus. Defuncti corpus Sueſ-
ſiónas tranſlátum ſummo
honóre ſepelíri jubet in
ſuo prædio, ubi ad túmu-
lum ejus Basílicam ín-
choat, quam Sigebertus
ejus fílius perfécit & or-
návit.

℞. Cariſſimi, ſi qua vir-
tus, ſi qua laus diſciplínæ,
hæc cogitáte: quæ & didi-
ciſtis, & accepiſtis, & au-
diſtis, & vidiſtis in me, hæc
ágite; * Et † Deus pacis
erit vobiſcum. ℣. Judícium
patris audíte, fílii; & ſic
fácite ut ſalvi ſitis. * Et.
Glória Patri. ℞. Cariſſimi.
Philipp. 4. *Eccli.* 3.

IN III. NOCTURNO.

Pſ. 64. Te decet, *p.* 96.

Ant. 1. a. Dóminus vó-
luit ut ſanctificáret pópu-
lum ſuum & magnificáret
legem. *Iſ.* 42.

Pſ. 83. Quàm dilecta,
pag. 106.

Ant. 6. F. Dóminus au-
gébat qui ſalvi fierent quo-
tídiè in idipſum. *Act.* 2.

Pſ. 98. Dóminus regná-
vit, *pag.* 143.

Ant. 5. a. Gentes glori-
ficábant verbum Dómini:
diſſeminabátur autem ver-
bum Dómini per univer-
ſam regiónem. *Act.* 13.

℣. Annuntiávi, & locú-
tus ſum; ℞. Multiplicáti
ſunt ſuper númerum. *Pſ.* 39.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 11.

IN illo témpore : Loquens Jeſus turbis, cœpit dícere : Nemo lucernam accendit, & in abſcóndito ponit, neque ſub módio; ſed ſupra candelábrum, ut qui ingrediuntur, lumen vídeant. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 76. in Cantic. §. 9. & 10.

ATténdite vobis, quicumque opus miniſtérii paſtorális ſortíti eſtis : atténdite, inquam, vobis, & pretióſo depóſito quod vobis créditum eſt. Cívitas eſt, vigiláte ad cuſtódiam concordiámque ; ſponſa eſt, ſtudéte ornátui : oves ſunt, inténdite páſtui. Cuſtódia civitátis ut ſit ſuffíciens, trifária erit; à vi tyrannórum, à fraude hæreticórum, à tentatiónibus dæmonum. Sponſæ verò ornátus in bonis opéribus & móribus & ordínibus. At paſtus óvium commúniter quidem in páſcuis ſcripturárum, tanquàm in hæreditáte Dómini. Ad hæc boni ſollicitíque Paſtóres impinguáre pecus non ceſſant bonis lætíſque exemplis, & ſuis magìs quàm aliénis. Nam ſi aliénis & non ſuis, ignomínia eſt illis, & pecus ita non próficit. Nunc verò bonus Paſtor hoc quoquè curábit ut, ſecundùm Evangélium, inveniátur habére ſal in ſemetipſo, ſciens quia ſermo ſale condítus, quantùm placúerit ad grátiam, tantùm próderit ad ſalútem.

℟. Verbum veritátis Evangélii pervénit ad vos, ſicut & in univerſo mundo eſt; & fructíficat, & creſcit, ſicut in vobis, * Ex ea die quâ audiſtis, & cognoviſtis grátiam Dei. ℣. Vos eſtis fílii Prophetárum, & teſtamenti quod diſpóſuit Deus ad patres noſtros. * Ex ea die. *Coloſſ. 1. Act. 3.*

Lectio viij.

VOlo adhuc éadem paulò expréſſiùs deſignáre. Ut civitátis cuſtódia, quantum ſatis eſt, procurétur, opus eſt viro forti, ſpirituáli, fidéli : forti ad propulſandas injúrias, ſpirituáli ad deprehendendas insídias, fidéli qui non quæ ſua ſunt, quærat. Porrò autem ad mores honeſtandos vel corrigendos, quod útique ad decórem pértinet ſponſæ, quis non líquidò agnoſcat pernecesſáriam fore cum multa quidem diligéntia diſciplínæ censúram ?

℟. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatiónein

itiónem. * Sapién-
:jus enarrábunt gen-
: laudem ejus enun-
Eccléſia. ℣. Hic eſt
it in Eccléſia cum pá-
noſtris, qui accépit
vitæ dare nobis. *
itiam. Glória. *Repe-*
℟. Non recédet *uſque*
Eccli. 39. *Act.* 7.
Lectio ix.
propter omnis cui
oc opus incumbit,
:t férveat zelo illo,
accenſus præcípuus
nulátor ſponſæ Dó-
iiébat: Æmulor vos
nulatióne; deſpondi
os uni viro vírginem
i exhibére Chriſto.
juómodò in páſcua
orum edúcet eloquió-
reges domínicos Pa-
lióta? Sed & ſi do-
juidem fúerit, non
:em bonus, veren-
ie non tàm nútriat
nâ úberi, quàm ſté-
.tâ nóceat.
Deum, *pag.* 9.
LAUDES.
lmi de Dominica.
iphona, 1. *toni*, D.
rexit & ábiit juxta
bum Dómini, & cœ-
troíre in civitátem.
.
2. D. Implébitur be-
iónibus, & videntes
audábunt. *Eccli.* 37.
. 6. F. Fuit máximus
item electórum Dei:
quam glóriam adeptus eſt!
Eccli. 46.

Ant. 8. g. Dedit illi Dóminus.

Canticum. Eccli. 51.

Confitébor & laudem dicam tibi, Dómine, * & benedícam nómini Dómini.

Cùm adhuc júnior eſſem, priuſquàm oberrárem, * quæſívi ſapiéntiam palàm in oratióne mea.

Ante templum poſtulábam pro illa, * & uſque in noviſſimis inquíram eam.

Et efflóruit tanquàm præcox uva: * lætátum eſt cor meum in ea.

Ambulávit pes meus iter rectum; * à juventúte mea inveſtigábam eam.

Inclinávi módicè aurem meam, * & excépi illam.

Multam invéni in meipſo ſapiéntiam, * & multùm profécì in ea.

Danti mihi ſapiéntiam * dabo glóriam.

Conſiliátus ſum enim ut fácerem illam: * zelátus ſum bonum, & non confundar.

Colluctáta eſt ánima mea in illa, * & in faciendo illam confirmátus ſum.

Manus meas extendi in altum, * & inſipiéntiam ejus luxi.

Animam meam dírexi ad illam, * in agnitióne invéni eam.

Poſsédi cum ipſa cor ab inítio: * propter hoc non derelinquar.

Venter meus conturbátus eſt quærendo illam: * proptéreà bonam poſſidébo poſſeſſiónem.

Dedit mihi Dóminus linguam mercédem meam; * & in ipſa laudábo eum.

Ant. Dedit illi Dóminus ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45.

Ant. 7. d. Laudábimus eum: fecit enim mirabília in vita ſua. *Eccli.* 31.

Capitulum. II. Cor. 10.

Usque ad vos pervenímus in Evangélio Chriſti, non gloriantes in aliénis labóribus; ſpem autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificári.

Hymnus.

Templa te poſcunt: rogat ecce Præſul
In ſui partem vénias labóris;
Ferre nunc diſcas tibi deſtinátæ
Póndera mitræ.

Debitus cunctis ráperis Sacerdos:
Te ſuum cives répetunt, ſuúmque
Póntifex poſcit: ſólio recumbe:
Annue votis.

Ut gregis vocem miſerátus audit,
Mox pedum ſumit trepidante dextrâ,
Sumit & curas, neque jam recúſat
Ferre labóres.

Nempe jejúnos dape, veſte nudos,
Hóſpites tecto recreábat omnes,
Blándiùs mulcens graviòra curis
Corda levábat.

Sancta majeſtas ſedet ore ſancto
Et pudor frontis ſócius modeſtæ:
Ipſe ſplendórem Deus, & verendos
Afflat honóres.

Impias mentes tenet obſtinátus
Error, & denſis fruitur tenébris:
Fert diem: vulſis melióra ſpinis
Sémina mandat.

Dux viæ, quem nos ſéquimur volentes,
Ire det tuto pede, quò præívit;
Sic erit ſemper benè fida proles
Juncta parenti.

Christe, qui nobis, Patre ſic jubente,
Póntifex factus, tibi laus, tuóque
Una ſit Patri, ſit & una ſancto
Semper Amóri.
Amen.

éritas mea & miſeri-
mea cum ipſo; ℟.
ómine meo exaltá-
ornu ejus. *Pſ.* 88.
Bened. *Ant.* 4. E.
r gentem ſuam, & li-
: eam à perditióne,
ttus eſt glóriam in
ſatióne gentis. *Ec-*

Oratio.

us, qui beátum Me-
ardum Pontíficem
aſti in terris, & in
eternùm gloríficas:
nus ut, ejus apud
iter intercéſſio nos
at, quem noſtrum,
uâ caritáte, Paſtó-
t Patrem eſſe con-
is; Per Dóminum.

D HORAS.
lmi de Domínica.

PRIMAM.

. 1. D. Surrexit.

TERTIAM.

. 2. D. Implébitur.
itulum. Eccli. 35.
látio juſti impinguat
ltáre, & odor ſuavi-
ſt in conſpectu Altíſ-
ſacrificium juſti ac-
n eſt, & memóriam
on obliviſcétur Dó-

. br. Memor ſit Dómi-
nnis ſacrifícii tui: *
ia, allelúia. ℣. Et
uſtum tuum pingue
Allelúia, allelúia.
. ℟. Memor. *Pſ.* 19.
cceptábis, Dómine,
ſacrifícium juſtítiæ; ℟:
Oblatiónes & holocauſta.
Pſ. 50.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Fuit máximus.

Capitulum. Act. 20.

Attendite vobis & uni-
verſo gregi, in quo
vos Spíritus ſanctus póſuit
Epíſcopos régere Ecclé-
ſiam Dei, quam acquiſívit
ſánguine ſuo.

℟. *br.* Pavit eos in inno-
céntia cordis ſui: * Alle-
lúia, allelúia. ℣. Et in in-
tellectibus mánuum ſuá-
rum deduxit eos: * Alle-
lúia, allelúia. Glória. ℟.
Pavit. *Pſ.* 77.

℣. Deduxit eos in viam
rectam, ℟. Ut irent in ci-
vitátem habitatiónis. *Pſ.*
106.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Laudábimus
eum.

Capitulum. Hebr. 13.

Obedíte præpóſitis ve-
ſtris, & ſubjacéte eis:
ipſi enim pervígilant quaſi
ratiónem pro animábus
veſtris redditúri.

℟. *br.* Veníte, filii, au-
díte me: * Allelúia, alle-
lúia. ℣. Timórem Dómini
docébo vos: * Allelúia,
allelúia. Glória Patri. ℟.
Veníte. *Pſ.* 33.

℣. Os meum loquétur
ſapiéntiam, ℟. Et medi-
tátio cordis mei prudén-
tiam. *Pſ.* 48.

AD II. VESPERAS.

Pſalm. de Dominica, excepto ultimo, cujus loco dicitur Pſ. 131. Meménto, Dómine, David, *pag.* 110.

Antiphona. 3. *toni*, a.

VIr Dei es tu, & verbum Dómini in ore tuo verum eſt. *III. Reg.* 17.

Ant. 4. E. Cadat orátio noſtra in conſpectu tuo, & ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum. *Jerem.* 42.

Ant. 5. C. Ne ceſſes pro nobis clamáre ad Dóminum Deum noſtrum. *I. Reg.* 7.

Ant. 8. G. Ne rétrahas manus tuas ab auxílio ſervórum tuórum: líbera nos, férque præsídium. *Joſ.* 10.

Ant. 6. C. Nos pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ: confitébimur tibi in ſéculum. *Pſ.* 78.

Capitulum. Hebr. 13.

MEmentóte præpoſitórum veſtrórum qui vobis locúti ſunt verbum Dei: quorum intuentes éxitum converſatiónis, imitámini fidem.

Hymnus.

PRoximus morti, pópulo gemente,
Víribus Paſtor jacet ecce fractis;
Deſerit terras, propè jam quiétus
Hoſpes Olympi.

Rex tuum pronus, procerésque cingunt
Léctulum flentes; répetunt parentem
Páuperes; lugent, lacrymiſque turbant
Gáudia cœli.

Qua viâ celſas tibi pandis arces,
Fac tuos illâ, Pater, ire natos:
Et tuâ tandem prece nos beátis
Cœtibus adde.

Nec tuæ prolis tibi cura cedat:
Ut gubernaſti, Pater, hanc gubernes:
De tuis largas bibat, ut bibiſti,
Fóntibus undas.

Si reis vindex minitátur ira,
Súpplici defer prece vim Tonanti;
Et Deum jugis grege pro tuendo,
Víctima, placa.

Christe, qui nobis, Patre ſic jubente,
Póntifex factus, tibi laus, tuóque
Una ſit Patri, ſit & una ſancto
Semper Amóri. Amen.

℣. Protéctor noſter, áſpice, Deus, ℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui. *Pſ.* 83.

Ad Magníf. Ant. 1. J. Vir amátor civitátis & bene aúdiens, pro affectu Pater appellabátur. *II. Mach.* 14.

Deus, qui. *ſuprà.*
MPL. *Pſalm. de*
Cetera ut herì.
TICA *intra Octa-*
m Officium ſit de
, ut in Pſalterio,
à I. Veſp. quæ
gra de Sabbato
inicam occurren-
Commem. Octavæ
Veſp. & Laudib.
EBUS
Octavam
MEDARDI.
miduplex.
ut in Die, ex-
ſequuntur.
de Feria in toto

ATUT. *Tres Ant.*
R. *ex Nocturno*
dùm Feriam.
de Script. occur-
ibus una).
j. & iij. ut infrà
t Die.
UD. *Canticum de*
oh. unica 8. g. De-
t eſt IV. de Laud.
SP. *Ant. ſola* 3. a.
prima II. Veſp.
MPL. *ut in Die.*
ut in Die.
IE IX.
CTAVA.
miduplex.
Lectio ij.
ióne ſancti Ber-
di Abbátis.
tic. Serm. 76.
s Salvátor in E-
élio Paſtóres beá-

tos pronúntiat, ſi, cùm vénerit, invénerit vigilantes. Quàm boni vígiles, qui, nobis dormiéntibus, ipſi pervígilant, quaſi ratiónem redditúri pro animábus noſtris! Quàm boni cuſtódes, qui, vigilantes ánimo, atque in oratiónibus pernoctantes, hóſtium inſídias ſagáciter explórant, antícipant conſília malignántium, ... machinamenta fruſtrantur!

Lectio iij.

HI ſunt fratrum amatóres & pópuli chriſtiáni, qui multùm orant pro pópulo, & univerſa ſancta civitáte. Hi ſunt qui multùm ſolliciti pro ſibi commiſſis Domínicis óvibus, cor ſuum tradunt ad vigilandum dilúculo ad Dóminum qui fecit illos, & in conſpectu Altíſſimi deprecantur. Et vígilant & deprecantur, ſcientes ſuam inſufficiéntiam in cuſtodienda civitáte, & quia, niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam. Porrò, cùm Dóminus ita præcípiat, Vigiláte & oráte; liquet quòd abſque dúplici hoc exercítio fidélium, ſtudióque cuſtódum, non poteſt eſſe ſecúra civitas, non ſponſa, non oves.

Die X.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Lectio ij.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

De diſpenſat. Domini.

NE quis noſtrûm ſolos Apóſtolos diſpenſatóres noſtros factos exíſtimet, neglectóque milítiæ ſpiritális officio, ſervus piger infidéliter imprudentérque dormítet, ipſe beátus Apóſtolus Epíſcopos quoque diſpenſatóres eſſe oſtendens, ait: Oportet Epíſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatórem. Servi autem Patrisfamílias ſumus: diſpenſatóres Dómini ſumus: menſúram trítici quam vobis erogémus, accípimus. Quæ verò ſit iſta menſúra trítici, ſi quærámus, ipſam quoque nobis beátus Paulus Apóſtolus oſtendit dicens: Unicuíque ſicut Deus divíſit menſúram fidei.

Lectio iij.

QUam ergo menſúram trítici Chriſtus núncupat, ipſam menſúram fidei Paulus appellat; ut agnoſcámus non áliud eſſe ſpiritále tríticum, quàm Chriſtiánæ fidei venerábile ſacramentum. Hujus trítici menſúram vobis in nómine Dómini damus, quóties illumináti dono grátiæ ſpiritális, ſecundùm régulam veræ fídei diſputámus eamdem trítici menſúram per domínicos diſpenſatóres accipitis, cùm quotídiè per Dei fámulos verbum veritátis audítis. Indè aliménta bonæ vitæ ſumámus, ut ad ætérnæ vitæ prǽmia pervenire poſſímus.

Vesperæ de ſequenti.

Die XI.

In Feſto

S. BARNABÆ,

Gentium Apoſtoli.

Duplex III. Claſſis.

Pſalmi de Feria.

In primis Vesperis.

Antiph. I. Veſperarum de Communi Apoſtolorum, pag. j.

Capitulum. Act. 4.

MUltitúdinis credéntium erat cor unum & ánima una; nec quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſóres agrórum aut domórum erant, vendentes afferébant prétia eórum quæ vendébant, & ponébant ante pedes Apoſtolórum: dividebátur autem ſingulis prout cuíque opus erat.

Hymnus. Cœlo datur. *in II. Veſperis.*

℣. Beátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Pſ.* 40.

Magníf. *Ant.* 1. J.
as Levítes, cùm ha-
grum, véndidit eum
ſit prétium ante pe-
oſtolórum. *Act.* 4.
tio, *infrà ad Laudes.*
memoratio Octavæ
dardi.

MATUTINUM.

it. Apoſtolórum Ma-
n & Dóminum, *
:, adorémus. *Joann.*

lm. Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

REME, quales, Ar-
iter
niniſtros éligis!
opes qui vílibus
amas committere.
:c nempè plena lú-
nine
aſa frangi præcipis:
idè magna rúmpitur,
nube ſciſsâ, fúlgura.
TUM per orbem nún-
ii,
s velut, citi volant:
graves, Verbo Deo,
nt, coruſcant, pér-
luunt.
RISTUM ſonant; ver-
æ ruunt
ſuperbæ dæmonum:
m tubis clangéntibus,
rſa quondàm mœnia.
c, Chriſte, cœleſtes
ubæ
o graves nos éxci-
ent;

Accenſa de te lúmina
Pellant tenébras méntium.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Bárnabas Saulum duxit ad Apóſtolos: & narrávit illis quómodò in via vidiſſet Dóminum. *Act.* 9.

Ant. 2. D. Quidam ex iis qui diſperſi fúerant à tribulatióne quæ facta fúerat ſub Stéphano, cùm introiſſent Antiochíam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dóminum Jeſum. *Act.* 11.

Ant. 4. d. Apóſtoli miſérunt Bárnabam uſque ad Antiochíam: qui, cùm perveniſſet, & vidiſſet grátiam Dei, gavíſus eſt. *Act.* 11.

℣. Conſtítues eos príncipes, ℟. Super omnem terram. *Pſ.* 44.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. Bárnabas hortabátur omnes in propóſito cordis permanére in Dómino; * Quia erat vir bonus, & plenus Spíritu ſancto & fide. ℣. Mónita ſalútis dabat eis, & conſolabátur eos. * Quia. *Act.* 11. *Tob.* 1.

℟. Bárnabas, Saulum cùm inveniſſet, perduxit Antiochíam: * Et annum totum conversáti ſunt ibi in Eccléſia, & docuérunt turbam multam; ita ut cognominarentur primùm Antiochíæ diſcípuli Chriſtiáni. ℣. Annuntiavérunt opus quod operátus es, Deus, in diébus eórum. * Et. *Act.* 11. *Pſ.* 43.

℟. Diſcípuli, proùt quis habébat, propoſuérunt ſínguli in miniſtérium míttere habitántibus in Judæa frátribus: quod & fecérunt, * Mittentes ad ſenióres per manus Bárnabæ & Sauli. ℣. Prædicátum eſt ut deferrent ſínguli prétium Dómino, lætatíque ſunt cuncti, & ingreſſi contulérunt. * Mittentes. Glória. * Mittentes. *Act.* 11. *II. Paral.* 24.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. g. Erant in Eccléſia quæ erat Antiochíæ, Prophétæ & Doctóres, in quibus Bárnabas & Saulus. *Act.* 13.

Ant 3. *a.* Miniſtrántibus illis Dómino & jejunántibus, dixit illis Spíritus Sanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. *Act.* 13.

Ant. 6. F. Jejunántes & orantes, imponentéſque eis manus, dimisérunt illos. *Act.* 13.

℣. Eruet eos Dóminus à peccatóribus; ℟. Et ſalvábit eos, quia ſperavérunt in eo. *Pſ.* 36.

Lectio iv.

Joſeph, qui cognominátus eſt Bárnabas ab Apóſtolis, quod eſt interpretátum fílius conſolatiónis; levítes, Cyprius génere, agro véndito quem poſſidébat, prétium áttulit ad pedes Apoſtolórum; ad quos & pósteà Paulum addúxit recèns converſum. Jeroſólymis Antiochíam miſſus ab Eccléſia, quæ accéperat quoſdam ibi diſcípulos Dóminum Jeſum Græcis annùntiaſſe, cùm vidiſſet grátiam Dei, gavíſus eſt, & hortabátur omnes in propóſito cordis permanére in Dómino. Profectus eſt indè Tarſum, ut quæreret Paulum; quem cùm inveniſſet, perduxit Antiochíam, & annum totum conversáti ſunt ibi in Eccléſia, & docuérunt turbam multam; ita ut cognominarentur primùm Antiochíæ diſcípuli Chriſtiáni.

℟. Proconſul Sérgius Paulus, accersítis Bárnabâ & Saulo, deſiderábat audíre verbum Dei; * Reſiſtébat autem illis Elymas magus, & cécidit in eum calígo. Tunc Procon-

ſul

n vidiſſet factum, .t admírans ſuper do- Dómini. ℣. Póſuit ıus in eis verba ſi- n ſuórum, & prodi- ı in terra. * Reſiſté- Act. 13. Pſ. 104.

Lectio v.

ltâ fame ab Agabo rædictâ, collectas ſynas ad fratres in habitantes cum Pau- lit. Quo expléto mi- o, reverſi ſunt, aſ- o Joanne, cui cognó- rat Marcus. Cùm au- ntiochíæ in Eccléſia ǽteris Prophétis & ribus miniſtrárent no & jejunárent, di- íritus ſanctus: Segre- nihi Saulum & Bár- n in opus ad quod pſi eos. Tunc jeju- s & orantes, impo- ſque eis manus, di- unt illos. Itaque Se- ım venérunt, indè in um; ac multas præ- . urbes regionéſque grârunt, prædicantes gélium, & conſtituen- er ſíngulas Eccléſias yteros.

Secúti ſunt multi Ju- um, & coléntium ad- rum, Paulum & Bár- m, qui loquentes ſua- nt eis ut permanérent átia Dei. * Videntes s. Judæi, repléti ſunt , & contradicébant his quæ dicebantur blaſ- phemantes. ℣. Dedérunt húmerum recedentem, & cervícem ſuam induravé- runt, nec audiérunt. * Vi- dentes. Act. 13. II. Eſdr. 9.

Lectio vj.

Cum autem Lyſtris, propter claudum à Paulo ſanátum, pro diis ha- berentur, vocaréntque tur- bæ Bárnabam Jovem, Pau- lum verò Mercúrium; vix deterruérunt turbas ne ſibi immolárent. Reverſi An- tiochíam, ortâ ibi ſeditió- ne propter Judæos qui vo- lébant gentes ad Deum converſas circumcídi, rem ad Apóſtolos retulérunt: qui in concílio Jeroſoly- mitáno ſuper ea re decré- tum ſtatuérunt, remiſerúnt- que eos ad Eccléſiam An- tiochíæ, adjunctis Judâ & Silâ, ſcribentes per manus eórum. Poſtrémò Bárnabas digreſſus à Paulo, unà cum Marco navigávit in Cy- prum. Multis ibi demùm perfunctus pro Chriſto la- bóribus, glorióſo fine quié- vit. Refert Alexander Cy- prius, corpus ejus in ínſula Cypro, Zenóne imperan- te, repertum eſſe; ad cujus pectus erat Evangélium Matthæi, ipſíus Bárnabæ manu conſcriptum.

℟. Conſtanter Paulus & Bárnabas dixérunt: Vobis Judæis oportébat primùm

loqui verbum Dei; ſed, quóniam repéllitis illud, * Ecce convértimur ad gentes. † Audientes gentes gavíſæ ſunt. ℣. Dicit Dóminus: Ecce dedi te in lucem géntium, ut ſis ſalus mea uſque ad extrémum terræ. * Ecce. Glória. † Audientes. *Act.* 13. *Iſ.* 49.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Judæi excitavérunt perſecutiónem in Paulum & Bárnabam, & ejecérunt eos de finibus ſuis: at illi, excuſſo púlvere pedum in eos, venérunt Icónium. *Act.* 13.

Ant. 5. a. Cùm factus eſſet ímpetus gentílium & Judæórum, ut contumeliis afficerent & lapidárent eos, confugérunt ad civitátes Lycaóniæ; & ibi evangelizantes erant. *Act.* 14.

Ant. 4. f. Sacerdos Jovis volébat eis ſacrificáre: quod ubi audiérunt Bárnabas & Paulus, conſciſſis túnicis ſuis, vix ſedavérunt turbas, ne ſibi immolárent. *Act.* 14.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis; ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oves in médio lupórum. Eſtóte ergo prudentes ſicut ſerpentes, & símplices ſicut colúmbæ. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

In Matth. Homil. 34.

POſtquàm Chriſtus omnem curam à diſcipulórum córdibus ejécerat, eóſque ſignórum ſpectáculo muníerat, & quaſi férreos adamantinóſque reddíderat, ſeculáribus ómnibus ſuperióres, & ab omni temporánea ſollicitúdine liberátos, demùm illa prædícit mala quæ ipſos invaſúra erant: non ſolùm ea quæ paulò pòſt futúra, ſed étiam ea quæ póſt multùm témporis erant eventúra, diù ante illos præparans ad bellum contra diábolum ſuſcipiendum. Multa enim hinc bona emergébant. Primò, quòd ipsíus praſciéntiæ vim agnóſcerent: ſecundò, quod nemo ſuſpicári poſſet hæc mala ob doctóris imbecillitátem evenire: tértiò, ne ii qui hæc paſsúri erant, percellerentur ſi hæc inexpectáta & præter ſpem accidiſſent: quartò, ne hæc crucis témpore audientes turbarentur.

℟. Bárnabas & Paulus exiliérunt in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc fácitis? * Et nos mortáles ſumus, ſímiles vobis hómines, annun-

vobis ab his vanis
i ad Deum vivum,
cœlum & terram.
es dii populórum
óminus autem cœ-
. * Et nos. *Act.* 14.
l. 16.
viij. Poſt pauca.
idè, ut diſcant no-
m eſſe hanc bellan-
m, & inaudítum
dum, cùm nudos
unâ indútos túni-
: cálceis, ſine vir-
cíngulo, vel perâ,
i jubet ab excipién-
non hîc finem di-
icit, ſed ſuam oſten-
effábilem potén-
dicit: Sic abeun-
um manſuetúdinem
e, etiamſi contra
ſuri, nec modò con-
s, ſed étiam in mé-
órum. Neque tan-
vium manſuetúdi-
bet habére; ſed é-
mplicitátem colum-
c præſertìm meam
um fortitúdinem,
ves lupos vícerint,
in médio lupórum
t innúmeris mórſi-
erentur, nec modò
leantur, ſed étiam
convertant, quod
mirabílius eſt, &
quàm ſi occíderint;
pè illórum mutent
ntem, animúmque
rment: & hæc cùm
ódecim eſſent tan-

tùm; & totus orbis lupis eſſet plenus.

℞. Locútus eſt ómnia verba quæ díxerat Dóminus; * Et fecit ſigna coram pópulo, & crédidit pópulus. ℣. Apériens os ſuum evangelizávit Jeſum. * Et fecit ſigna. Glória. * Et fecit ſigna. *Exod.* 4. *Act.* 8.

Lectio ix.

Erubeſcámus ìgitur, qui contrária faciéntes, quaſi lupi inimícos invádimus. Quámdiù enim oves ſumus, víncimus; atque, etſi innúmeris circúmdati lupis, ſuperámus. Si verò lupi efficiámur, víncimur: paſtóris quippè auxílio deſtitúimur. Non enim ille lupos, ſed oves paſcit: tunc autem te relinquit ac diſcédit; quia non ſinis illum virtútem ſuam oſténdere. Si enim vexátus manſuetúdinem exhíbeas, ipſi totum attribúitur trophæum, ſin exíeris pugnaveríſque, victóriam obſcúras. Tu verò mihi conſídera, quinam ſint ii qui hæc dura laborióſaque præcepta aúdiunt: formidolóſi hómines, idiótæ, illiteráti & indócti: prorſùs obſcúri, qui exterórum leges ignorábant, qui non in forum deſcénderant; piſcatóres, publicáni, in ómnibus imbecilles. Quòd ſi hæc vel magno prǽditos ingénio &

ánimo viros turbáre poſſunt, quómodò non potuiſſent imperítos hómines, qui nihil generóſi unquàm ánimo concéperant, dejícere atque percéllere? At non dejecêre.

Te Deum. *pag. 9.*

AD LAUDES.

Antiphona, 1. *toni*, D.

SAulus & Bárnabas, miſſi à Spíritu ſancto, prædicábant verbum Dei. *Act.* 13.

Ant. 2. D. Diſſeminabátur verbum Dómini per univerſam regiónem. *Act.* 13.

Ant. 8. c. Icónii demoráti ſunt, Dómino teſtimónium perhibente verbo grátiæ ſuæ, dante ſigna & prodígia fieri per manus eórum. *Act.* 14.

Ant. 4. d. Reverſi ſunt.

Canticum. Iſaï. 49.

IN vácuum laborávi ſine cauſa, * & vanè fortitúdinem meam conſumpſi.

Judícium meum cum Dómino, * & opus meum cum Deo meo.

Et nunc dicit Dóminus formans me ex útero ſervum ſibi, * ut redúcam Jacob ad eum, & Iſraël non congregábitur.

Et glorificátus ſum in óculis Dómini, * & Deus meus factus eſt fortitúdo mea.

Et dixit: Parùm eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, * & fæces Iſraël convertendas.

Ecce dedi te in lucem géntium, * ut ſis ſalus mea uſque ad extrémum terræ.

Glória Patri.

Ant. Reverſi ſunt Bárnabas & Paulus per civitátes, confirmantes ánimas diſcipulórum, exhortantéſque ut permanérent in fide. *Act.* 14.

Ant. 6. F. Retulérunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet géntibus óſtium fidei. *Act.* 14.

Capitulum, Act. 15.

CUm veniſſent Jeroſólymam, ſuſcepti ſunt ab Eccléſia, & ab Apóſtolis & Senióribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis.

Hymnus.

PAuli labórum párticeps,
Conſors & in perículis,
Vos unus ambo ſpíritus,
Vos una junxit cáritas.

Quam veſtra gens Chriſti fidem
Luci rebellis réppulit,
Nil hæſitantes éxteris
Portaſtis illam géntibus.

Fac, Chriſte, noſtris ſe tuum
Cùm lumen offert méntibus,
Amóre ne noctis ſuæ
Cœleſte donum réſpuant.

Uni ſit & trino Deo

na laus, ſummum
ecus,
ɔcte qui nos ad ſuæ
ā vocávit glóriæ.
ımen.
éminant in lácrymis,
exultatióne métent.
ɔ4.
Bened. *Ant.* 5. a.
bant Bárnabam &
m, narrantes quanta
feciſſet ſigna & pro-
in géntibus per eos.
15.

Oratio.

ıus, qui beátum Bár-
abam plenum fide &
ı ſancto, ad opus vo-
is & converſiónis
m aſſúmere digná-
; concéde propítius,
mores óperis & cari-
jus, dignè Evangé-
ıriſti quod prædicá-
nversári mereámur;
ımdem...in unitáte
m Spíritûs ſancti
per ómnia ſǽcula.
ımem. *Octavæ S. Me-*

PRIMAM.

. 1. D. Saulus & Bár-

TERTIAM.

. 2. D. Diſſemina-

itulum. Eccli. 48.
rexit quaſi ignis, &
bum ipsíus quaſi fá-
ırdébat.
br. Elégit nobis Dó
hæreditátem ſuam,
* Allelúia, allel. ℣. Sub-
jécit pópulos nobis & gen-
tes, * Allelúia, allel. Gló-
ria. ℟. Elégit. *Pſ.* 46.

℣. In conſpectu gén-
tium, ℟. Revelávit juſti-
tiam ſuam. *Pſ.* 97.

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Icónii demo-
ráti ſunt.

Capitulum. Act. 13.

JUdæi concitavérunt mu-
líeres religióſas & ho-
neſtas in Paulum & Bárna-
bam, & ejecérunt eos de
fínibus ſuis; at illi, excuſſo
púlvere pedum in eos, ve-
nérunt Icónium.

℟. *br.* Illîc mandávit
Dóminus benedictiónem,
* Allelúia, allel. ℣. Et vi-
tam uſque in ſǽculum, *
Allel. all. Glória. ℟. Illîc.
Pſ. 132.

℣. Euntes ibant & fle-
bant, ℟. Mittentes ſémi-
na ſua. *Pſ.* 125.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Retulérunt.

Capitulum. Galat. 2.

SUbintroiérunt falſi fra-
tres exploráre liberrá-
tem noſtram quam habé-
mus in Chriſto Jeſu, ut
nos in ſervitútem redíge-
rent: quibus neque ad ho-
ram ceſſimus ſubjectióne,
ut véritas Evangélii per-
máneat apud vos.

℟. *br.* Iníquè non égi-

mus in teſtamento tuo, Dómine: * Allelúia, allelúia.

℣. Et non receſſit retrò cor noſtrum: * Allelúia, allel. Glória. Iníquè. *Pſ.* 43.

℣. Dediſti nos tanquàm oves eſcárum; ℟. Et in géntibus diſperſiſti nos. *Pſ.* 43.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 8. *toni*, G.

PLácuit Apóſtolis & Senióribus, viros míttere Antiochíam cum Paulo & Bárnabâ. *Act.* 15.

Ant. 7. c. Paulus & Bárnabas, demorabantur Antiochíæ, docentes & evangelizantes. *Act.* 15.

Ant. 6. c. Dixit ad Bárnabam Paulus: Revertentes viſitémus fratres quibus prædicávimus verbum Dómini. *Act.* 15.

Ant. 3. a. Paulus & Bárnabas dixérunt: Quóniam repéllitis verbum Dei, ecce convértimur ad gentes. *Act.* 13.

Ant. 2. D. Bárnabas aſſumpto Marco, navigábat in Cyprum; Paulus verò, electo Silâ, perambulábat Syriam. *Act.* 15.

Capitulum. Act. 14.

CUm conſtituiſſent Bárnabas & Paulus per ſíngulas Eccléſias Presbyteros, & oraſſent cum jejunatiónibus, commendavérunt eos Dómino in quem credidérunt.

Hymnus.

CŒlo datur quiéſcere,
Terris relictis, Bárnaba:
Solemnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

Quem propter, agro véndito,
Opes cadúcas déſeris,
Magno rependens fœnore,
En fundus ipſe ſit tuus.

Tu ſacra per jejúnia,
Tu públicas inter preces,
Jubente ſancto Spíritu,
Chriſti creáris Núntius.

Uni ſit & Trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Nimìs honorificáti ſunt amíci tui, Deus; ℟. Nimìs confortátus eſt principátus eórum. *Pſ.* 138.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Bárnabas & Paulus tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15.

Commemoratio Octavæ; deindè SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, Martyrum. Ant. Cùm vos óderint ℣. Multæ, *pag.* xviij. *&* xvij. *Orat.* Deus cujus, *pag.* xxiv. *in Communi plurium Martyrum.*

... XII.
OCTAVA.
Semiduplex.
...ne ſancti Joannis
...ryſóſtomi.
...15. Ep. ad Rom.
Lectio ij.
...quis Chriſtum dí-
...it, & gregem illíus
...ligit: Móyſen tum
Iſraelitárum du-
...ſtítuit Deus, poſt-
...iâ eſſet in eos be-
...tiâ, declaráverat.
...uoque símili modo
...inaugurátus eſt,
...iàm apparúerat,
...nevolenti eſſet in
...n ánimo. Ita enim
...dolescéntulus pó-
...sâ dóluit ac zelá-
& ánimam ſuam
...et, cùm bárbarum
Góliam è médio
Et Sámuel quoque
...s erat & amátor
... undè & dicébat:
...c à me peccátum,
...m pro vobis oráre
...m. Ita & Paulus,
...ità, ſed multò plùs
...s ardébat erga súb-
...undè & diſcípulos
...ſe animávit, ut dí-
...i poſsíbile fuiſſet,
...veſtros eruiſſétis,
...e dediſſétis. Et Chri-
...imi paſtóris régu-
...ferens dixit: Bo-
...ſtor ánimam ſuam
...ro óvibus ſuis. Sunt
Sanctórum ánimæ ádmodùm mites, & hóminum amantes, non domeſticórum modò, ſed étiam alienórum.

Lectio iij.

ITà Paulus præcépit dicens: Obedíte præpóſitis veſtris, & ſubjacéte eis: ipſi enim pervígilant tanquàm ratiónem pro animábus veſtris reddit úri. Quandò dicit: Ipſi pervígilant, innumerábiles labóres, curas & perícula compléctitur. Bonus enim paſtor & talis, qualem Chriſtus vult, innúmeris comparátur martyribus. Propter Chriſtum quippè martyr ſemel quidem móritur; hic verò míllies propter gregem. Proptéreà & vos, cógnito noſtro labóre, nos juváte & précibus, & diligéntiâ, & ánimi alacritáte & dilectióne; ut & nos veſtra, & vos vicíſsìm noſtra ſitis gloriátio. ¶ Memorantur hâc die Basílides, Cyrínus, ſeu Quirínus, Nabor & Nazárius, mílites Románi, qui primùm ab Aurélio, Romæ Præfecto, comprehenſi conjiciuntur in cárcerem. Cùm autem eórum hortatiónibus & conſtántiâ commóti Marcellus cuſtódiæ præpóſitus, & álii plures Chriſti fidem amplecterentur, ſiſtuntur ad Tribúnal, ibíque flagellis cæſi, Chri-

mus in teſtamento tuo, Dómine: * Allelúia, allelúia.
℣. Et non receſſit retrò cor noſtrum: * Allelúia, allel. Glória. Iníquè. *Pſ.* 43.
℣. Dediſti nos tanqu... oves eſcárum; ℟. F... géntibus diſperſiſti... *Pſ.* 43.

AD II. VE... V A.
Antiphon ... plex.

Plác... ne ſancti Augustíni.
Serm. 84.

Audiſtis in Evangélio & bonórum ſervórum méritum, & pœnam malórum. Et malítia tota ſervi illius reprobáti gravitérque damnáti iſta fuit, quia nóluit erogáre: ſervávit íntegrum quod accépit; ſed dóminus ejus lucra quærébat. Avárus eſt Deus ad ſalútem noſtram. Si ſic damnátur qui non erogávit, quid debent expectáre qui perdunt? Nos ergo diſpenſatóres ſumus; nos erogámus; vos accípitis. Lucra enim erogatiónis noſtræ iſta ſunt. Sed étiam ad vos nolíte exiſtimáre non pertinére erogatiónem. Non poteſtis erogáre de iſto loco ſuperióre; ſed poteſtis ubicumque eſtis. Ubi reprehénditur Chriſtus, deféndite; murmuratóribus reſpondéte; blaſphematóres corrípite; ab eórum vos ſocietáte alienáte. Sic erovérunt ... s lucrámini. quer... noſtram in dó... ris. Epíſcopus ... tus eſt, quia ſu... endit, quia intendu... curat.

Lectio iij.

Unuſquiſque ergo in domo ſua, ſi caput eſt dómui ſuæ, debet ad eum pertinére Epiſcopátus officium: quómodò ſui credant; ne áliqui ipsórum in hæreſim incurrant, ne uxor, ne filius, ne filia, ne ipſe ſervus, quia tanti eſt emptus. Diſciplina Apoſtólica præpóſuit dóminum ſervo, & ſervum ſúbdidit dómino. Chriſtus tamen pro ambóbus unum prétium dedit. Mínimos veſtros nolíte contémnere; domeſticórum veſtrórum ſalútem omni vigilántia procuráte. Hæc ſi fácitis, erogátis: pigri ſervi non éritis; damnatiónem tam deteſtandam non timébitis.

Veſperæ de ſequenti. Commemor. præcedentis.

Die XIV.
SS. Rufini et Valerii, Martyrum,

Semiduplex.

Omnia ut in Communi plurium Martyrum, Orat. Deus, cujus grátia, *p.* xxiv.

Lectio ij.

Rufínus & Valérius inſignes Remenſis provínciæ Martyres, Quinti-

ie collégis, má-
ſpíno & Criſpi-
ncti fuiſſe tra-
nim, Remis
hriſti teſti-
ſſiónes,
íliùs E-
rat,
ncílium
illula, ſexto
pide collocârunt.
à horreórum im-
i cuſtódiâ, viven-
rvo, victum quo
iis fraudábant je-
paúperes liberáli-
ébant. Hinc cùm
arus prætórii Præ-
o data ſibi à Ma-
Hérculc licéntiâ,
in Chriſtiános
ad eum, cùm per
nſem agrum iter
Rufini atque Va-
a deláta eſt. Mox
ri & comprehen-
adductos ad ſe de
intérrogat; & in
ilectióne & pro-
irmíſſimos exper-
tári grávibus ca-
in tenebróſum
cónjici mandat.
ectio iij.
os die póſtero Præ-
s natúrâ ferox, vá-
is poteſt modis, à
a ſide dimovére
ntat; & niſi diis
e velint, acerba
os minátur. Re-
onſtanter, íllicò dantur in tormenta; ſuſpenduntur, & diſtenduntur equúleo, virgis, lumbáris immaniſſimè cæduntur; atque dirâ membrórum concisióne laceráti, rursùs in ergáſtulo recluduntur. Demùm Ríctius Varus, cùm Sueſſiónem péteret, juſſit Rufinum & Valérium vinctos ſequi: qui, poſt tres círciter leucas confectas, cùm in profeſſióne fidei permanérent immóbiles, & de tormentis doloribúſque quos pro illa tolerábant, gaudérent, cápite, ipsámet in via pública, ad amnis Vídulæ ripam, truncáti ſunt.

Ad Laud. Commem. Octavæ.

Vesperæ *de ſequenti, ut in I. Veſp. Feſti, omiſſo Reſponſorio.*

Commemor. præcedentis.

DIE XV.

OCTAVA S. MEDARDI.

Duplex.

Omnia ut in Die, præter ſequentia.

Pſalmi de Feria in toto Officio.

Ad Matut. in unoquoque Nocturno dicit. unicus de tribus ùnius è Nocturnis diei Feſti, ſecundùm Feriam. Cetera ut in Die, dempto ritu Annuali.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

ſtúmque nihilóminùs intrépidè confitentes, ſecúri feriuntur.

Ad Laud. *Commem. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, Martyr. Ant.* Beáti. ℣. Salus. *pag.* xxiij. *Orat.* Deus, cujus, *p.* xxiv. *in Communi plurium Mart.*

Die XIII.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

De ſermóne ſancti Auguſtíni.

Serm. 84.

AUdiſtis in Evangélio & bonórum ſervórum méritum, & pœnam malórum. Et malítia tota ſervi illíus reprobáti gravitérque damnáti iſta fuit, quia nóluit erogáre: ſervávit íntegrum quod accépit; ſed dóminus ejus lucra quærébat. Avárus eſt Deus ad ſalútem noſtram. Si ſic damnátur qui non erogávit, quid debent expectáre qui perdunt? Nos ergo diſpenſatóres ſumus; nos erogámus; vos accípitis. Lucra enim erogatiónis noſtræ iſta ſunt. Sed étiam ad vos nolíte exiſtimáre non pertinére erogatiónem. Non poteſtis erogáre de iſto loco ſuperióre; ſed poteſtis ubicumque eſtis. Ubi reprehénditur Chriſtus, defféndite; murmuratóribus reſpondéte; blaſphematóres corrípite; ab eórum vos ſocietáte alienáte. Sic erogátis, ſi áliquos lucrámini. Agite vicem noſtram in dómibus veſtris. Epíſcopus indè appellátus eſt, quia ſuperintendit, quia intendendo curat.

Lectio iij.

UNuſquiſque ergo in domo ſua, ſi caput eſt dómui ſuæ, debet ad eum pertinére Epiſcopátus officium: quómodò ſui credant; ne áliqui ipsórum in hæreſim incurrant, ne uxor, ne fílius, ne fília, ne ipſe ſervus, quia tanti eſt emptus. Diſciplína Apoſtólica præpóſuit dóminum ſervo, & ſervum ſúbdidit dómino. Chriſtus tamen pro ambóbus unum prétium dedit. Mínimos veſtros nolíte contémnere; domeſticórum veſtrórum ſalútem omni vigilántia procuráte. Hæc ſi fácitis, erogátis: pigri ſervi non éritis; damnatiónem tam deteſtandam non timébitis.

Vesperæ de ſequenti. Commemor. præcedentis.

Die XIV.

SS. RUFINI ET VALERII,

Martyrum,

Semiduplex.

Omnia ut in Communi plurium Martyrum, Orat. Deus, cujus grátia, *p.* xxiv.

Lectio ij.

RUfinus & Valérius inſignes Remenſis provínciæ Mártyres, Quinti-

ſque collégis, má-
Criſpíno & Criſpi-
onjuncti fuiſſe tra-
. Hos enim, Remis
ropter Chriſti teſti-
n, ad Sueſſiónes,
pagandi faciliùs E-
ii ſpes affulſerat,
unt; & domicílium
triáli víllula, ſexto
lápide collocárunt.
eptâ horreórum im-
am cuſtódiâ, viven-
párvo, víctum quo
inuis fraudábant je-
in paúperes liberáli-
ndébant. Hinc cùm
Varus prætórii Præ-
pro data ſibi à Ma-
o Hércule licéntiâ,
ter in Chriſtiános
; ad eum, cùm per
nenſem agrum iter
r, Rufíni atque Va-
ma deláta eſt. Mox
uíri & comprehen-
t, adductos ad ſe de
ne intérrogat; & in
dilectióne & pro-
e firmíſſimos exper-
nerári grávibus ca-
& in tenebróſum
em cónjici mandat.

Lectio iij.

ctos die póſtero Præ-
ctus natúrâ ferox, vá-
ibus poteſt modis, à
iána fide dimovére
r tentat; & niſi diis
áre velint, acerba
ſúros minátur. Re-
s conſtanter, íllicò
dantur in tormenta; ſuſ-
penduntur, & diſtenduntur
equúleo, virgis plumbátis
immaníſſimè cæduntur; at-
que dirâ membrórum con-
ciſſióne laceráti, rursùs
in ergáſtulo recluduntur.
Demùm Ríctius Varus,
cùm Sueſſiónem péteret,
juſſit Rufínum & Valé-
rium vinctos ſequi: qui,
poſt tres círciter leucas
confectas, cùm in profeſ-
ſióne fídei permanérent
immóbiles, & de tormen-
tis doloribúſque quos pro
illa tolerábant, gaudérent,
cápite, ipsámet in via pú-
blica, ad amnis Vídulæ ri-
pam, truncáti ſunt.

Ad Laud. Commem. Octavæ.

Vesperæ *de ſequenti, ut in I. Veſp. Feſti, omiſſo Reſponſorio.*

Commemor. præcedentis.

Die XV.

OCTAVA S. MEDARDI.

Duplex.

Omnia ut in Die, præter ſequentia.

Pſalmi de Feria in toto Officio.

Ad Matut. in unoquoque Nocturno Ant. unica de tribus unius è Nocturnis diei Feſti, ſecundùm Feriam. Cetera ut in Die, demptO ritu Annuali.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Bernardi, Abbátis.

Serm. 1. de S. Victore.

Lectio iv.

SAnctórum vita & glória ſpeciális non tam ad glóriam quàm ad virtútem próvocat omnes qui recto ſunt corde. Non recti planè, ſed perverſi eſt ánimi antè quærere glóriam quàm exercére virtútem, & velle coronári qui legítimè non certáverit. Abſit mihi gloriári niſi in glória illórum quibus Prophéta congrátulans ait: Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt: & in nómine tuo exultábunt totâ die, & in juſtítia tua exaltabuntur; & infert: Quóniam glória virtútis eórum tu es. Pulchrè non eórum, ſed virtútis eórum glória commendátur: quæ enim ſine virtúte eſt glória, profectò indébita venit, præprópere affectátur, periculóſè captátur. Virtus gradus ad glóriam, virtus mater glóriæ eſt.

Lectio v.

HAbémus, dilectíſſimi, in vita ſancti quid ſalúbriter imitémur. Æmulémur sóbrium victum, devótum affectum: æmulémur manſuetúdinem ſpíritûs, caſtimóniam córporis, oris cuſtódiam, ánimi puritátem; pónere frænum iræ & modum linguæ, dormíre párciùs, oráre frequéntiùs, commonére noſmetipſos pſalmis, hymnis, & cánticis ſpirituálibus: diébus júngere noctes, & divínis láudibus occupáre. Diſcámus ab ipſo quòd mitis & húmilis corde fuit. Æmulémur quòd éxtitit liberális in paúperes, jucundus ad hóſpites, pátiens ad peccantes, benignus ad omnes.

Lectio vj.

EPulémur, dilectíſſimi, ad menſam dívitis vocáti, menſam abundantem pánibus, delíciis cumulátam. An non dives qui exemplis nos réficit, prótegit méritis, lætíficat ſignis? Cujus vita repléta bonis, quid niſi menſa referta cibis? Ecce præ óculis in menſa ſancti censúra judícii, diſciplínæ vigor, ſanctitátis ſpéculum, vitæ forma, virtútis inſigne. Hæc à me & abſque præſumptióne ſumuntur, & ſalúbriter inſumuntur, & ſi non diſſímulo, diſtrictè repoſcuntur. Si panem dolóris & vinum compunctiónis de dívitis menſa obtúleris, tollo ſecúrus qui ſum pauper & inops. Erunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, & póculum meum cum fletu miſcébo: pars mea hæc qui dolenda commíſi. Si temperántiæ, ſi juſtítiæ,

ıtiæ vel fortitúdi-
ıpla appáreant, ea
ınter ſumo, ſciens
ia oportet me præ-
Hæc mihi appóni,
: repetítum iri non

. NOCTURNO.
ſancti Evangélii
ndùm Lucam.
vij. Cap. 12.
ı témpore : Dixit
nus (Jeſus) ad Pe-
uis, putas, eſt fidé-
nsátor & prudens,
onſtituit Dóminus
ımíliam ſuam, ut
in témpore trítici
ım? Et réliqua.
ı ſancti Bernardi
Abbátis.
ib. & Officio Epiſc.
p. 3. n. 11.
s Póntifex, qui bo-
ualibet per manus
ıſcúntia, ſive diví-
ficia ad hómines,
ominum vota ad
columbíno íntuens
ıihil ſibi retentat ex
s. Nec pópuli re-
atum, ſed lucrum;
i glóriam uſurpat
ceptum talentum
at in ſudário, ſed
: nummuláriis à qui-
ısúras récipit, non
l Dómino: non ha-
eam ut vulpes, non
m vólucres nidum,
culos quómodò Ju-
ıitátur profectò il-

lum qui non habébat ubi reclináret caput; factus impræſentiárum tanquàm vas pérditum, quandóquè procul dúbiò futúrum vas in honórem, & non in contuméliam. Dénique perdit ánimam ſuam in hoc mundo, ut in vitam ætérnam cuſtódiat eam.

Lectio viij. n. 25. & 27.

MUlti non tantâ fidúciâ & alacritáte cúrrerent ad honóres, ſi eſſe ſentírent & ónera. Gravári profectò metúerent, nec tanto cum labóre & perículo quarúmlibet affectárent ínfulas dignitátum. Nunc verò quia ſola atténditur glória, & non pœna, purum eſſe Cléricum erubéſcitur in eccléſia: ſéque viles æſtimant, & inglórios, qui quocumque eminentióri in loco non fúerint ſublimáti. Cúrritur in clero paſſim ab omni ætáte & órdine, à doctis páriter & indoctis, ad Eccleſiáſticas curas, tanquàm ſine curis jam quiſque victúrus ſit, cùm ad curas pervénerit.

Lectio ix.

O Infiníta ſemper ambítio & inſatiábilis avarítia! Cùm primos honórum gradus merúerint in Eccléſia; merúerint autem, vel vitæ mérito vel pecúniæ, ſive étiam carnis

& ſánguinis, quæ regnum Dei non poſſidébunt, prærogátivâ, non ídeò corda quieſcunt, dúplici ſemper æſtuántia deſidério, quo útique magìs ac magìs & dilatentur in plura & ad celſióra ſublimentur. Verbi grátiâ, cùm factus quis fúerit in quacumque eccléſiâ Decánus, Præpóſitus, Archidiáconus, aut áliquid ejúſmodi; non contentus uno in una, plures ſibi uno quotquot valet conquírere honóres, ſátagit tàm in una quàm in plúribus. Si lucri ſpirituális grátiâ hæc fáciunt laudandus eſt zelus, ſed præſúmptio corrigenda.

AD VESP. *Commemor. ſequentis.*

DIE XVI.

In Feſto

SS. CYRICI & JULITTÆ, Martyrum.

Simplex.

De Communi plurium Martyrum, pag. xvij.

De Epíſtola Theodóri Epíſcopi Icónii.

Apud Ruinart ad ann. 305.

Lectio iij.

[CYricus & Julitta mater ejus, ex Lycaóniæ civitáte Icónio, nóbili génere oriundi, Tarſi in Cilícia Diocletiáno imperante, martyrii corónam adepti ſunt]. Comprehénditur ínclyta Martyr Julitta, tenellâ valdè ætáte puellum Cyricum complectens; tum illa tribunáli adhíbita, noménque ac fortúnam patriámque rogáta, Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſibi nomen adſcívit, dicens: Chriſtiána ſum. Irâ accenſus prætor Alexander, tolli ab ea púerum juſſit & ad ſe addúci, quippè elegantem, necdùm per ætátem quidquam ſcientem. * Matrem verò, compóſito córpore atque diſtento, crudis nervis immániter cædi imperávit. Vi autem ab ſtrénuæ Martyris ſinu avulſum puérulum, totúmque in matrem geſtientem, nec ab ea ocellos avocantem, carnífices prætóri adhibent. Acceptum prætor púerum manu blandè deliniens à fletu cohibére omnínò nitebátur: puer verò intentis in matrem lumínibus caput avertébat, manibúſque obnítens prætóris fáciem unguículis ſcalpébat. ** Æmulam vocem pronuntiávit, ipſam matris prædicatiónem edens ac clamans: Chriſtiánus ſum. Excandeſcens agreſtis fera, nec enim homo nuncupandus, è ſublími ſólio púerum terræ allídit: præclári Mártyris cérebro eâ in confeſſióne ad gráduum ángulos colliſo. Tum judex ſenténtiam dicit: Cædi gládio féminæ cervícem. [Celebérrima eſt per

Gálliam horum már-
memória ; ex quo
; Amátor Autiſſiodo-
piſcopus, ex Orien-
regrinatióne redux,
córpora ex Antio-
tuliſſe tráditur].

Oratio.

udi nos, Deus ſalu-
is noſter, cum ſan-
i Cyrici & Julittæ
trocínio ſupplican-
quorum celebrámus
hos, poſſímus reti-
onſtántiam; Per Dó-
n.

Die XIX.

In Feſto
GERVASII
PROTASII,
Mártyrum.
Semiduplex.

nia de Communi plu-
Martyrum, p. xvij.
it. Mártyrum, *infrà.*
piſtola ſancti Ambró-
Epíſcopi ad Dómi-
nam ſorórem.
1. *Epiſt.* 22. §. 7. & 10.

Lectio ij.

íncipes pópuli quos
ios niſi ſanctos Már-
æſtimáre debémus;
m jam in númerum
nte ignoráti Protá-
Gervaſiúſque præfe-
r, qui ſtérilem Mar-
s Eccléſiam Medio-
ſem, jam plurimó-
natrem filiórum, læ-
aſſiónis própriæ fécc-
t títulis & exemplis?
Grátias tibi, Dómine Jeſu,
quòd hoc témpore tales no-
bis ſanctórum Mártyrum
ſpíritus excitaſti, quo Ec-
cléſia tua præsídia majóra
desíderat. Cognoſcant om-
nes quales ego propugna-
tóres requíram, qui pro-
pugnáre poſſint, impugná-
re non sóleant. Hos ego ac-
quisivi tibi, plebs ſancta,
qui proſint ómnibus, né-
mini nóceant. Tales ego
ámbio defensóres, tales mí-
lites áveo; hoc eſt non ſé-
culi mílites, ſed mílites
Chriſti.

Lectio iij.

Sanctórum Mártyrum cognitiónem, quam majóres amiſérunt, nos adepti ſumus. Eruuntur nóbiles Relíquiæ è ſepulcro ignóbili: oſtenduntur cœlo trophæa. Sánguine túmulus madet, apparent cruóris triumphális notæ, inviolátæ Relíquiæ loco ſuo & órdine repértæ, avulſum húmeris caput. Nunc ſenes répetunt audiſſe ſe aliquandò horum Mártyrum nómina, titulúmque legiſſe. Perdíderat cívitas ſuos Mártyres, quæ rápuit aliénos. Etſi hoc Dei munus eſt; tamen grátiam quam tempóribus ſacerdótii mei Dóminus Jeſus tríbuit, negáre non poſſum: & quia ipſe Martyr eſſe non méreor, hos vobis

Mártyres acquisívi. Succédant víctimæ triumpháles in locum ubi Chriſtus hóſtia eſt: ſed ille ſuper altáre qui pro ómnibus paſſus eſt; iſti ſub altári qui illíus redempti ſunt paſſióne.

Oratio.

MArtyrum tuórum, Dómine, Gerváſii & Protáſii palmas ánnuâ celebratióne venerantes, súpplices te rogámus, ut quos cœleſti glóriâ ſublimaſti, nobis pérpeti ſuffrágio concédas ſubveníre. Per Dóminum.

DIE XXII.

In Feſto SANCTI PAULINI, Nolani Epiſcopi.

Simplex.

Omnia de Communi SS. Pontif. pag. xxv. *Orat.* Deus qui, *infrà.*

Lectio iij.

PAulínus, Conſulári & Patrício génere natus haud procul à Burdígala, rhetóricis & poéticis ártibus ab Ausónio inſtitútus eſt. Património peramplo potítus, & in ipſo juventútis flore Conſulátum conſecútus, Theráſiam uxórem duxit. Circa annum vitæ ſuæ trigéſimum octávum à Delphíno Burdigalenſi Epíſcopo baptizátus, erogátis in paúperes facultátibus, in Hiſpániam ſeceſſit, Theráſiâ à viri propóſito non diſſentiente. Barcínonæ, facto in eum multitúdinis ímpetu, Presbyterum ſe ordinári paſſus eſt; eâ lege ut Eccléſiæ Barcinonenſi non alligarétur. Indè in Itáliam profectus eſt, ut Nolæ ad túmulum ſancti Felícis réliquum vitæ Deo ſervíret. Romæ multórum de Clero invídiâ laborávit. Nolæ dénique mónachi vitam degens, ejuſdem civitátis Epiſcopátum ſuſcípere coactus eſt. Vaſtántibus póſteà Nolam Gothis, Paulínus ex opulentíſſimo dívite, ut ſanctus Auguſtínus ſcribit, voluntáte paupérrimus, & copiosíſſimè ſanctus, cùm ab eis tenerétur, ſic in corde ſuo precabátur: Dómine, non excrúcier propter aurum & argentum; ubi enim ſint ómnia mea tu ſcis. Tandem cùm láterum dolóre correptus eſſet, cubículum in quo jacébat terræ motu contrémuit: ac paulò pòſt ánimam Deo réddidit, anno ſalútis quadringentéſimo trigéſimo primo. Multa piè & eleganter ſcripſit. Suæ virtútis præcónes hábuit Martínum, Ambróſium, Hierónymum, Auguſtínum, & quotquot fuérunt ipsíus ætáte ſummi viri.

Oratio.

, qui ómnia pro
:linquéntibus, &
culo céntuplum,
o vitam æternam
; concéde propí-
ſancti Pontíficis
eſtígiis inhæren-
úra contémnere,
manſúra ſemper
valeámus; Per.

XXIII.

/IGILIA
IVITATIS
N. BAPTISTÆ.

: *de Feria occur.*
qua ſequuntur.

ATUTINUM.

)CT. *Lectiones duæ*
: Script. occurr. de
. fit unica. Duo
ra de Tempore.

ſancti Evangélii
dùm Lucam.

iij. Cap. 1.

n diébus Heródis
Judææ Sacerdos
nómine Zacha-
vice Abía; & uxor
filiábus Aaron, &
:jus Eliſabeth: e-
em juſti ambo an-
. Et réliqua.

ſancti Ambróſii
Epíſcopi.

Evang. ſec. Luc.
1. §. 15. & 16.

:t nos Scriptúra di-
a non ſolùm mores in iis qui prædicábiles
ſunt, ſed étiam parentes
oportére laudári; ut véluti
tranſmiſſa immaculátæ puritátis hæréditas in iis quos
vólumus laudáre, præcellat. Quæ enim ália inténtio hoc loco ſancti Evangeliſtæ, niſi ut ſanctus
Joannes Baptiſta nobilitétur paréntibus, miráculis,
móribus, múnere, paſſióne? Sic étiam ſancti Sámuel mater Anna laudátur: ſic Iſaac à paréntibus
nobilitátem pietátis accépit, quam póſteris derelíquit. Sacerdos ítaque Zacharías: nec ſolùm ſacerdos, ſed étiam de vice Abía, id eſt, nóbilis inter ſuperióres famílias. Et uxor
ejus de filiábus Aaron:
Non ſolùm ígitur à paréntibus, ſed étiam à majóribus ſancti Joannis nobílitas propagátur; non ſeculári poteſtáte ſublímis, ſed
religiónis ſucceſſióne venerábilis. Tales enim majóres habére débuit prænúntius Chriſti; ut non repentè
conceptam, ſed à majóribus acceptam, & ipſo infúſam jure natúræ prædicáre fidem Domínici vidérétur adventûs.

℟. Ait ad Zacharíam
Angelus: Eliſabeth páriet
tibi fílium: * Et † Spíritu
ſancto replébitur adhuc ex
útero matris ſuæ. ℣. Erit

Nazaræus Dei ab infántia ſua, ex útero matris ſuæ: vinum & síceram non bibat, nullo veſcátur immundo.* Et. Glória. † Spíritu. *Luc.* 1. *Judic.* 13.

AD LAUDES.

Poſt Hymnum, ℣. Prævenisti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus dulcédinis. *Pſ.* 20.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Factum eſt verbum Dómini ad me dicens: Priuſquàm te formárem in útero, novi te: & ántequàm exires de vulva, ſanctificávi te; & Prophétam in géntibus dedi te. *Jerem.* 1.

Preces dicuntur flexis genibus: ut in Pſalterio, pag. 155.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joannis Baptiſtæ præcursóris hortamenta ſectando, ad eum quem prædixit, ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum vivit.

Fiunt Suffragia.

AD HORAS.

Preces dicuntur flexis genibus, pag. 158. *& ſeq.*

Veſperæ de Feſto ſequenti.

DIE XXIV. JUNII.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex ſecundæ Claſſis.

Pſalmi de Feria in toto Officio.

In primis Veſperis.

Antiphona, 8. toni, g.

CUm ſacerdótio fungerétur Zacharías, appáruit illi ángelus Dómini ſtans à dextris altáris incenſi. *Luc.* 1.

Ant. 3. a. Ait ad illum Angelus: Ne tímeas, Zacharía: exaudíta eſt deprecátio tua; & uxor tua Elíſabeth páriet tibi fílium. *Luc.* 1.

Ant. 1. J. Vocábis nomen ejus Joannem: & erit gaúdium tibi & exultátio; & multi in nativitáte ejus gaudébunt. *Luc.* 1.

4. D. Multos filió-
ael convertet ad
m Deum ipsórum,
édet paráre Dó-
lebem perfectam.

6. F. Ego ſum Gá-
ai aſto ante Deum:
s ſum loqui ad te,
tibi evangelizáre.

lum. *Malach.* 3.
go mitto Angelum
um, & præparábit
ite fáciem meam:
n véniet ad tem-
ſuum Dominátor
os quæritis, & An-
ſtamenti quem vos

rit magnus coram
, & * Ipſe præcé-
illum in ſpíritu &
Eliæ: † Ut conver-
a patrum in filios,
ſdulos ad prudén-
tórum. ℣. Ecce ego
vobis Eliam Pro-
, ántequàm véniat
mini; convertet cor
ad filios. * Ipſe.
Patri. † Ut. *Luc.* 1.
t. 4.
Hymnus.
queant laxis reſo-
náre fibris
ſtórum fámuli tuó-
ri,
ollúti lábii reátum,
cte Joannes.
TIUS celſo véniens
mpo,

Te Patri magnum fore na-
ſcitúrum;
Nomen, & vitæ ſériem
gerendæ,
Ordine promit.
Ille promiſſi dúbius ſu-
perni,
Pérdidit promptæ módulos
loquélæ:
Sed reformaſti génitus per-
emptæ
Organa vocis.
Ventris obſtrúſo récu-
bans cubíli,
Sénſeras Regem thálamo
manentem:
Hinc parens nati méritis
uterque
Abdita pandit.
Laudibus cives céle-
brant ſuperni
Te, Deus ſimplex paritér-
que trine:
Súpplices & nos véniam
precámur:
Parce redemptis.
Amen.
℣. Prodúcam cornu Da-
vid, ℟. Parávi lucernam
Chriſto meo. *Pſ.* 131.
Ad Magníf. *Ant.* 5. C.
Angelus dixit Zachariæ:
Ecce eris tacens, pro eo
quòd non credidiſti verbis
meis, quæ implebuntur in
témpore ſuo: allel. *Luc.* 1.
Oratio, infrà ad Laudes.
[*Ubi ſit Annuale, prop-
ter Feſtum Patroni.*
Ad Completorium.
Ant. 7. ç. Parávit Dó-
minus bráchium ſanctum

ſuum in óculis ómnium géntium. *Iſaï.* 52.

Ad Nunc dim. *Ant.* 6. C. Vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri. *Iſaï.* 52. *Et ſic in Die*].

AD MATUTINUM.

Invitat. Dóminum mittentem Angélum ſuum ante fáciem ſuam, * Veníte, adorémus. *Malach.* 3.

Pſalm. Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

Antra deſerti téneris
  ſub annis,
Cívium turmas fúgiens,
  petiſti;
Nil tibi tellus; tua cura
  ſoli
  Vívere cœlo.

Præbuit hirtum tégumen camélus
Artubus ſacris: ſtróphium
  bidentes,
Cui latex hauſtum, ſociáta
  paſtum
  Mella locuſtis.

Ceteri tantùm cecinére
  vates
Corde præſágo jubar affutúrum:
Tu quidem mundi ſcelus
  auferentem
  Indice prodis.

Non fuit vaſti ſpátium
  per orbis
Sánctior quiſquam génitus Joanne,
Qui nefas ſecli méruit lavantem
  Tíngere lymphis.

Laudibus cives celebrant ſuperni
Te, Deus ſimplex, pariterque trine:
Súpplices & nos veniam
  precámur:
  Parce redemptis.
  Amen.

IN I. NOCT[URNO]

Ant. 1. d. Zac[haríæ et] uxor illíus Eliſa[beth erant] juſti ante Deum, [incedentes in ómnibus [mandatis] Dómini. *Luc.* 1.

Ant. 2. D. No[n erat il]lis filius, eò q[uod esset] Eliſabeth ſtérilis, [et ambo] proceſſiſſent in di[ebus suis]. *Luc.* 1.

Ant. 4. E. Ecce [Eliſabeth con]cépit fílium in [senectute] ſua: quia non er[it impos]ſíbile apud Deu[m omne] verbum. *Luc.* 1.

℣. Multiplica[buntur in] ſenectá úberi, ℟. [et bene] patientes erunt. [...]

Lectiones de [...] *occurrente.*

℟. 1. Concépit [Eliſabeth] uxor Zacharíæ, [et occul]tábat ſe ménſibus [quinque,] dicens: * Quia [Dominus] reſpexit auferre [oppro]brium meum inte[r homi]nes. ℣. Exaltábit[ur cornu] tus mea in miſe[ricordia] úberi. * Quia D[ominus]. *Luc.* 1. *Pſ.* 91.

℟. 2. Intrávit [Maria in] domum Zacharíæ

ſabeth : & * Ut
.utatiónem Ma-
ıeth, exultávit
:ero ejus. ℣. Præ-
n, Dómine, in
nibus dulcédi-
audívit. *Luc.* 1.

:pléta eſt Spíritu
abeth, & excla-
e magnâ : Undè
ıt véniat mater
ei ad me : * Ecce
t vox ſalutatió-
ı auribus meis,
it infans in úte-
℣. Experimento
uia benedíxerit
propter te. * Ec-
Patri. † Exul-
ıs, in útero meo.
en. 30.

NOCTURNO.

a. Eliſabeth im-
t tempus parien-
péperit fílium.

G. Audiérunt vi-
gnáti ejus, quia
vit Dóminus mi-
m ſuam cum il-
gratulabantur ei.

F. Venérunt cir-
: púerum, & ma-
lixit : Vocábitur
Luc. 1.
: ventre matris
; protector meus;
uam prodígium
n multis. *Pſ.* 70.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Nat. S. Joann. Bapt. §. 3.

Lectio iv.

AUdíte, fratres, quid Dóminus de Joanne loquátur, cujus ſolemnis hódiè Natívitas celebrátur. Ille, inquit, erat lucerna ardens, & lucens. Magnum teſtimónium, fratres mei : magnus enim eſt cui perhibétur, ſed major eſt ipſe qui pérhibet. Ille, inquit, erat lucerna ardens, & lucens. Eſt enim tantùm lucére vanum, tantùm ardére parùm : ardére & lucére perfectum.

℟. Innuébant patri ejus, quem vellet vocári eum : & póſtulans pugillárem ſcripſit, dicens : * Joannes eſt nomen ejus. ℣. Vocábitur nomen quod os Dómini nominábit. * Joannes eſt nomen ejus. *Luc.* 1. *Iſaï.* 62.

Lectio v. §. 4.

JOannes in ſpíritu tanquam Angelus erudítur. Nimírum tantò propínquior Deo, quantò vox verbo vicína ; cui nullà voce áliâ médiâ quod foris ſonet, opórteat intimári. Neque enim Joannem prædicátio, ſed inſpirátio dócuit, quem replévit Spíritus in útero matris ſuæ. Verè ardens, & vehemen-

ter accenſus, quem ſic præoccupávit flamma cœleſtis, ut jam Chriſti ſentíret adventum, qui necdùm ſentíre póterat vel ſeipſum. Nimírum novus ille ignis qui recèns elapſus è cœlo per os Gabriélis in aurem intráverat Vírginis, rursùm per os Vírginis & matris aurem introívit ad párvulum: ut ab ea hora vas electiónis ſuæ Spíritus ſanctus impléret, & lucernam Chriſto Dómino paráret.

℟. Apertum eſt íllicò os Zachariæ, & replétus eſt Spíritu ſancto, & prophetávit dicens: Benedictus Dóminus Deus Iſrael; quia * Viſitávit & fecit redemptiónem plebis ſuæ. ℣. Recordátus eſt misericórdiæ ſuæ & veritátis ſuæ dómui Iſrael. * Viſitávit. *Luc.* 1. *Pſ.* 97.

Lectio vj.

FUit ergo jam tunc ardens lucerna, ſed ínterìm adhuc ſub módio, donec ſuper candelábrum ponerétur, & lucéret ómnibus qui erant in domo Dómini. Illo enim in témpore ſolum adhuc pótuit illumináre módium ſuum; ſoli ínterìm lucére matri, magnum ei pietátis ſacramentum revélans ipſo motu novæ exultatiónis. Undè mihi hoc, inquit, ut véniat mater Dómini mei ad me? Quis enim tibi indicávit matrem Dómini, múlier ſancta? Undè me noſti? Ut facta eſt, inquit, vox ſalutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio Infans in útero meo.

℟. Super ómnia montána Judææ divulgabántur ómnia verba hæc: & poſuérunt omnes qui audíerant in corde ſuo * Dicentes: † Quis, putas, puer iſte erit? étenim manus Dómini erat cum illo. ℣. Mirári ſunt in illo multi, & honoravérunt Deum. * Dicentes. Glória. † Quis. *Luc.* 1. *Eccli.* 11.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Puer creſcébat, & confortabátur ſpíritu; & erat in deſertis uſque in diem oſtenſiónis ſuæ ad Iſrael. *Luc.* 1.

Ant. 8. c. Erat veſtítus pilis caméli; & zona pellícea circa lumbos ejus: & locuſtas & mel ſilveſtre edébat. *Marc.* 1.

Ant. 5. a Prædicábat dicens: Véniet fórtior me poſt me, cujus non ſum dignus procumbens ſólvere corrígiam calceamentórum ejus. *Marc.* 1.

℣. Vox Dómini ſuper aquas; ℟. Vox Dómini concutientis deſertum. *Pſ.* 28.

ncti Evangélii
ùm Lucam.
vij. Cap. 1.
th implétum eſt
s pariendi : &
ium. Et audi-
ni & cognáti
nagnificávit Dó-
ericórdiam ſuam
& congratula-
Et réliqua.
ſancti Ambróſii
píſcopi.
Luc. libr. 2.
Sanctórum edí-
etítiam plurimó-
a commúne eſt
ſtítia enim com-
virtus. Et ídeò
ti futúræ vitæ in-
níttitur, & grá-
æ virtútis exul-
cinórum præſi-
gnátur. Pulchrè
npus quo fuit in
phéta, deſcribi-
Maríæ præſéntia
ſed tempus ſilé-
iæ, eò quòd præ-
omini matris in
orátur, qui in-
pedimenta neſcí-
eò in Evangélio
er eo légimus,
i ejus, & orácu-
tatiónem in úte-
n in deſerto. Ne-
ullam infántiæ
tem, qui ſupra
ſupra ætátem in
s matris, à men-
ectæ cœpit ætá-

tis plenitúdinis Chriſti.

℟. Factum eſt verbum Dómini ſuper Joannem Zacharíæ fílium in deſerto. * Et venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptiſmum pœniténtiæ, in remiſſiónem peccatórum. ℣. Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis. * Et venit. *Luc. 3. Eccli. 49.*

Lectio viij. §. 31.

Mirè ſanctus Evangeliſta præmittendum putávit, quòd plúrimi infantem patris nómine Zacharíæ appellandum putáverint; ut advertas matri non nomen alicújus diſplicuiſſe degéneris : ſed id ſancto infúſum Spíritu, quod ab Angelo antè Zacharíæ fúerat prænuntiátum. Et quidem ille mutus intimáre vocábulum fílii nequívit uxóri : ſed per prophetíam Eliſabeth dídicit, quod non didícerat à maríto; Joannes eſt, inquit, nomen ejus : hoc eſt, non nos ei nomen impónimus, qui jam à Deo nomen accépit : habet vocábulum ſuum quod agnóvimus, non quod elégimus.

℟. Joannes teſtimónium pérhibet de Verbo, & clamat dicens : Qui poſt me ventúrus eſt, ante me factus eſt; quia prior me erat : * Et † De plenitúdine ejus

nos omnes accépimus. ℣. Sapiéntia à Dómino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum. * Et de plenitúdine ejus. Glória Patri. † De plenitúdine. *Joſ.* 1. *Eccli.* 1.

Lectio ix.

HAbent hoc mérita Sanctórum, ut à Deo nomen accípiant. Sic Jacob Iſrael dícitur, quia Deum vidit. Sic Dóminus noſter Jeſus nominátus eſt, ántequàm natus: cui non ángelus, ſed Pater nomen impóſuit... Ne miréris ſi nomen múlier quod non audívit, aſséruit; quandò Spíritus ei ſanctus qui Angelo mandáverat, revelávit: neque póterat Dómini ignoráre prænúntium, quæ prophetáverat Chriſtum.

AD LAUDES.

Antiphona, 2. *toni*, D.

EGrediebátur ad Joannem omnis Judææ régio, & baptizabantur ab illo in Jordánis flúmine, confiténtes peccáta ſua. *Marc.* 1.

Ant. 8. g. Miſérunt Judæi ſacerdótes & levítas ad eum, ut interrogárent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt: Non ſum ego Chriſtus. *Joann.* 1.

Ant. 1. G. Prædicábat Joannes: Ego baptizávi vos aquâ; ille verò baptizábit vos Spíritu ſancto. *Marc.* 1.

Ant. 7. *d.* Hic eſt.

Canticum. Iſ. 40.

VOx clamantis in deſerto: * Paráte viam Dómini.

Rectas fácite in ſolitúdine * sémitas Dei noſtri.

Omnis vallis exaltábitur, * & omnis mons & collis humiliábitur.

Et erunt prava in directa, * & áſpera in vias planas.

Et revelábitur glória Dómini: * & vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum eſt.

Super montem excelſum aſcende tu, * qui evangelízas Sion.

Exalta in fortitúdine vocem tuam, * qui evangelízas Jerúſalem.

Exalta, noli timére; * dic civitátibus Juda: Ecce Deus veſter.

Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet: * & bráchium ejus dominábitur.

Ecce merces ejus cum eo: * & opus illius coram illo.

Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: * in bráchio ſuo congregábit agnos.

Et in ſinu ſuo levábit: * fœtas ipſe portábit.

Glória Patri.

Ant. Hic eſt qui dictus eſt per Iſaíam: Vox clamantis in deſerto, Paráte

…nini: rectas fáci-
… ejus. Matth. 3.
…a. Omnes Pro-
…e lex uſque ad
prophetavérunt:
…lias, qui ventúrus
…h. 11.
…lum. Act. 13.
…ex sémine David
…ndùm promiſſió-
…it Iſrael ſalvató-
…m, prædicante
…te fáciem adven-
…aptiſmum pœni-
…ini pópulo Iſrael.
Hymnus.
…nis felix, merití-
…e celſi!
…labem nívei pu-
…s,
…s Martyr, nemo
…que cultor,
…me Vatum.
…ter denis álios
…nant
…mentis, duplicá-
…noſdam:
…enténo cumuláta
…tu,
…ſacer, ornant.
…potens noſtri mé-
…opímis
…duros lápides re-
…e:
…planans iter, &
…xos
…e calles.
…us mundi Sator &
…emptor,
…s noſtris ſine labe
…s.

Ritè dignétur véniens ſacrátos
Pónere greſſus.
Laudibus cives célebrant ſuperni
Te, Deus ſimplex paritérque trine:
Súpplices & nos véniam precámur:
Parce redemptis.
Amen.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te convertentur. Pſ. 50.

Ad Bened. Ant. 1. D. Tu puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis: præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus, ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus: allelúia. Luc. 1.

Oratio.

DEus, qui præſentem diem honorábilem nobis in beáti Joannis Baptiſtæ Nativitáte feciſti; da pópulis tuis ſpirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium fidélium mentes dírige in viam ſalútis ætérnæ; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Egrediebátur.

AD TERTIAM.

Ant. 8. g. Misérunt.

Capitulum. Act. 13.

CUm impléret Joannes curſum ſuum, dicébat: Quem me arbitrámini eſſe, non ſum ego: ſed ecce venit poſt me, cujus

non ſum dignus calceamenta pedum sólvere.

℟. *br.* Dómine, non eſt exaltátum cor meum: * Allelúia, allel. ℣. Neque eláti ſunt óculi mei: * Allelúia, allel. Glória Patri. ℟. Dómine. *Pſ.* 130.

℣. O Dómine, ego ſervus tuus, ℟. Ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ. *Pſ.* 115.

AD SEXTAM.

Ant. 1. G. Prædicábat.

Capitulum. Act. 19.

JOannes baptizávit baptiſmo pœniténtiæ pópulum dicens: In eum qui ventúrus eſſet poſt ipſum, ut créderent, hoc eſt, in Jeſum.

℟. *br.* Annuntiávi juſtítiam tuam, Dómine, in ecclésia magna: * Allel. all. ℣. Ecce lábia mea non prohibébo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Annuntiávi.

℣. Juſtítiam tuam, Deus, non abſcondi in corde meo; ℟. Veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi. *Pſ.* 39.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Omnes Prophétæ.

Capitulum. Iſ. 49.

DOminus ab útero vocávit me: de ventre matris meæ recordátus eſt nóminis mei, & póſuit os meum quaſi gládium acútum: in umbra manûs ſuæ protexit me, & póſuit me ſicut ſagittam electam.

℟. *br.* Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere: * Allelúia, allelúia. ℣. Et delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu: * Allelúia, allel. Glória. ℟. Dixi. *Pſ.* 74.

℣. Loquébar de teſtimóniis tuis in conſpectu regum, ℟. Et non confundébar. *Pſ.* 118.

VESPERÆ de ſequenti. Commemor. præcedentis. Si contingat transferri feſtum S. Joann. tunc habebit II. Veſp. in quibus Ant. ſumuntur de Laudibus: Capitulum verò, & Hymnus de I. Veſp. ℣. *autem & Ant. ad* Magníf. *ut infrà.*

℣. Prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum; ℟. Et oſtendam illi ſalutáre meum. *Pſ.* 90.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Amen dico vobis: Non ſurrexit inter natos mulíerum major Joanne Baptiſtâ: allelúia. *Matth.* 11.

DIE XXV. JUNII.

IN FESTO TRANSLATIONIS CORPORIS SANCTI ELIGII, *NOVIOMENSIS EPISCOPI* ET DIŒCESIS PATRONI.

Duplex I. Claſſis.

In PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, 7. *toni*, a.

QUaſi meridiánus fulgor conſurget tibi ad veſperam; &, cùm te conſumptum putáveris, oriéris ut lucifer. *Job.* 11.

Ant. 4. E. Defoſſus ſecurus dórmies: requieſces, & deprecabuntur fáciem tuam plúrimi. *Job.* 11.

Ant. 8. g. Timenti Dóminum benè erit in extrémis; &, in die defunctiónis ſuæ, benedicétur. *Eccli.* 1.

Ant. 5. a. Omnia oſſa mea dicent: Dómine, quis ſimilis tibi? *Pſ.* 34.

Ant. 6. C. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſrael. *Judith.* 13.

Capitulum. Dan. 12.

QUi dórmiunt in terræ púlvere evigilábunt. Qui autem docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtítiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes.

℟. Civitátem hanc non ingrediétur inimícus, dicit Dóminus; * Protegámque urbem hanc, & ſalvábo eam propter me, & propter ſervum meum. ℣. Non mittam ſuper vos áliud pondus, * Protegámque. Glória. ℟. Civitátem *uſque ad* ℣. *IV. Reg.* 19. *Apoc.* 2.

Hymnus.

HERÓUM túmulos búſtaque vídimus
Regum magnánimûm: tot méritis viri,
Tot factis célebres, heu ſtérili jacent
Pulvis dégener ótio.

TERRIS ſic réſidem non pátitur Deus
Sanctórum cínerem turpe quiéſcere:

Claros prodígiis ac venerábiles,
Ipſos vel túmulos facit.
Urnam depóſiti córporis hóſpitam,
Cives, perpétuis cíngite flóribus;
Dulces exúviæ quas cólitis, Sacra
Tot ſunt pígnora Præſulis.
Illic priſca Patris ſpirat adhùc fides:
Ardens fervet adhùc & ſua cáritas:
Si nos, fida parùm péctora vívimus,
Vivos mórtuus árguit.
Dum nos aſsíduus præco redárguit,
Quam ſudóre ſibi, tótque labóribus
Palmam quæsíerit, ſcílicèt ótio
Nos ſperémus inútili?
Natos, alme Pater, sédibus è tuis,
Si te noſtra movent, nos bonus áſpice:
Flammis ure tuis frígida péctora,
Et mentes dúbias rege:
Ut, cùm noſtra, novis ſpléndida dótibus,
Surget juncta choris Spirítuum caro,
Indivíſa Trias ſit Deus ómnia
Nobis ſemper in ómnibus. Amen.

℣. Lætátum eſt cor meum, ℟. Caro quieſcet in ſpe. P

Ad Magníf. A
Oriétur in ténebri & ténebræ tuæ er merídies: & réqu dabit Dóminus ſe implébit ſplendó mam tuam, & o berábit. *Iſ.* 58.

Oratio.

Deus, qui nos gii Pontífici præsídio circumd tegis, Tranſlatió poris ejus celebra di propítius; u tanti Patróni tuam ſemper n diam ſentiámus; minum.

Deindè fit Com Joannis Baptiſta tingat ejus Feſtu ferri.

Ad Magníf.
Amen dico vobi ſurrexit inter na erum major Joa tiſtâ: allelúia. M

℣. Prótegam e niam cognóvit meum; ℟. Et illi ſalutáre meu

Orat. Deus, q tem, *ut ſuprà.* p

AD COMPLET

Pſalmi de Fe

AD MATUT

Invit. Mirábil in ſanctis ſuis,

Pſ. 67.
Veníte, pag. 2.
ymnus.
dies læto cele-
ında cultu :
mnis, Patris ad
chrum
cujus cíneres re-
t
beátos.
iemor quondàm
láta ſaxo
tóris venerétur
iìc orat, ſibi mox
ibit
n amícum.
noſtrórum píe-
vórum
illo; redivíva
t:
ıúc ſervat cinis,
:pultos
:t ignes.
uit vivo tibi cu-
'ræſul,
:èt vectus ſuper
, ſerves;
noſtræ bone tu-
Jrbis,
ce gentem.
'eo cives poſuére
la,
n dicent ſine fine
en;
ſanctis opulenta
ent
ta membris.
s & Nati recinen-
ıudes
linguæ célebrent
rem;

Omnis & mundi plaga tres
in uno
Número adórent.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Pſ. 1. Beátus, pag. 3.
Ant. 8. G. In lege Dómini fuit voluntas ejus, & erit tanquàm lignum quod plantátum eſt ſecùs decurſus aquárum. Pſ. 1.
Pſ. 3. Dómine quid, p. 4.
Ant. 5. a. Tu, Dómine, ſuſceptor meus es; glória mea, & exaltans caput meum. Pſ. 3.
Pſ. 15. Conſerva, p. 93.
Ant. 2. D. Caro mea requieſcet in ſpe: adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Deus meus. Pſ. 15.
℣. Dóminus pars hæreditátis meæ; ℟. Tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi. Pſ. 15.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio j. Cap. 15.

SI Chriſtus prædicátur quòd reſurrexit à mórtuis, quómodò quidam dicunt in vobis: Quóniam reſurréctio mortuórum non eſt? Si autem reſurréctio mortuórum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit... Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhùc enim eſtis in peccátis veſtris. Ergo & qui dormiérunt in Chriſto, per-

iérunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabilióres ſumus ómnibus homínibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum: &, ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.

℞. Deus non eſt mortuórum, ſed vivórum: * Omnes enim vivunt ei. ℣. Vivificábit nos Dóminus, ſuſcitábit nos, & vivémus in conſpectu ejus. * Omnes. *Luc.* 20. *Oſ.* 6.

Lectio ij.

SEd dicet áliquis: Quómodò reſurgunt mórtui, qualíve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas, non vivificátur, niſi priùs moriátur? Et quod séminas, non corpus quod futúrum eſt, séminas, ſed nudum granum, ut puta, trítici aut alicújus ceterórum: Deus autem dat illi corpus ſicut vult: & unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro éadem caro: ſed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píſcium. Et córpora cœléſtia, & córpora terréſtria: ſed ália quidem cœléſtium glória, ália autem terréſtrium. Alia cláritas ſolis, ália cláritas lunæ, & ália cláritas ſtellárum: ſtella enim à ſtella differt in claritáte: ſic & reſurréctio mortuórum. Seminátur in corruptióne; ſurget in incorruptióne: ſeminátur in ignobilitáte; ſurget in glória: ſeminátur in infirmitáte; ſurget in virtúte: ſeminátur corpus animále; ſurget corpus ſpiritále.

℞. Qui digni habebuntur ſéculo illo & reſurrectióne ex mórtuis, * Æquáles Angelis ſunt; & filii ſunt Dei, cùm ſint filii reſurrectiónis. ℣. Neque enim ultrà mori póterunt. * Æquáles. *Luc.* 20.

Lectio iij.

SI eſt corpus animále, eſt & ſpiritále, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in ánimam viventem, noviſſimus Adam in ſpíritum vivificantem. Sed non priùs quod ſpiritále eſt, ſed quod animále: deindè quod ſpiritále. Primus homo de terra, terrénus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrénus, tales & terréni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur, ſicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cœleſtis. Hoc autem dico, fratres, quia caro & ſanguis

num Dei poſſidére non
ſunt: neque corrúptio
orruptélam poſſidébit.
℟. Cùm mortále hoc in-
erit immortalitátem,
ıc fiet ſermo qui ſcriptus
: * Abſorpta eſt mors
victória. ℣. Ubi eſt,
ors, victória tua? * Ab-
rpta eſt. Glória. * Ab-
rpta eſt. *I. Cor.* 15.
N II. NOCTURNO.
Pſ. 27. Ad te, Dómine,
g. 7.
Ant. 1. f. Benedíctus Dó-
inus protéctor meus: in
ſo ſperávit cor meum, &
flóruit caro mea. *Pſ.* 27.
Pſ. 28. Afferte Dómi-
o, *p.* 85.
Ant. 6. F. Revelábit Dó-
inus condenſa, & in tem-
lo ejus omnes dicent gló-
am. *Pſ.* 28.
Pſ. 11. Benedícam Dó-
inum, *cum ſua diviſione*,
ag. 84.
Ant. 8. c. Cuſtódit Dó-
inus ómnia oſſa juſtó-
um: unum ex his non con-
erétur. *Pſ.* 33.
℣. Exquiſivi Dóminum
t exaudívit me: ℟. Beátus
ir qui ſperat in eo. *Pſ.* 33.

Ex ſancto Audoéno,
Epíſcopo.

Lectio iv.

Cum beátus Elígius de-
functus eſſet anno Epi-
copatus décimo nono, cor-
us ejus Regína Bathildis
ad Calam monaſtérium
ſuum transferre ſatagébat:
álii verò conabantur Parí-
ſios deferre. Utríſque obſi-
ſtébant cives Noviomen-
ſes, juſtíſſimam ſibi hære-
ditátem membra ſui Antí-
ſtitis vindicantes. Regína
tandem, & álii divíno nu-
tu prohíbiti decrevérunt
illud in Noviomenſi óppi-
do ſepelíre. Cúmque ab
Epíſcopis ſepulcro eſſet
mancipátum, &, ſa[...]per
tum, ſub magnis ſerv[...]rétur
honóribus, venerábilis Re-
gína, quæ ſanctum funus
per palúdem immenſam,
in híeme & pedes fúerat
ſubſecúta, triduánum in
fletu explévit mœrens je-
júnium. Ipsâ autem ſancti
Confeſsóris, cuidam de au-
la regis ter apparentis, ad-
monitióne, ómnia auri
gemmarúmque ornamen-
ta à ſe rejécit, nec præter
brachíles aúreas ſuper ſe
quidquam ornamentórum
reſervávit. Omnia ítaque
in eleemóſynis diſpértiens,
potióra quæque in crucis
ópere aptávit; quam ele-
ganter perfíciens, ad ca-
put ſancti Eligii ſtabilíri
præcépit. Juſſit ínſuper re-
pam ex auro atque argen-
to, ſupra beáti Antiſtitis
membra, mirificè fabricá-
ri: in qua copióſam mo-
lem argenti & auri præ-
buit, dicens: Hic beatíſſi-
mus multórum ſanctórum

fabricávit ſepulcra, & ego, ut dignum eſt, ſi quívero, fabricábo ejus memóriam. Tántaque deinceps auri vel gemmárum cópia à poténtibus eídem loco collá-ta eſt, ut eam ſermo vix ſufficiat expónere.

℟. Placens Deo factus eſt diléctus, & vivens inter peccatóres tranſlátus eſt: * Plácita enim erat Deo ánima illíus. ℣. Tranſlátus eſt in paradíſum. * Plácita. *Sap.* 4. *Eccli.* 44.

Lectio v.

Cum autem ad beáti Elígii corpus in látere altáris ſepultum ſigna plúrima in dies coruſcárent, viſum eſt Epíſcopo & Regínæ, ut, ædificátâ ultra altáre teſtúdine, illùc ei condignam fácerent tranſlatiónem. Igitur, Dei nutu viſibíliter eos adjuvantis, cum Antíſtitis præsídio opus aggrediéntes optátum, dignum beáto Confeſſóri atque honorábile conſtruxérunt mauſolæum. Et cùm, anno jam vertente, dies depoſitiónis ejus adveniſſet, convénit in óppidum copióſa pópuli multitúdo. Tunc cuncto Clero canóræ vocis celebrante melódiam, ablátus eſt à ſepulcro lapis, móxque ubi revelátum fuit corpus ſanctum, odor contínuò fragrávit gratiſſimus. Appáruit autem ita ſólidum & illibátum, & abſque ullíus membrórum deminutióne incorruptum, ut vívere adhuc putarétur in túmulo. Sed quod his étiam multò mirabílius, ita barba & capilli ejus, qui témpore óbitûs ſui juxta morem fuérunt abráſi, mirum in modum créverant, ut cuncti hæc vidéntes novum inauditúmque obſtupéſcerent miráculum. Tunc Epíſcopi cum tremóre magno levantes corpus de túmulo, & veſtiménta ei pretioſíſſima quæ Regína paráverat, mutavérunt ómnia. Ea quoque, quibus dudùm obtectum fúerat ipſum exuentes, depoſuérunt ſub ſigillis. Demum concrepante pſalléntium choro, à loco in quo jacúerat vir ſanctus, coram cunctis ſubmótus, in præparáto ſibi ſepulcro, ut decébat, compónitur; ubi contínuis deinceps ut priùs mirabílibus ſimul ac terribílibus effulſit ſignis: fidélibus nimirùm, & piis petitiónum ſuárum ſemper effectum conſequéntibus: ímpiis autem ac perjúris, dæmonum vexatióne, ipſóque mortis ictu, juſtíſſimas temeritátis ſuæ pœnas luéntibus].

℟. Concurrébat multitúdo vicinárum civitátum, afferentes ægros & vexátos à ſpirítibus immundis,

abantur omnes.
órdia tua, Dó-
éniens ſanábat
abantur omnes.
v. 16.
ctio vj.
m anno Dómini
ingentéſimo oc-
primo Hédilo,
ſis Epíſcopus
 orum incurſió-
ns, ſacrum cor-
urbána Basílica
i Trecenſis, quæ
um, à beáti Elí-
annum ejuſdem
ine jam nuncu-
ut ſanctus Au-
ribit, in urbem
depoſuítque in
ub invocatióne
redicti, inſigni
Noviomenſi pla-
o, die nonâ Ja-
dè verò per Bal-
ujus nóminis pri-
iſcopum Novio-
in ipſam Cathe-
rum pignus illá-
anno milléſimo
o ſexto. Creſcén-
anctum Pontífi-
num affectu &
cras exúvias, in
athedráli depóſi-
on Remenſis Ar-
ous invitátus à
ujus nóminis ſe-
Noviomenſi Epí-
orióre theca trán-
natiórem, anno
centéſimo quin-

quagéſimo séptimo, die vigéſimâ quintâ Júnii; ſed & anno milléſimo trecentéſimo ſexto, die Auguſti vigéſimâ tertiâ, tranſmíſit in ditiórem Andréas de Creſcíaco Noviomenſis Antiſtes: donec ipſas in nova exímii prorsùs & elegantióris óperis capſa, Henrícus Epíſcopus honorificentíſſimè cóndidit, anno milléſimo ſexcentéſimo vigéſimo ſexto, die Septembris ſextâ. Jam ante triénnium ejuſdem Eccléſiæ Capítulum voto tenebátur novam hanc capſam conficiendi ob propulſandam beáti Elígii patrocínio luem peſtíferam quâ tunc témporis Urbs infeſtabátur; quo voto vix emiſſo peſtiléntia deſíerat. Eaque capſa ipſa eſt quæ, quotannis hâc die per urbis platéas & cómpita, ſolemni pompâ, circumgeſtátur. Harum ómnium Tranſlatiónum acta, omni exceptióne majóra inter monumenta ſua religióſè aſſervat Noviomenſe Capítulum, atque illárum ómnium Tranſlatiónum memóriam récolit hodiérna ſolémnitas.

℟. Mórtuum prophetávit corpus ejus. *In vita ſua fecit monſtra, & † In morte mirabília operátus eſt. ℣. Oſſa ipsíus viſitáta ſunt, & poſt mortem propheta-

vérunt. * In vita. Glória. † In morte. *Eccli.* 48. & 49.

IN III. NOCTURNO.

Pſ. 75. Notus in Judæa Deus, *pag.* 138.

Ant. 3. a. Factus eſt in pace locus ejus; & habitátio ejus in Sion. *Pſ.* 75.

Pſ. 83. Quàm dilecta, *pag.* 106.

Ant. 7. d. Cor meum & caro mea exultavérunt in Deum vivum. *Pſ.* 83.

Pſ. 84. Benedixiſti, Dómine, *pag.* 98.

Ant. 4. f. Loquétur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos. *Pſ.* 84.

℣. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea; ℟. Proptéreà expectábo eum. *Thren.* 3.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo témpore: Venérunt ad Jeſum Sadducæi qui dicunt reſurrectiónem non eſſe. Et réliqua.

Homília ſancti Elígii Epíſcopi.

S. Audoenus in Vita ejus. libr. 2. *cap.* 15.

NOlíte, fratres, mundum jam dilígere, præſertìm cùm Apóſtolus clamet quòd amicítia hujus mundi inimíca ſit Dei. Vitam ígitur æternam ex ómnibus præcórdiis veſtris amáte, quam nunquàm in ſécula finiátis. Illùc feſtináte ubi ſemper vivátis; & ubi jam mori nunquàm timeátis. Si enim ſic amátis iſtam míſeram fluidámque vitam, ubi cum tanto labóre vívitis: quantò magìs amáre debétis æternam vitam, ubi nullum unquàm labórem ſuſtinébitis, ubi implébitur illud quod Dóminus in Evangélio dicit: Erunt hómines ſímiles Angelis: ſímiles útique non ſubſtántiâ, ſed beatitúdine.

℟. Benedictus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti qui ſecundùm miſericórdiam ſuam magnam * Regenerávit nos in ſpem vivam per reſurrectiónem Jeſu Chriſti ex mórtuis. ℣. In hæreditátem incorruptíbilem, & incontaminátam, & immarceſcíbilem conſervátam in cœlis. * Regenerávit. *I. Petr.* 1.

Lectio viij.

IBi jam non erit ulla triſtítia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, nec ulla tentátio inimíci, nec jam peccandi voluntas, nec ulla delinquendi poſſibílitas: ſed totum lætítia, totum exultátio poſſidébit, hominéſque Angelis ſociáti ſine ulla carnis infirmitáte vernábunt. Non ultrà jam adversábitur caro ſpirítui, nec ullum timébitur perículum; ſed inenarrabilia

um Angelis ac ſempiter-
a à Chriſto præmia tri-
uentur.
℟. Per Chriſtum máxima
: pretióſa nobis promiſſa
onávit Deus : * Ut per
æc efficiámur divínæ con-
ortes natúræ. ℣. Oculus
on vidit, Deus, abſque te,
uæ præparaſti expectán-
ibus te. * Ut. Glória. ℟.
'er. *II. Petr.* 1. *Iſaï.* 64.

Lectio ix.

ECce qualem beatitúdinem perditúrus erit, qui modò ſe, dùm licet, emendáre noluerit. Idcircò nos, fratres, Dómino auxiliante, dedignémur ultrà ſervíre peccáto, quibus tanta beatitúdo præparátur in cœlo. Dùm ergo tempus eſt, feſtinémus propítium nobis Deum fácere. Deſpiciámus quæ terréna ſunt, ut adipiſcámur cœléſtia. Cogitémus nos peregrínos eſſe in hoc ſéculo, ut libériùs feſtinémus ad cœlum... Quantò ampliùs áliquis obédiens Deo in hac vita fúerit, tantò ampliórem illîc mercédem accípiet; quantóque ampliùs hîc Deum amáverit, tantò tunc própiùs eum vidébit.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

(*Et ſic ad Horas*).

Antiphona, 5. *toni.* a.

EXaudi, Deus noſter, oratiónem ſervi tui, & preces ejus; & oſtende fáciem tuam ſuper ſanctuárium tuum. *Dan.* 9.

Ant. 8. g. Non aúferas, Dómine, miſericórdiam tuam à nobis propter dilectum tuum. *Dan.* 3.

Ant. 1. G. Erat vir magnus apud Dóminum & honorátus; per illum enim dedit Dóminus ſalútem. *IV. Reg.* 5.

Ant. 4. E. In bonis.

Canticum. Eccli. 44.

LAudémus viros glorióſos & parentes noſtros * in generatióne ſuâ.

Illi viri miſericórdiæ ſunt, * quorum pietátes non defuérunt.

Cum sémine eórum pérmanent bona : * hæréditas ſancta nepótes eórum.

In teſtamentis ſtetit ſemen eórum; * & fílii eórum propter illos in ætérnum manent.

Semen eórum & glória eórum * non derelinquétur.

Córpora ipsórum in pace ſepulta ſunt, * & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem.

Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, * & laudem eórum núntiet ecclésia.

Ant. In bonis juſtórum exultábit cívitas, & benedictióne juſtórum exaltábitur: juſti, quaſi virens fólium, germinábunt. *Prov.* 11.

Ant. 6. F. Sit memória illíus in benedictióne, & oſſa púllulent de loco ſuo. *Eccli.* 46.

Capitulum. Eccli. 39.

NOn recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: ſapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Eccléſia.

Hymnus.

O Quæ depóſito dívite nóbilis
Gaudes, quanta tibi múnera cívitas!
Tanti diſce memor, gens pia, pígnoris
Fructus, diſce tuas opes.

Vivus ſi vígilans à grege própulit
Peſtes, Elígius, nunc étiam ſuo
Paſtor ſollícitus non décrit gregi;
Curas Pontíficis geret.

Inventor ſtygiæ pérfidus hæreſis
Noſtris natus erat mœnibus; at procul
Monſtrum vix óriens aúfugit, hálitu
Cunas nec víolat ſuas.

Victrix Relígio, tuta fides manet:
Sedes quæ fúerat, quæ rétinet ſacra
Tellus oſſa colens, hanc fúriæ vetat
Vultu ſcílicet ínfici.

Talis depóſiti nos ſúmus & ſimul
Cuſtódes fídei; nos ſuper éxcubat
Ex illa ſpécula; de cáthedra docet
Plenus Númine Póntifex.

Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi, glória Præſulum:
Per te, divus Amor, frígida péctora
Puris ígnibus árdeant. Amen.

℣. Stetit & placávit; ℟. Et ceſsávit quaſsátio. *Pſ.* 105.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Scriptus es in judíciis témporum leníre iracúndiam Dómini, & reſtitúere tribus Jacob. *Eccli.* 48.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Elígii Pontíficis potenti præſídio circumdas & prótegis, Tranſlatiónem córporis ejus celebrantes exaudi propítius; ut, aſsíduis tanti Patróni précibus, tuam ſemper misericórdiam ſentiámus; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Exaudi, Deus noſter.

CANON.

Ex Concílio Tridentino. *Seſſ.* 25. *de Reform.*

MAndat ſancta Synodus ómnibus Epíſcopis & céteris docendi munus curámque ſuſtinéntibus, ut, juxta Cathólicæ &

æ Eccléſiæ uſum, Sanctórum Mar- & aliórum cum viventium ſancta quæ viva membra hriſti, & templum ancti, ab ipſo ad vitam ſuſcitanda anda, à fidélibus a eſſe, per quæ neficia à Deo ho- præſtantur.

ERTIAM.

. g. Non aúferas,

ulum. Job. 42.

dicit Dóminus: ad ſervum meum, holocauſtum pro rvus meus orábit is: fáciem ejus n.

Mirificávit Dó- nctum ſuum: *Al- llelúia. ℣. Dómi- diet me cùm cla- ad eum. * Allel. ória. ℞. Mirificá- 4.

acrificáte ſacrifi- titiæ, ℞. Et ſpe- Dómino. Pſ. 4.

SEXTAM.

G. Erat vir magnus.

ulum. Iſ. 66.

lébit cor veſtrum, oſſa veſtra germi- : & cognoſcétur Dómini ſervis ejus, gnábitur inimícis

br. Date glóriam Deo: * Allelúia, allelúia. ℣. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis. * Allelúia, allelúia. Glória. Date. Pſ. 67.

℣. Ipſe dabit virtútem, ℞. Et fortitúdinem plebi ſuæ. Pſ. 67.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Sit memória illíus.

Capitulum. Ezech. 37.

HÆc dicit Dóminus Deus óſſibus his: Ecce ego intromittam in vos ſpíritum, & vivétis.

℞. *br.* Anima mea exultábit in Dómino: * Allelúia, allelúia. ℣. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℞. Anima. Pſ. 34.

℣. Juſtítiam tuam non abſcondi in corde meo: ℞. Veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi. Pſ. 39.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Dominica, excepto ultimo cujus loco dicitur Memento, Dómine *cum ſuâ diviſione, p.* 110.

Antiphona, 5. toni, C.

NE ceſſes pro nobis clamáre ad Dóminum Deum noſtrum, ut ſalvet nos. I. Reg. 7.

Ant. 3. a. Deprecátio illíus non diſcédet donec Altíſſimus aſpíciat. *Eccli.* 35.

Ant. 1. D. Conſolábitur nos ab opéribus & labóribus mánuum noſtrárum in terra. *Gen.* 5.

Ant. 2. D. Directa eſt ſalus in manu ejus: lætificábat Jacob in opéribus ſuis, & in ſéculum memória ejus in benedictióne. *I. Mach.* 3.

Ant. 7. G. Quæsívit bona genti ſuæ, & nominátum eſt nomen glóriæ ejus uſque ad extrémum terræ. *I. Mach.* 14.

Capitulum. II. Cor. 7.

Viſcera ejus abundántiùs in vobis ſunt, reminiſcentis ómnium veſtrûm obediéntiam, quómodò cum timóre & tremóre excepiſtis illum.

Hymnus. Heróum. *ut ad I. Veſp. pag.* 469.

℣. Salvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum; ℟. Exaúdiet illum de cœlo ſancto ſuo. *Pſ.* 19.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Hic eſt fratrum amátor & pópuli: hic eſt qui multùm orat pro pópulo & univerſa civitáte. *II. Mach.* 15.

Oratio. ut ſuprà, p. 478.

Pro Commem. S. Pecinnæ, Virginis.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam protector factus es mihi. *Eccli.* 51.

℣. Dóminus mihi adjútor; ℟. Et ego deſpíciam inimícos meos. *Pſ.* 117.

Oratio, infrà ad Laudes.

Ad Compl. *Pſalmi de Dominica. Cetera ut herì.*

DIE XXVI.

In Feſto

SANCTÆ PECINNÆ, Virginis.

Semiduplex.

Omnia de Communi Virginum, pag. lxviij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Lectio ij.

Pecinna, quæ & Perſeveranda, virgo Hiſpána, género periluſtri nata eſt. Ab infántia Chriſtiánæ Religiónis imbúta documentis, ubi lícuit per annos paulò maturióres, opéribus fidem probávit. Formâ licèt inſigni, virginitátis propóſitum amplexa, ſponſum ſibi Chriſtum elégit, cui uni placéret; &, adſcítis in vitæ communiónem Columbâ & Martiâ ejuſdem ſtúdii, votíque Virgínibus, monaſtérium conſtruxit, ubi in oratióne, jejúnio aliíſque religióſæ vitæ exercitatiónibus perſevérans, plúrimas Vírgines quas ad virtútem informáret, congregávit: dùm ímpias impióris tyranni manus fugit, immaculátam ánimam Deo réddidit. Sacrum Pecinnæ corpus ſummâ veneratióne in agro Pictavenſi ſepultum eſt, ubi máximis & frequéntibus miráculis incláruit. Cùm autem illud indè Quintinópolim Hugo magnus, Comes Viroman-

transportandum
, in ejus honó-
ructa ibídem Ec-
in qua instítúti
Canónici qui sa-
nus custodírent.
ab Hispánis, ex-
rbe, anno millé-
gentésimo quin-
) séptimo, non
n mœróre luctu
mo ablátum est.
Joanne & Paulo,
artyribus.
ectio iij.
yrum Joannis &
li constántiam
renascentem sub
póstata idololá-
e die Romæ ce-
stis est Gregórius
is. Ibi in aula ré-
i, & Constantí-
ntíni magni fi-
ti fuisse tradun-
ob spretum Jovis
bscissis capítibus,
m subiisse. Horum
n nómina ad al-
ificium tota jám-
. Ecclésia commé-
ndè eórum vene-
lm per omnes Oc-
cclésias propagá-

, A U D E S.
Hymn. ℣. In die
nis éruam te; ℟.
ificábis me. *Ps.*

ned. *Ant.* 8. G.
corpus meum à

perditióne, & in conspec-
tu astántium factus es mi-
hi adjútor. *Eccli.* 51.

Oratio.

Omnípotens sempitcr-ne Deus, cujus múnere beáta Pecinna in Virginitátis propósito, & in confessióne fidei felíciter persevérávit; da nobis ita mentis & córporis serváre integritátem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per.

Commemor. Oct. S. Joannis Bapt. Deindè SS. Joannis & Pauli, Mart. Ant. Beáti. ℣. Salus, *pag.* xxiij.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiernæ solemnitátis excípiat, quæ de beatórum Joannis & Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides & pássio verè fecit esse germános; Per Dóminum.

Vesperæ à Capit. de sequent. Pro Commemor. S. Pecinnæ, Ant. Deus auxílii mei & spes mea in Deo est. *Ps.* 61.

℣. Deus meus adjútor meus; ℟. Et sperábo in eum. *Ps.* 17.

Orat. Omnípotens. *suprà.*

Deindè Oct. S. Joannis Bapt. Ant. Amen dico vobis. ℣. Prótegam, *pag.* 468. *Oratio.* Deus, qui præsentem, *pag.* 467.

Die XXVII.
In Feſto
SS. IRENÆI,
Lugdunenſis Epiſcopi, & Sociorum, Martyrum.
Semiduplex.
Lectio ij.

IRenæus, gente Aſiáticus, cùm adhùc puer eſſet, ut ipſe ſcribit ad Florínum, ſancti Polycarpi audítor fuit: à quo multa de Apóſtolo Joanne, & áliis diſcípulis qui & Dóminum víderant de doctrína Chriſti ejúſque miráculis accéperat; quæ ſtudióſè aúdiens, non in charta ſed in corde ſuo deſcríbens, ſenex per Dei grátiam aſsíduè repetébat ac mente revolvébat. In Gállias profectus, Lugdúnum venit; eíque Viennenſis & Lugdunenſis tunc nobiliſſimæ Galliárum Eccléſiæ litteras ſuper quaſdam quæſtiónes ad Eleuthérum Románum Pontíficem perferendas tradidérunt, eúmque non tàm ut Presbyterum Eccléſiæ, quem gradum jam obtinébat, quàm ut teſtamenti Chriſti æmulatórem, commendátum habére rogavérunt. Pothíno martyrium paſſo in ſede Lugdunenſi ſucceſſit. In univerſam Eccléſiam vigil Præſul curas extendens, Hippólytum, Cáium, Ferréolum, pluriméſque inſignes Evangélii præcónes váriis regiónibus ſuppeditávit. Cum in controvérſia de die Paſchæ Victor, Románus Póntifex, Eccléſiis Aſiáticis anáthema paráret, Irenæus cum céteris quibus præerat frátribus, eum per litteras commónuit, ut concórdiæ ſtudéret. Adversùs hæréticos verbo & ſcriptis decertávit; ſed, dùm erróres déridet, errántium dócuit miſeréri. Frequenter & ſine intermiſſióne munus óbtulit ad altáre. Sanctis labóribus perfunctus, ineunte tértio ſéculo martyrio coronátus eſt.

Ex libro primo hiſtoriárum ſancti Gregórii Turonenſis Epíſcopi.
Lectio iij. Cap. 27.

BEatiſſimus Irenæus, Pothíni ſucceſſor Mártyris, qui à beáto Polycarpo Lugdunenſem ad urbem directus eſt, admirábili virtúte enítuit: qui in módici témporis ſpátio, prædicatióne ſuâ máximè, in íntegro civitátem réddidit chriſtiánam. Sed veniente perſecutióne, tália ibídem diábolus bella per tyrannum exércuit, & tanta ibi multitúdo Chriſtianórum ob confeſſiónem Domínici nóminis eſt jugulata, ut per platéas flúmina cúrrerent de sánguine chriſtiáno: quorum nec númerum,

mina collígere po-
; Dóminus enim eos
o vitæ conſcripſit.
a Irenæum diverſis
cárnifex præséntiâ
affectum, Chriſto
io per martyrium
vit.

Oratio.

us invisíbilis forti-
ido certántium, ade-
æſumus, nobis ſup-
ibus; ut qui hodier-
ſanctórum Márty-
iórum Irenæi & ſo-
a glorióſum trium-
recólimus, eórum
s & précibus, contra
ália nequítiæ mu-
r; Per Dóminum.

Laud. *Commemor.*
S. Joann. Bapt. Ant.
er. ℣. Docébo. *Orat.*
, qui præſentem,
67.

Vesperis, *fit Com-*
Oct. S. Joann. Bapt.
men dico vobis. ℣.
am, *p.* 468. *Orat.*
qui præſentem, *pag.*

e XXVIII.
In Vigilia
ETRI et PAULI.
Apoſtolorum.
cium fit de Feria, ut
alterio, exceptis qua
tur.
tio j. & ij. de Scrip-
currente: ex ij. & iij.
ma. Duo ℟℟. *priora*
mpore.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 16.

In illo témpore: Venit Jeſus in partes Cæſaréæ Philippi; & interrogábat diſcípulos ſuos, dicens: Quem dicunt hómines eſſe Fílium hóminis? Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Pro Vigil. SS. Petri & Pauli.

In Sanctórum Vigíliis neceſſe eſt vigiláre hóminem ſpirituálem, qui ſolemnitátes eórum celebráre desíderat in ſpíritu & veritáte. Aliæ enim carnálium, áliæ ſpirituálium vigíliæ. Illi & nitidióres cultus, & épulas præparant lautióres, & fortaſſis in ipſis vigíliis operantur ópera tenebrárum, lætantur cùm malè fécerint, & exultant in rebus péſſimis. Vos non ita didiciſtis Chriſtum. Ad hoc enim vigíliæ proponuntur, ut evigilémus ſi in áliquo peccáto, vel negligéntiâ dormiámus, & præoccupémus fáciem Sanctórum in confeſſióne. Quòd ſi hæc in vigíliis uniuſcujuſque Sancti cogitáre debémus, quid faciémus in ſolemnitáte ſanctórum & ſummórum Apoſtolórum, Petrum & Paulum loquor.

Suffíceret unius feſtívitas ad infundendam exultatiónem univerſæ terræ: ſed ambórum juncta eſt ad cúmulum gaudiórum, ut quómodò in vita ſua dilexérunt ſe, ita & in morte non ſint ſeparáti. Quid illis poténtiùs dùm fuérunt in terris? Quorum álteri traduntur claves regni cœlórum, álteri magiſtérium géntium. Alter Ananíam & Sapphíram occídit in verbis oris ſui; alter donat, quidquid donat in persóna Chriſti, & cùm infirmátur, tunc fórtior eſt & potens. Quàm potentióres ſunt in cœlis, qui tam potentes fuérunt in terris? Et qui nobis reliquérunt majóra exempla, quàm illi qui in fame & ſiti, in frigore & nuditáte, & in ómnibus illis quæ Paulus enúmerat, júgiter ſunt afflicti, & demùm felíci martyrio regna cœléſtia conſcendérunt?

℟. Quid ſunt duæ olívæ iſtæ ad déxteram candelábri & ad ſiniſtram ejus? Et dixit Angelus: * Iſti ſunt duo fílii ólei qui aſſiſtunt Dominatóri univerſæ terræ. ℣. Hi ſunt duæ olivæ in conſpectu Dómini terræ ſtantes: habent poteſtátem claudendi cœlum, & percútere terram. * Iſti ſunt. Glória. * Iſti. *Zach.* 4. *Apoc.* 11.

Ad Laud. *poſt Hymn.* ℣. Propter te, Dómine, mortificámur totâ die; ℟. Æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis. *Pſ.* 43.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Deus nos Apóſtolos oſtendit tanquàm morti deſtinátos: quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & Angelis & homínibus. *I. Cor.* 4.

Preces, flexis genibus.

Oratio.

DEus, qui nobis beatórum Apoſtolórum Petri & Pauli natalítia glorióſa præíre concédis; tribue, quæſumus, eórum nos ſemper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum.

Commemor. de Octava S. Joannis Bapt.

Deindè Suffragia.

Vesperæ de ſequenti.

DIE XXIX JUNII.

IN FESTO SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM.

DUPLEX II. CLASSIS.

Pſalmi de Feria, in toto Officio.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1. *toni*, D.

RESpíciens Jeſum Joannes dicit: Ecce Agnus Dei. Et audiérunt eum duo diſcípuli, & ſecúti ſunt Jeſum. *Joann.* 1.

Ant. 2. D. Erat Andréas frater Simónis Petri unus ex duóbus qui audíerant à Joanne, & ſecúti fúerant Jeſum. *Joann.* 1.

Ant. 3. *a.* Invénit hic primùm fratrem ſuum Simónem, & dicit ei: Invénimus Meſsíam. *Joann.* 1.

Ant. 4. E. Andréas adduxit fratrem ſuum Simónem ad Jeſum. *Joann.* 1.

Ant. 5. a. Intúitus eum Jeſus dixit: Tu es Simon, filius Jona: tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joann.* 1.

Capitulum. Iſ. 33.

OCuli tui vidébunt Jeruſalem, habitatiónem opulentam, tabernáculum quod nequáquàm transferri póterit: nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funículi ejus non rumpentur.

℟. Nunc omnes nos in conſpectu tuo, (Petre) * Adſumus audíre ómnia quæcumque tibi præcepta ſunt à Dómino. ℣. Implétus es quaſi flumen ſapiéntiâ. * Adſumus. Glória.* *Act.* 10. *Eccli.* 47.

Hymnus.

AMBO divíni Próceres Senátûs,
Príncipes cœli, sócii labórum:
Quos amor junxit, ſimul una jungat
Pompa triumphi.

PAR fides, & par utriuſque votum,

Corda divíno penetrante
verbo,
Sub jugo Chriſti nimìs obſtinátas
Súbdere Gentes.
Magna vos vidit ſtupuítque Roma,
Roma tot diris habitáta
monſtris:
Vidit excíſis pénitùs ſepulta
Númina fanis.
Totus in Roma ſuperátus orbis:
Par locus tantis utriuſque
palmis:
Uſquè cœleſtis pretióſa
ſervat
Sémina verbi.
Laus Deo Patri, genitóque Verbo:
Laus tibi compar, utriuſque Flamen:
Nóſque fac, tantis dúcibus, beátos
Tángere portus. Amen.
℣. Súſcitans Dóminus
à terra ínopem; ℟. Ut cóllocet eum cum princípibus. *Pſ.* 112.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F.
Vidit Jeſus duos fratres Simónem qui vocátur Petrus, & Andréam fratrem ejus, & ait illis: Veníte poſt me. At illi continuò, relíctis rétibus, ſecúti ſunt eum. *Matth.* 4.

Oratio infrà ad Laudes.

Non fit Commem. Octavæ S. Joann. Bapt.

AD MATUTINUM.

Invit. Caput córporis Eccléſiæ Chriſtum, * Veníte, adorémus. *Coloſſ.* 1.

Pſalm. Veníte, *pag.* 2.
Hymn. Ambo. *ſuprà.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Aſcendens Jeſus in navim quæ erat Simónis, dixit ad eum: Duc in altum; &, Laxáte rétia veſtra in captúram. *Luc.* 5.

Ant. 1. g. Reſpondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. *Luc.* 5.

Ant. 8. g. Cùm hoc feciſſent, concluſérunt piſcium multitúdinem copióſam. *Luc.* 5.

℣. Ipſi vidérunt ópera Dómini; ℟. Et mirabília ejus in profundo. *Pſ.* 106.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. Stupor circumdéderat Petrum & omnes qui cum illo erant in captûra piſcium: quod cùm vidiſſet Petrus, prócidit ad génua Jeſu dicens: * Exi à me quia homo peccátor ſum, Dómine. ℣. Quis póterit ſtare in conſpectu Dómini Dei ſancti? * Exi à me. *Luc.* 5. *I. Reg.* 6.

℟. Petrus dixit ad Jeſum: Dómine, ſi tu es, jube me ad te veníre ſuper aquas: at ipſe ait: Veni: &* Deſcendens Petrus de navícula, ambulábat ſuper

t veníret ad Je-
edíſti, Dómine,
i viam, & inter
mitam firmíſſi-
ſcendens Petrus.
. *Sap.* 14.
ens Petrus ven-
um, tímuit : &,
iſſet mergi, cla-
Dómine, ſalvum
Jeſus apprehen-
, & ait : Módi-
quare dubitaſti?
imére; vocávi te
uo; meus es tu :
síeris per aquas,
ro. * Dómine.
atri. * Dómine.
4. *Iſ.* 43.

NOCTURNO.

F. Multi diſcipu-
ſu abiérunt retrò:
is ad duódecim;
l & vos vultis ab-
n. 6.
a. Reſpondit Je-
Petrus: Dómine,
bimus? verba vi-
habes. *Joann.* 6.
. *a.* Nos crédidi-
gnóvimus, quia
riſtus Filius Dei

gnus es tu, & fá-
abília: ℟. Tu es
is. *Pſ.* 85.
ancti Hierónymi
ri, de Scriptó-
Eccleſiáſticis.
iv. Cap. 1.
Petrus, filius
is, provínciæ Ga-
lilææ, è vico Bethsáida, frater Andréæ Apóſtoli, & princeps Apoſtolórum; poſt Epiſcopátum Antiochénſis Eccléſiæ, & prædicatiónem diſperſiónis eórum qui de circumciſióne credíderant, in Ponto, Galátiâ, Cappadóciâ, Aſiâ & Bithyniâ, ſecundo Claúdii Imperatóris anno, ad expugnandum Simónem magum, Romam pergit; ibíque annis viginti quinque Cáthedram ſacerdotálem ténuit, uſque ad últimum annum Nerónis, id eſt, décimum quartum: à quo & affixus cruci Martyrio coronátus eſt, cápite ad terram verſo, & in ſublíme pédibus elevátis: áſſerens ſe indignum qui ſic crucifigerétur ut Dóminus ſuus. Scripſit duas Epíſtolas, quæ Cathólicæ nominantur... Sepultus Romæ in Vaticáno, juxta viam Triumphálem, totíus orbis veneratióne celebrátur.

℟. Dicit diſcípulis Jeſus: Vos quem me eſſe dícitis? Reſpondens Petrus dixit: Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi. Jeſus dixit ei: Beátus es, Simon Barjóna, quia * Caro & ſanguis non revelávit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. ℣. Eſt Deus in cœlo revélans myſtéria qui indicávit tibi. * Caro. *Matth.* 16. *Dan.* 2.

Lectio v. Cap. 5.

PAulus Apóſtolus qui ánteà Saulus, extra númerum duódecim Apoſtolórum, de tribu Bénjamin, Tarſo ob ſtúdia legis miſſus Jeroſólymam, à Gamaliéle viro doctiſſimo cujus Lucas méminit, erudítus eſt. Cùm autem interfuiſſet neci mártyris Stéphani, & acceptis à Pontífice templi epíſtolis, ad perſequendos eos qui Chriſto credíderant, Damaſcum pérgeret: revelatióne compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolórum ſcríbitur, in vas electiónis de perſecutóre tranſlátus eſt. Cúmque primùm ad prædicatiónem ejus Sérgius Paulus Proconſul Cypri credidiſſet, ab eo quòd eum Chriſti fidei ſubégerat, ſortítus eſt nomen, & juncto ſibi Bárnabâ, multis úrbibus peragrátis, reverténſque Jeroſólymam, à Petro, Jacóbo & Joanne, Géntium Apóſtolus ordinátur.

℟. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificábo Eccléſiam meam: * Et portæ ínferi non prævalébunt adversùs eam. ℣. Urbs fortitúdinis noſtræ Sion; ſalvátor ponétur in ea murus & antemurále. * Et portæ. *Matth. 16. Iſ. 26.*

Lectio vj.

ET quia in Actibus Apoſtolórum pleniſſimè de ejus converſatióne ſcriptum eſt; hoc tantùm dicam, quòd poſt paſſiónem Dómini, vicéſimo quinto anno, id eſt, ſecundo Nerónis, eo témpore quo Feſtus procurátor Judææ ſucceſſit Felíci, Romam vinctus míttitur; & biénnium in líbera manens cuſtódia, adversùs Judæos de adventu Chriſti quotídiè diſputávit. Sciendum autem in prima ſatisfactióne, necdùm Nerónis império roboráto, nec in tanta erumpente ſcélera, quanta de eo narrant hiſtóriæ, Paulum à Neróne dimiſſum; ut Evangélium Chriſti in Occidentis quoque pártibus prædicarétur, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda Epiſtola ad Timótheum...Hic quarto décimo Nerónis anno, eódem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto cápite truncátur; ſepultúſque eſt in via Oſtienſi, anno poſt paſſiónem Dómini tricéſimo séptimo.

℟. Simon, ego rogávi pro te, ut non defíciat fides tua: * Et tu † Aliquandò converſus, confirma fratres tuos. ℣. Convertam te, & ante fáciem meam ſtabis, & quaſi os meum eris. * Et tu. Glória Patri.

quandò converſus.
2. *Jerem.* 15.
I. NOCTURNO.
. 4. E. Dicit Jeſu Pe-
Animam meam pro
am. *Joann.* 13.
. 1. d. Reſpondit ei
Animam tuam pro
nes? non cantábit
donec ter me neges.
13.
. *6. c.* Petrus negá-
um: & contínuò can-
gallus. Converſus
ius reſpexit Petrum:
ſſus foràs Petrus fle-
árè. *Luc.* 22.
Poſuiſti lácrymas
℟. In conſpectu
eus. *Pſ.* 55.
o ſancti Evangélii
ndùm Joannem.
o *vij. Cap.* 21.
o témpore: Dicit Si-
i Petro Jeſus: Si-
oannis, díligis me
s? Dicit ei: Etiam,
e; tu ſcis quia amo
cit ei: Paſce agnos
Et réliqua.
ia ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.
123. *in Joann.* §. 4.
m eſſes júnior, cin-
bas te, & ambulá-
i volébas: cùm au-
iúeris, extendes ma-
s, & álius te cinget
et quò tu non vis.
utem dixit ſignífi-
â morte clarificatú-
t Deum. Hunc invé-

nit éxitum ille negátor, & amátor; præſumendo elátus, negando proſtrátus, flendo purgátus, confitendo probátus, patiendo coronátus: hunc invénit éxitum, ut pro ejus nómine perfectâ dilectióne morerétur, cum quo ſe moritúrum perversâ feſtinatióne promíſerat. Fecit ejus reſurrectióne firmátus, quod immatúrè pollicebátur infirmus. Hoc enim oportébat ut priùs Chriſtus pro Petri ſalúte, deindè Petrus pro Chriſti prædicatióne morerétur.

℟. Simon Joannis, amas me? Dómine, tu ómnia noſti; tu ſcis quia amo te. Dixit ei: * Paſce oves meas. ℣. Tu paſces pópulum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. * Paſce oves meas. *Joann.* 21. *II. Reg.* 5.

Lectio viij. §. 5.

Dominus quod ſciébat intérrogat, nec ſemel, ſed íterùm ac tértiò, utrùm Petrus eum díligat: nec áliud tóties audit à Petro, quàm ſe díligi: nec áliud tóties commendat Petro, quàm ſuas oves paſci. Rédditur negatióni trinæ trina confeſſio, ne minùs amóri lingua sérviat quàm timóri, & plus vocis elicuiſſe videátur mors ímminens, quàm vita præſens. Sit amóris offícium páſcere

Domínicum gregem, ſi fuit timóris indícium negáre Paſtórem. Qui hoc ánimo paſcunt oves Chriſti, ut ſuas velint eſſe, non Chriſti, ſe convincuntur amáre, non Chriſtum; vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditáte; non obediendi, & ſubveniendi, & Deo placendi caritáte. Contra hos ergo vígilat tóties inculcáta iſta vox Chriſti, quos Apóſtolus gemit ſua quærere, non quæ Jeſu Chriſti. Nam quid eſt áliud? Si díligis me, paſce oves meas, quàm ſi dicerétur: Si me díligis, non te páſcere cógita, ſed oves meas: ſicut meas paſce, non ſicut tuas: glóriam meam in eis quære, non tuam; domínium meum, non tuum; lucra mea, non tua.

℟. Cùm eſſes júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volebas: cùm autem ſenúeris, * Extendes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. ℣. Ecce data ſunt ſuper te víncula, & ligábunt te in eis; & non egrediéris de médio eórum. * Extendes. Glória. * Extendes. *Joann.* 21. *Ezech.* 3.

Lectio ix. Longè pòſt.

MEritò dícitur Petro: Díligis me? & reſpondet: Amo te; eique refertur: Paſce agnos meos; & hoc iterùm, hoc tértiò. Non ergo nos, ſed ipſum amémus: & in paſcendis óvibus ejus ea quæ ſunt ejus, non ea quæ ſunt noſtra, quærámus. Quod vítium máximè cavendum eſt eis qui paſcunt oves Chriſti, ne ſua quærant, non quæ Jeſu Chriſti; & in uſus cupiditátum ſuárum cónferant, pro quibus ſanguis fuſus eſt Chriſti. Cujus amor in eo qui paſcit oves ejus, in tàm magnum debet ſpiritálem creſcere ardórem, ut vincat étiam mortis naturálem timórem, quo mori nólumus, & quandò cum Chriſto vívere vólumus. Nam & Apóſtolus Paulus dicit ſe habére concupiſcéntiam diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: ingemiſcit tamen gravátus, & non vult expoliári, ſed ſuperveſtíri, ut abſorbeátur mortále à vita. Et huic Dóminus dilectóri ſuo: Extendes, inquit, manus tuas; hoc eſt, crucifigéris. Ad hoc autem ut vénias, álius te cinget, & ducet, non quò vis, ſed quò non vis. Priùs dixit quod fieret, & deindè quómodò fieret.

AD LAUDES.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, 1. *toni*, D.

FActa eſt vox ad Petrum: Surge, & mandúca:

is purificávit, tu
ne díxeris. *Act.*

a. Apériens os
xit: In veritáte
quia non eſt per-
acceptor Deus.

. F. Adhuc Petro
cécidit Spíritus
uper omnes qui
t verbum. *Act.* 10.
D. Obſtupué-

icum. Iſ. 66.
i in eis ſignum, *
ittam ex eis qui
érint,
ntes in mare, in
& Lydiam, * ten-
gittam,
iam & Græciam,
las longè,
qui non audiérunt
& non vidérunt
meam.
ntiábunt glóriam
éntibus, * & ad-
mnes fratres ve-
cunctis géntibus
Dómino,
montem ſanctum
erúſalem, * dicit
s,
modò ſi ínferant fi-
munus * in vaſe
n domum Dómini.
úmam ex eis in Sa-
* & Levítas, dicit
s.
Patri.
Obſtupuérunt ex

circumciſióne fidéles qui vénerant cum Petro, quia & in natiónes grátia Spíritûs ſancti effúſa eſt. *Act.* 10.

Ant. 5. a. Glorificavérunt Deum dicentes: Ergo & géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11.

Capitulum. Act. 15.

VIri fratres, vos ſcitis quóniam ab antíquis diébus Deus in nobis elégit, per os meum audíre gentes verbum Evangélii, & crédere.

Hymnus.

SUPREME princeps, dux gregis,
Qui clauſa pandis ſídera,
Spectante Româ, clárior
Intrans Olympum ſánguine.

AFFIXUS alto ſtípiti
Invertis in terram caput:
Quò te magìs nunc déjicis,
Hoc mente major émicas.

NON auſus erectæ crucis
Ambíre Petrus glóriam:
Cœlo datúrus ſpíritum
Pedes adórat Núminis.

PAULUS, Magiſter géntium,
Mactátur enſe víctima:
Minórque ponit vérticem
Chriſto ſuprémo vértici.

CURSUS perégit ímpigros,
Gaudétque Chriſto pérfrui;
Labóre partis árduo
Victor corónis cíngitur.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur; ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Qui operátus eſt Petro in Apoſtolátum circumciſiónis, operátus eſt & mihi inter gentes. *Gal.* 2.

Oratio.

DEus, qui hodiernam diem Apoſtolórum tuórum Petri & Pauli martyrio conſecraſti; da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus ſequi præceptum, per quos religiónis ſumpſit exórdium; Per Dóminum.

Commemoratio Octav. S. Joann. Bapt.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Facta eſt vox.

CANON.

Ex Concílio Florentíno.

Anno 1439.

DEfinímus ſanctam Apoſtólicam ſedem, & Románum Pontíficem in univerſum orbem tenére primátum, & ipſum Románum Pontíficem ſucceſſórem eſſe beáti Petri Príncipis Apoſtolórum & verum Chriſti Vicárium, totiúſque Ecclésiæ Caput, & ómnium Chriſtianórum Patrem ac Doctórem exiſtere, & ipſi in beáto Petro paſcendi, regendi & gubernandi universálem Ecclésiam à Dómino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtátem tráditam eſſe, quemádmodùm étiam in geſtis œcumenicórum Conciliórum & in ſacris Canónibus continétur.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Apériens os ſuum.

Capitulum. Act. 10.

IN omni gente qui timet Deum, & operátur juſtítiam, acceptus eſt illi. Verbum miſit Deus fíliis Iſraël, annúntians pacem per Jeſum Chriſtum: hic eſt ómnium Dóminus.

℟. *br.* Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus: * Allelúia, allelúia. ℣. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus. Allelúia, allel. Glória Patri. ℟. Annuntiavérunt. *Pſ.* 96.

℣. In omnem terram exívit ſonus eórum; ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum. *Pſ.* 18.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Adhuc Petro loquente.

Capitulum. Act. 15.

QUi novit corda Deus, teſtimónium perhíbuit, dans géntibus Spíritum ſanctum, ſicut & nobis: & nihil diſcrévit inter nos

os, fide puríficans
rum.
, Dícite in génti-
llelúia, allel. ℣.
ominus regnávit.
ia, allel. Glória.
e. *Pſ.* 95.
erte Dómino, pá-
tium; ℟. Afferte
glóriam & honó-
: 95.

N O N A M.

;. a. Glorificavé-

ilum. Act. 10.
iébant illos lo-
entes linguis, &
antes Deum. Tunc
t Petrus: Num-
iam quis prohibé-
, ut non baptizen-
ui Spíritum ſanc-
pérunt ſicut & nos?
eos baptizári in
Dómini Jeſu Chri-

. Annuntiavérunt
ei: * Allelúia, alle-
Et facta ejus intel-
. * Allelúia, alle-
ória. ℟. Annuntia-
Pſ. 63.
ſuit in eis verba
n ſuórum; ℟. Et
orum in terra. *Pſ.*

. VESPERAS.
hona. 2. *toni*, D.
n árbitror quámdiù
n hoc tabernáculo,
: vos in commoni-
I. Petr. 1.
rs Æſtiva.

Ant. 3. a. Velox eſt depoſítio tabernáculi mei, ſecundùm quod & Dóminus noſter Jeſus Chriſtus ſignificávit mihi. *II. Petr.* 1.

Ant. 7. a. Dabo óperam & frequenter habére vos poſt óbitum meum, ut horum memóriam faciátis. Non enim, doctas fábulas ſecúti, notam fécimus vobis Chriſti virtútem. *II. Petr.* 1.

Ant. 5. a. Speculatóres facti illíus magnitúdinis, vocem audívimus de cœlo allátam, cùm eſsémus cum ipſo in monte ſancto. *II. Petr.* 1.

Ant. 4. E. Properantes in adventum diéi Dómini, ſatágite immaculáti & inviolati ei inveníri in pace. *II. Petr.* 3.

Capitulum. II. Petr. 3.

Domini noſtri longanimitátem ſalútem arbitrámini: ſicut & caríſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapiéntiam ſcripſit vobis.

Hymnus.

Quos fides, virtus,
pietáſque junxit,
Príncipes cœli géminos canámus,
Par decus vitæ, váriæ nec impar
Glória mortis.
Dum latet ſummi Déitas Magiſtri,

Véritas Petro ſine nube fulget:
Primus æterno génitum fatétur
Númine Chriſtum.

QUA patet tellus, pópulos tonanti,
Géntium doctor domat ore Paulus:
Hinc triumpháto rétulit ſuperbum
Nomen ab orbe.

MILLE poſt gentes Dómino ſubactas,
Hic cadit ferro, cruce pendet alter;
Spléndidam fortes meruére fuſo
Sánguine laurum.

EXPIANS ſeptem cruor iſte montes,
Rore fœcundo beat: indè pingui
Efferent agro generóſa pulchram
Sémina meſſem.

ROMA, ditáris moriente Petro:
Fis poteſtátis potióris hæres:
Majus & bello tibi chriſtiána
Pax decus addit.

STABIT æternùm tua, Petre, Sedes:
Hæc erit nullo quatienda motu,
Quam fide Chriſtus ſtruit, & perenni
Fœdere firmat.

LAUS Deo Patri, genitóque Verbo;
Laus tibi compar, utriuſque Flamen:
Nóſque fac, tantis dúcibus, beátos
Tángere portus.
Amen.

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini; ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115.

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Spíritus vitæ à Deo intrávit in eos; & audiérunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Aſcéndite hùc; & aſcendérunt in cœlum. *Apoc.* 11.

Non ſit Commemoratio ſequentis; ſed tantùm Octavæ S. Joann. Bapt.

DIE XXX.
IN COMMEMORATIONE S. PAULI, Apoſtoli.

Duplex III. claſſis.

[*In Eccleſia propria, & ſi habeat I. Veſper. Antiph. ſuper Pſalmos Feriales ſumuntur cum Capitulo, de Laudibus*; ℟. Non judicávi; *infrà poſt iij. Lection. Hymn.* Sat, Paule. *ut ad Matutinum*].

℣. Confitébor tibi in natiónibus, Dómine; ℟. Et nómini tuo pſalmum dicam. *Pſ.* 17.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Mihi ómnium ſanctórum mínimo data eſt grátia hæc, in géntibus evangelizáre inveſtigábiles divítias Chriſti. *Epheſ.* 3.

o, Deus, qui mul-
m, *ut infrà ad Lau-*
g. 501.
tè ſit Commemora-
Petri, Apoſtoli.
Tibi dabo claves
cœlórum: & quod-
ligáveris ſuper ter-
it ligátum & in cœ-
quodcumque ſólve-
r terram, erit ſolú-
in cœlis. *Matth.*

óſui adjutórium in
; ℟. Et exaltávi
i de plebe mea.

Oratio.

s, qui beáto Petro
póſtolo tuo, collátis
s regni cœleſtis, áni-
andi atque ſolven-
tificium tradidiſti;
e ut, interceſſiónis
ílio, à peccatórum
um néxibus liberé-
Qui vivis & regnas.

IATUTINUM.

atorium. Chriſtum
cávit Paulum per
n ſuam, * Veníte,
nus. *Galat.* 1.
m. Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

, Paule, ſat terris
atum:
ulta te certámina,
peracto, débita
a jam cœlo manet.
or tu mari periculis,
que jactátus malis!
Quot ſaxa, virgæ, cómpedes!
Quot damna, curæ, fúnera!

Nunc ille confixum ſuæ
Qui te cruci dudùm tenet,
Te Chriſtus ad vitam vocat;
Tibíque jam lucrum mori.

Sed caritátis víſcera
Strictis coarctant néxibus,
Chriſtóque quos tu párturis,
Patrem repoſcunt fílii.

En nunc parátus jam tibi
Finis labóris árdui,
Mercéſque: biſsénos thronus
Te poſcit inter júdices.

Uni ſit & trino Deo
Suprema laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Grátia data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Chriſti Jeſu in géntibus. *Rom.* 15.

Ant. 8. c. Créditum eſt mihi Evangélium præpútii, ſicut & Petro circumciſiónis. *Galat.* 2.

Ant. 7. d. Ego ſanctíficans Evangélium Dei, ut fiat oblátio géntium accepta, & ſanctificáta in Spíritu ſancto. *Rom.* 15.

℣. Narrábo nomen tuum

frátribus meis; ℟. In médio Eccléſiæ laudábo te. *Pſ.* 21.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Póſitus ſum ego Prædicátor, & Apóſtolus, & Magiſter géntium: * Ob quam cauſam pátior, ſed non confundor; ſcio enim cui crédidi. ℣. Dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtítui te ſuper gentes, ne formídes quia ego tecum ſum. * Ob quam cauſam. *II. Tim.* 1. *Jerem.* 1.

℟. *ij.* Evangélium quod evangelizátum eſt à me, non eſt ſecundùm hóminem: * Neque enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici; ſed per revelatiónem Jeſu Chriſti. ℣. Dóminus dedit mihi linguam erudítam: érigit mihi aurem, ut aúdiam quaſi magiſtrum. * Neque. *Galat.* 1. *Iſaï.* 50.

℟. *iij.* Non judicávi me ſcire áliquid, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. * Et † Sermo meus non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne ſpíritûs & virtútis. ℣. Deus ſapiéntiæ dux eſt: ipſe dedit mihi horum quæ ſunt ſciéntiam veram. * Et ſermo. Glória Patri. † Sermo. *I. Cor.* 2. *Sap.* 7.

IN II. NOCTURNO

Ant. 8. g. Spem habe[...] in Deum, ſtúdeo ſine of[...]fendículo conſciéntiam ha[...]bére ad Deum & ad hó[...]mines ſemper. *Act.* 24.

Ant. 5. a. Sic curro non quaſi in incertum; ſe[...] caſtígo corpus meum, [...] in ſervitútem rédigo: [...] fortè, cùm áliis prædicáve[...]rim, ipſe réprobus efficiar. *I. Cor.* 9.

Ant. 4. d. Adímple[...] ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti, in carne mea, pro córpore ejus quod eſt Eccléſia, cujus factus ſum ego miniſter. *Coloſſ.* 1.

℣. Vide humilitátem meam & labórem meum. ℟. Cuſtódi ánimam meam & érue me. *Pſ.* 24.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 4. in 2. Ep. ad Tim.

Lectio iv.

PAulus Cilix erat, coriárius erat, inops, ex[...]ternæ ſapiéntiæ expers, Hebráicè tantùm ſciens, quæ lingua ómnibus, maximéque Italis deſpéctui erat. Vir ille, inquam, ſæpè in fame degébat: homo nudus, nec quo operirétur habens: in frígore & nuditate, inquit ipſe. Neque hæc tantùm, ſed étiam in vinculis cum latrónibus, præſtigiatóribus, ſepulcro[...]

ɔſſóribus, homi-
Neróne jubente,
:us eſt; & tanquàm
s verberabátur, ut
icit. Uter ígitur il-
eſt? uter clárior?
:ióſior? Iſne qui ca-
gebátur, & trahe-
cárcere? an is qui
amictus ex régia
t? Qui in vínculis
t? an qui in púrpu-
ebátur? Qui infrà
la jaciébat? an qui
dens telis impete-
Dic ergo mihi: Ex
ártibus quis ſtare
:? Neroniſne, an
.. Illíus ne notum
eſt ſepulcrum: hic
nnibus ſplendídior
in ipſa régia jacet,
m vicit, ubi tro-
erexit. Illum ſi quis
:t, cum vitupério
at, etiámque domé-
ujus cum laude me-
ubíque celebrátur,
ad nos tantùm, ſed
ipud inimícos.
labóre fui & ærum-
vigíliis multis, in
t ſiti, in frígore &
e: * Præter illa quæ
:cùs ſunt, inſtántia
uotidiána, ſollici-
nnium Eccleſiárum.
noctúque æſtu uré-
gelu, fugiebátque
; ab óculis meis. *
illa. *II. Cor.* 11.
1.

Lectio v.
Hom. 32. in Epiſt. ad Rom. §. 2.

QUis mihi nunc déderit, ut corpus Pauli circumplectar, ut ſepulcro hæream, ut púlverem vídeam córporis illíus qui ea quæ Chriſto déerant, adimplébat; ſtígmata Chriſti geſtantis, prædicatiónem ubíque diſſeminantis? Oris hujus púlverem vidére vellem, quo magna & arcána Chriſtus locútus eſt, per quod Spíritus mirabília illa orácula orbi cóntulit. Quid enim non operátum eſt os illud exímium? Dæmones éxpulit, peccáta ſolvit, tyrannos ad tacendum cómpulit, philoſophórum linguas obſtruxit, orbem Deo óbtulit, bárbaris ut philoſopharentur, ſuáſit: ómnia quæ in terra erant compóſuit, & quæ in cœlo, ut vóluit, coaptávit.

℟. Factus ſum Judæis tanquàm Judæus; iis qui ſine lege erant, tanquàm ſine lege eſſem: * Omnibus ómnia factus ſum, ut omnes fácerem ſalvos. ℣. Vidéte quóniam non ſoli mihi laborávi, ſed ómnibus exquiréntibus veritátem. * Omnibus. *I. Cor.* 9. *Eccli.* 24.

Lectio vj. Paulò poſt.

NEc oris tantùm, ſed étiam cordis illíus púl-

verem vidére vellem. Adeò latum cor illud erat, ut civitátes íntegras, pópulos & gentes cáperet. Cor cœlis ſublímius, orbe látius, rádio ſplendídius, igne ardéntius, adamante fórtius. Cor Chriſti erat cor Pauli, & Spíritûs ſancti tábula & grátiæ liber. Et quid opus eſt ſíngula recensére? Vellem ſepúlcrum vidére ubi jacent arma juſtítiæ, arma lucis, membra nunc viséntia, & mórtua dum ille víveret, in quibus ómnibus vivébat Chriſtus, quæ crucifixa erant mundo, membra Chriſti quæ Chriſtum induébant, templum Spíritûs, ædifícium ſanctum, quæ Spíritu ligáta erant, quæ confixa erant timóre Dei, quæ ſtígmata Chriſti habébant. Hoc corpus urbem Romam quaſi mœnibus cingit, quod omni turre & vallis innúmeris tútius eſt: & cum hoc étiam Petri corpus.

℟. Quis mílitat ſuis ſtipéndiis unquàm? Si nos vobis ſpirituália ſeminávimus, magnum eſt ſi nos carnália veſtra metámus? Ego autem nullo horum uſus ſum: * Bonum eſt mihi magìs mori, quàm ut glóriam meam quis evácuet. ℣. Loquímini de me coram Dómino & coram Chriſto ejus: ſi de manu

cujuſquam mun[...]
& contemnam il[...]
num eſt. Glória [...]
eſt. *I. Cor. 9.* [...]

IN III. NOC[...]

Ant. 6. F. Vín[...]
bulatiónes me m[...]
nihil horum véreo[...]
modò conſummem[...]
meum. *Act. 20.*

Ant. 3. c. Ego n[...]
lùm alligári, ſed &
parátus ſum, prop[...]
men Dómini Jeſu. *A*[...]

Ant. 8. g. Si im[...]
ſuprà ſacrifícium &
quium fídei veſtræ
deo, & congrátulo[...]
bus vobis. *Philipp.*[...]

℣. Si conſiſtant[...]
sùm me caſtra; ℟. [...]
mébit cor meum.

Léctio ſancti Ev[...]
ſecundùm Matt[...]
Lectio vij. Ca[...]

IN illo tempore[...]
Jeſus diſcípulis [...]
ce ego mitto vos ſ[...]
in médio lupórum[...]
ergo prudentes ſ[...]
pentes, & ſimpli[...]
columbæ. Et réli[...]

Homília ſancti [...]
Chryſóſtom[...]
Homil. 33. in Ma[...]

VIdes Dei a[...]
tem? vides p[...]
vides virtútem in[...]
bilem? Quod a[...]
cit Dóminus, h[...]
eſt: Ne turbémini
quòd cùm vos in

, ut oves & ut co-
:ſſe júbeam. Con-
præſtáre póteram,
níttere nihil paſ-
ali, nec ut oves
bjícere, ſed leó-
rmidabilióres réd-
d ita fieri par eſt:
vos ſplendidióres
: poténtiam meam
t. Hoc & Paulo di-
hriſtus: Súfficit ti-
a mea; nam virtus
infirmitáte perfíci-
itaque ſic vos con-
Cùm enim dicit:
:to vos ſicut oves,
índicat: Ne itaque
leficiátis: novi e-
ovi útique vos ſic
s inexpugnábiles

benter gloriábor in
itibus meis, ut in-
in me virtus Chri-
.áceo mihi in infir-
as meis, in perſe-
ıus, in angúſtiis
:iſto. ℣. Non mihi
at párcere ánimæ
omni témpore tri-
ıis. * Plácco. *II.*
. *I. Machab.* 13.

Lectio viij.

ideámus quam pru-
iam requírat: ſer-
rudéntiam vult eos
Sicut enim ſerpens
totum tradit, nec
im curat, corpúſne
ır, dúmmodò caput
nſervet incólume,

ſic tu præter fidem cétera pérdere non cures: profunde univerſam tuam pecúniam, trade corpus: vitæ ipſi, ſi opus eſt, noli párcere; dùm fidem quæ caput & radix eſt, ſerves; quâ ſervátâ, etiamſi ómnia perdas, ómnia tamen rursùs cum magnífica acceſſióne recuperábis. Idcircò nec símplices ſolùm eos eſſe juſſit, nec prudentes ſolùm; ſed ambo hæc in unum commíſcuit, ut in præcípuam virtútem ſimul hæc ambo vertantur.

℟. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi: * In réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ, quam reddet mihi Dóminus juſtus Judex. ℣. Probávit me quaſi aurum quod per ignem tranſit: veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus: viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.* In réliquo. Glória. * In réliquo. *II. Tim.* 4. *Job.* 23.

Lectio ix. §. 4.

NOn enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, qui lóquitur in vobis. Habébant éthnici & Judæi in médio pósitos duódecim Apóſtolos, ínfimæ conditiónis viros, quos ligábant, verberábant, circumagébant: nec póterant eórum ora claúdere. Sed ſicut rádium

ſolis vincíre nemo poteſt: ſic non póterant ipsórum linguam alligáre. Cujus rei cauſa erat non illi quidem qui loquebantur; ſed Spíritûs virtus. Sic ígitur & Paulus vicit Agrippam &, qui ſcélere vincébat hómines omnes, Nerónem: Dóminus enim mihi áſtitit, inquit, & confortávit me, & éruit me de ore leónis. Tu verò miráre: quómodò audientes, Nolíte ſollíciti eſſe; & credidérunt, & obtemperârunt; nihílque ex terribílibus terrórem ipſis incuſſit. Quòd ſi dicas, idóneam ipſis conſolatiónem dediſſe Chriſtum cùm dixit, Spíritus Patris veſtri erit qui loquétur; & ídcò máximè ſtúpeo, quòd nec dubitáverint: nec liberári à malis rogáverint: & hæc non duobus vel tribus annis iſta paſsúri, ſed per totam vitam. Illud enim dictum: Qui autem perſeveráverit uſque in finem, hic ſalvus erit, hoc ſubíndicat.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. *toni*, G.

PAulus tráditus grátiæ Dei, confirmabat Ecclésias, præcípiens cuſtodíre præcepta Apoſtólorum & ſeniórum. *Act.* 15.

Ant. 8. G. Venit Corinthum, & acceſſit ad Aquilam & Priſcillam: & quia ejuſdem erat artis, manébat apud eos, & operabátur. *Act.* 18.

Ant. 6. F. Virtútes non quáſlibet faciébat Deus per manum Pauli; ita ut ſuper lánguidos deferrentur à córpore ejus ſudária, & recedébant ab eis languóres, & ſpíritus nequam egrediebantur. *Act.* 19.

Ant. 4. E. Agabus.

Canticum. II. Reg. 22.

TU lucerna mea, Dómine *: & tu, Dómine, illuminábis ténebras meas.

In te enim curram accinctus *: in Deo meo tranſíliam murum.

Deus, immaculáta via ejus: elóquium Dómini igne examinátum *: ſcutum eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quis eſt Deus præter Dóminum? * & quis fortis præter Deum noſtrum?

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus: * exaltábitur Deus fortis ſalútis meæ.

Proptéreà confitébor tibi, Dómine, in géntibus: * & nómini tuo cantábo. Glória Patri.

Ant. Agabus tulit zonam Pauli, & álligans ſibi pedes & manus dixit: Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligábunt Judæi, & tra-

lent in manus Géntium. *Act.* 21.

Ant. 5. a. Judæi, cùm vidiſſent Paulum in templo, injecérunt ei manus. Tunc accédens Tribúnus apprehendit eum, & juſſit eum alligári: & ſequebátur multitúdo pópuli, clamans: Tolle eum. *Act.* 21.

Capitulum. II. Tim. 2.

IN Evangélio labóro uſque ad víncula quaſi malè óperans: ſed verbum Dei non eſt alligátum. Ideò ómnia ſuſtíneo propter electos, ut & ipſi ſalútem conſequantur.

Hymnus.

PAulo paupéries ſpléndida cópia:
Ingens mœror erat lætítiæ ſeges:
Carcer, naufrágium, crébraque vérbera
Altæ ſémina glóriæ.

Mors deſidérium, mors fuit & lucrum:
Terris hunc rétinet prodigus in ſuos
Fratres ſolus amor, pro quibus óbviam
Se totum vovet hóſtiam.

Tandem Roma virum vidit, inánium
Cultrix Roma deûm: Cæſaris in domum
Infert ille fidem: ſæva nec álligant
Verbum víncula líberum.

Mundo conſpícuum ceu jubar émicat,
Spargens perpétuum, quà gráditur, diem:
Humánis óculis qui ſemel óccidit,
Æterno rútilat die.

Laus ſit ſumma Patri, ſummaque Fílio:
Par ſit, ſancte, tibi laus quoque, Spíritus:
Da Paulum, per iter quod docet árduum,
Nobis quà líceat ſequi.
Amen.

℣. Dóminus protector vitæ meæ; ℟. A quo trepidábo? *Pſ.* 26.

Ad Bened. Ant. 1. D. Nocte aſſiſtens Paulo Dóminus, ait: Conſtans eſto: ſicut teſtificátus es de me in Jeruſalem; ſic te oportet & Romæ teſtificári. *Act.* 23.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóſtoli prædicatióne docuiſti; da, quæſumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia ſentiámus; Per.

Fit Commemoratio Octavæ S. Joannis Baptiſtæ, Ant. Tu, puer. ℣. Docébo. *Oratio.* Deus, qui, *pag.* 467.

Deindè de S. Petro.

Ant. In platéas ejicié-

bant infirmos, ut, veniente Petro, ſaltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum qui curabantur omnes. *Act.* 5.

℣. Nimis honorificáti ſunt amíci tui, Deus; ℟. Nimis confortátus eſt principátus eórum. *Pſ.* 138.

Oratio. Deus, qui beáto Petro. *ſuprà, pag.* 495.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Paulus.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Venit Corinthum.

Capitulum. I. Theſſ. 2.

MEmores eſtis, fratres, labóris noſtri & fatigatiónis: nocte ac die operantes, ne quem veſtrûm gravarémus, prædicávimus in vobis Evangélium Dei.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum ego cuſtodívi vias duras: * Allelúia, allelúia. ℣. Pérfice greſſus meos in sémitis tuis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Propter. *Pſ.* 16.

℣. Dóminus ſecundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi; ℟. Quia cuſtodívi vias Dómini. *Pſ.* 17.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Virtútes.

Capitulum. Rom. 15.

HAbeo glóriam in Chriſto Jeſu ad Deum. Non enim aúdeo áliquid loqui eórum quæ per me non éfficit Chriſtus in obediéntiam géntium, verbo & factis, in virtúte ſignórum & prodigiórum, & in virtúte Spíritûs ſancti.

℟. *br.* Veníte, audíte, omnes qui timétis Deum: * Allelúia, allel. ℣. Quanta fecit ánimæ meæ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Veníte. *Pſ.* 65.

℣. Tanquàm prodígium factus ſum multis; ℟. Dómine, tu adjútor fortis. *Pſ.* 70.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Judæi.

Capitulum. Act. 26.

GEntibus annuntiábam ut pœniténtiam ágerent, & converterentur ad Deum, digna pœniténtiæ ópera facientes: hâc ex causâ me Judæi, cùm eſſem in templo, comprehenſum tentábant interficere.

℟. *br.* Accípere ánimam meam conſiliáti ſunt: ego autem in te ſperávi, Dómine: * Allelúia, allelúia. ℣. Dixi, Deus meus es tu. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Accípere.

℣. Dómine, non confundar; ℟. Quóniam invocávi te. *Pſ.* 30.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, 2.

SIgna Apoſtolátûs mei facta ſunt in omni pa-

in ſignis, & pro-
& virtútibus. II.
. ..
5. a. Nihil minùs
iis qui ſunt ſupra
Apóſtoli, tametſi
um. II. Cor. 12.
3. a. Exíſtimo ni-
minùs feciſſe à ma-
póſtolis. II. Cor. 11.
a. D. Abundántiùs
s laborávi; non
em, ſed grátia Dei
. I. Cor. 15.
6. F. Quæ audi-
vidiſtis in me, hæc
& Deus pacis erit
m. Philipp. 4.
ulum. II. Tim. 4.
ninus mihi áſtitit,
confortávit me, ut
prædicátio impleá-
údiant omnes gen-
liberátus ſum de
nis.

Hymnus.

ORE ſat tuo, fides
íſque crevit glória,
ue per te fœnore
Chriſti páſſio.
ſacra ſeſe jam tuæ
a carni ſtígmata,
totum ſpíritu
Magiſter éxprimit.
Paule, non vivis;
quens
e Chriſtus in tuo
ue vivit péctore:
o, ſat terris datum.
ITA quondam tér-
)
coelo, nunc tibi
Fruenda ſe pleno palàm
De fonte produnt lúminis.
HINC lacte verbi nos
tui
Cibóque faxis créſcere;
Chriſtúmque tritos, quà
doces
Præíſque, per calles ſequi.
UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum
decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Loquébar de teſtimóniis tuis in conſpectu regum; ℟. Et non confundébar. Pſ. 118.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Ego jam delíbor, & tempus reſolutiónis meæ inſtat: ſalvum me fáciet Dóminus in regnum ſuum cœleſte. *II. Tim.* 4.

Commem. Diei Octavæ S. Joann. Bapt. per Ant. Angelus. ℣. Prodúcam, *pag.* 461. *Oratio.* Deus, qui præſentem, *pag.* 467.

Poſteà S. Petri, Ant. Tibi dabo. ℣. Póſui. *Orat.* Deus, qui beáto Petro. *ſuprà, pag.* 495.

Deindè S. Martial. Epiſcopi, ut in Comm. SS. Pontif. p. xxvj. *Orat.* Deus, cujus, *infrà. pag.* 505.

[*In* CATHEDR. *Poſt Orat. diei, fit Commemor. S. Martialis; deindè Oct. S. Joann. Bapt. poſteà S. Petri, ut ſuprà.*]

FESTA JULII.

DIE I.

OCTAVA NATIVITATIS S. JOANN. BAPTISTÆ.

Semiduplex.

IN CATHEDR. S. *Martialis. Duplex. Omnia de Communi SS. PP.* xxv. *exceptis quæ ſequuntur.* IN II. NOCT. *Lect. iv. v. & vj.* Martiális... Per ália.... Conditum eſt... *ut infrà, Lect. iij. in tres diſtributâ, diviſione factâ ad aſteriſc.* IN III. NOCT. *Evangelium & tres Lect. de Homil. ut in Communi, pag.* xxx. AD LAUD. *Orat.* Deus, cujus. *infrà. Commem Diei Octavæ S. Joannis Baptiſtæ; deindè Octavæ SS. Petri & Pauli, Apoſt.*

Omnia ut in Die, ſervato ritu Semidupl. exceptis quæ ſequuntur.

AD MATUTINUM.

Sermo ſancti Máximi Epíſcopi.

Hom. 3. *in Nat. S. Joann.*

Lectio ij.

FEſtivitátem præſentis diéi, fratres caríſſimi, venerandi Joannis Baptiſtæ genuína Nativitas conſecrávit: qui idcircò in hoc ſéculum ſupernâ diſpenſatióne directus eſt, ut non ſolùm ipſe prophetáli ſublimarétur glóriâ, ſed ut ómnium éti eum prophetárum nia firmarentur. N méritò illum præci nóre nunc venerám ſpeciáli quâdam g hoc Redemptórem noviſſimus prophe oſténderet eum pri enim eſt ſolus pr rum, qui Dómin ſtrum Jeſum Ch quem álii in long ra futúrum præſ própriis óculis vi ruit, & annuntiár tem. Nam ſicut ſ mum Evangéliun veniente Dómino tiſmum ejus, h prorúpit in voce Agnus Dei: ecce peccáta mundi.

De S. Martiali,

Lectio iij

MArtiális, ad nandam int verbi divíni pr nem ordinátus E ab inítio Presbyt Alpiniánum & A num adjutóres há eum, ut refert G Turonenſis, ab ſecúti, comitáti Gálliæ regiónes, miſſus eſt à Rom ſcopis. Hoc in mú

ios ſex Epíſcopos collé-
s habéret, áliis ália loca
téntibus, ipſe Aquitániæ
poſtolátum cum Stremó-
o, qui apud Arvernos con-
dit, partítus eſt, & ſta-
m uſque ad Bitúrigum ci-
tátem, quam unus ex có-
im diſcípulis aggreſſus
ſt, efficaciſſimo ópere fi-
em propagávit. * Per ália
uoque ejuſdem provínciæ
ppida jactis religiónis fun-
amentis, tandem Lemóvi-
as advénit; quâ in urbe
t primùm prædicáre cœ-
it, crédidit ac profeſſa eſt
ræ céteris Chriſti nomen
'aléria Leocádii Senatóris
ilia, quæ virginitátem
)eo vovit, & prima óm-
ium in Aquitánia sángui-
em martyrio profúdit.
tadm verò ſedátâ illíus
erſecutiónis procellâ, ita
leinceps in illa civitáte
Martiális exemplo virtuti-
úſque, ſalútis doctrína
onváluit ut ferè pópulus
mnis, abjectis ſimulacró-
um rítibus, ad cultum Dei
ſe conferret, nec ipſe áli-
i ſedem Epiſcopátûs ſui
ollocandam dúceret. Non
amen ídeò vicínas Pictó-
um, Santonúmque regió-
es prorsùs neglexit, in
uibus Burdégalam uſque
alàm ac liberè annuntiaſ-
: tandem regnum Dei in
enectúte tráditur. Demùm
oſt annos octo ſupra vi-
ginti miniſtério verbi im-
penſos, felíciter migrávit
ad Dóminum. ** Cóndi-
tum eſt corpus ejus in cry-
pta quam miráculis plú-
rimis ſuo témpore incla-
ruiſſe refert Gregórius Tu-
ronenſis, ubi étiam duo
Presbyteri qui ei ad mor-
tem uſque adhæſerant,
conjunctis túmulis ſepulti
ſunt. Antiquíſſima fuit a-
pud Paríſios ſancti Pontí-
ficis memória, quam Eli-
gius, extructâ in honórem
ejus Basílicâ, inſtaurávit.
Curávit prætéreà, ut eò
allátæ Lemóvicis inferren-
tur reliquiæ, quæ cùm ſo-
lemni pompâ deportaren-
tur per civitátem, procede-
réntque ejuſdem consílio
juxta cárcerem pſallén-
tium chori, vincti, ut Au-
doénus refert, ruptis divíni-
tùs caténis, liberáti ſunt.

Fit Commemor. Octava SS. Petri & Pauli, Apoſtolorum. Ant. Qui operátus eſt. ℣. Magnificéntiam. *Orat.* Deus, qui hodiernam diem, *pag.* 492.

Deindè S. Martialis. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas, *p.* xxxij.

Oratio.

Deus, cujus ineffábili misericórdiâ beátus Póntifex Martiális géntibus evangelizávit inveſtigábiles divítias Chriſti: da nos, ejus interceſſióne,

créſcere in ſciéntia tua, & in omni ópere bono fructificantes, ſecundùm Evangélii veritátem coram te ambuláre; Per eumdem.

Vesperæ de ſequenti.

DIE II.

In Feſto

VISITATIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex III. Claſſis.

Pſalmi de Feria, in toto Officio.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1. *toni*. G.

QUæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum? ſicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ & thuris, & univerſi púlveris pigmentárii. *Cant.* 3.

Ant. 5. C. Quàm pulchri ſuper montes pedes prædicantis pacem, annuntiantis bonum! *Iſ.* 52.

Ant. 4. E. Progréditur quaſi auróra conſurgens: pulchra ut luna, electa ut ſol. *Cant.* 6.

Ant. 7. d. Deſcendiſti Dómine; & à fácie tuâ montes defluxérunt. *Iſ.* 64.

Ant. 8. c. Oculus non vidit abſque te quæ præparaſti expectántibus te. *Iſ.* 64.

Capitulum. Eccli. 4.

QUi tenúerint Sapiéntiam, vitam hæreditábunt: & quò introíbit, benedícet Deus. Qui sérviunt ei, obſequentes erunt Sancto: & eos qui díligunt illam, díligit Deus.

Hymnus.

QUo ſanctus ardor te rapit,
O Virgo, flos ô vírginum!
Quò tendis, & cito gradu
Conſcendis alta móntium?

URGET ſacer te Spíritus
Toto replétam Númine.
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritáti détrahit.

TIBI propinquam ſánguine
Matrem puella prævenis;
Conceſſa cui divínitùs
Gratáris alvi múnera.

O QUANTA matrum gaúdia!
Stupente natúrâ, gravem
Anum ſtupes, qui vírginem
Plenam Deo te prædicat.

ABSCONDITUM ſub íntimo,
Ceu nube, portábas ſinu
Solem, ſuo qui próximis
Luſtrábit orbem lúmine.

MUNDO Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Véniat, Dómine, Salutáre tuum; ℟. Secundùm elóquium tuum. *Pſ.* 118.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Arca fœderis Dómini véniat in médium noſtrî, ut ſalvet nos. *I. Reg.* 4.

Oratio, infrà ad Laudes.

nnem. diei Octa-
annis Bapt. per
en dico vobis. ℣.
1, *p.* 468. *Orat.*
i. *pag.* 467.
SS. Petri & Pau-
ol. Ant. Spíritus.
ſa. *p.* 494. *Orat.*
ti. *pag.* 492.
THEDR. ſit Com-
o S. Martialis:
i Octav. S. Joann.
ndè SS. Petri &
poſt].
APLETORIUM.
us. Virgo, Dei ge-
g. xciv.
ATUTINUM.
. Conceptum in
ríæ Jeſum, * Ve-
orémus. *Luc.* 1.
. Veníte, *pag.* 2.
Hymnus.
NTES, ſuperbum
vérticem,
o tranſit, súbdite,
oenter ſtérnerent
cœli sídera.
TA quæ latet do-

ràs ſe pródere:
ſibi timens pudor
te prótegit.
non nectit moras:
éri: nec minùs
lére, ne ſuo
m pudóri détra-

quam preſſit pede
beáta sémita!
eáti, qui ſimul
tre ſenſiſtis Deum!

Beatiores hóſpites,
Vos ô quibus cœléſtia,
Loquente matre Vírgine,
Audíre verba cóntigit!
Mundo Redemptor
qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Quàm pulchri ſunt greſſus tui, Fília Príncipis! *Cant.* 7.

Ant. 8. g. Complácuit Dómino in te; & gaudébit ſuper te Deus tuus. *Iſ.* 62.

Ant. 2. D. Quàm pulchra es, & quàm decóra! caríſſima in delíciis. *Cant.* 7.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus; ℟. Deus in médio ejus. *Pſ.* 45.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Angelus dixit Maríæ: Ecce Eliſabeth cognáta tua concépit fílium in ſenectúte ſua; & hic menſis ſextus eſt illi quæ vocátur ſtérilis: * Quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. ℣. Multiplicabuntur in ſenecta úberi, & benè patientes erunt; ut annúntient, quóniam rectus Dóminus Deus noſter. * Quia non. *Luc.* 1. *Pſ.* 91.

℟. *ij.* Exurgens María, ábiit in montána * Cum feſtinatióne, in civitátem

Juda. ℣. En dilectus meus lóquitur mihi: Surge, própera, amíca mea. * Cum. *Luc.* 1. *Cant.* 2.

℟. *iij.* Intrávit María in domum Zacharíæ, & ſalutávit Eliſabeth. * Ut audívit ſalutatiónem Maríæ Eliſabeth, exultávit infans in útero ejus. ℣. Prævenisti eum, Dómine, in benedictiónibus dulcédinis. * Ut audívit. Glória. * Ut audívit. *Luc.* 1. *Pſ.* 20.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Verè tu es Deus abſcónditus: Deus Iſrael ſalvátor. *Iſ.* 45.

Ant. 1. a. Hódiè ſalus dómui huic facta eſt. *Luc.* 19.

Ant. 5. a. Deus Iſrael viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1.

℣. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam; ℟. Multiplicaſti locupletáre eam. *Pſ.* 64.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. de 12. *Prærog. B. V.*

Lectio iv.

AUdíerat María: Quod ex te naſcétur Sanctum, vocábitur Filius Dei: & nihil áliud, quàm ancillam ejus ſe eſſe reſpondit. Indè ventum eſt ad Eliſabeth, & continuò Vírginis glória ſinguláris eídem per Spíritum revelátur. Dénique & mirabátur persónam veniéntis dicens: Undè hoc mihi ut vé

ter Dómini mei

Commendábat &

ſalutantis adjície

cta eſt vox ſaluta

in áuribus meis,

in gaúdio infans

meo. Et beatificá

credentis: Beáta,

quæ credidiſti;

perficiéntur in te

ſunt tibi à Dómi

℟. Repléta e

ſancto Eliſabeth:

mávit voce magi

xit: * Benedicta

mulíeres, & b

fructus ventris tu

nedicta es tu à

Deo excelſo præ

mulíéribus ſupe

* Benedicta tu.

Judith. 13.

Lectio v

MAgna quide

nia; ſed

humílitas nihil

retinére: in eum

verſa refúdit, e

beneficia laudab

inquit, magnífica

Dómini; ſed n

ánima mea Dóm

voce meâ fílium

exultaſſe in gaú

exultávit ſpíritu

Deo ſalutári me

quoque tanquàm

ſponſi gaúdio g

vocem Sponſi.

eſſe dicis quæ cr

ſed credulitátis &

:auſa reſpectus eſt
e pietátis; ut ex hoc
beátam me dicant
generatiónes, quia
m húmilem & exí-
·eſpexit Deus.
Indè hoc mihi ut vé-
ater Dómini mei ad
Ecce enim ut facta
: ſalutatiónis tuæ in
s meis, exultávit
dio infans in útero
r. Experimento dídi-
ia benedíxerit mihi
ropter te. * Ecce.
. *Gen.* 30.
ctio vj. §. 13.
úmtamen numquid
utámus, fratres, Elí-
ſanctam in eo quòd
íritum útique loque-
erraſſe? abſit. Beá-
mè quam reſpexit
& beáta quæ crédi-
lic enim magnus di-
reſpectiónis éxtitit
s. Ineffábili síquidem
io Spíritûs ſuperve-
s, tantæ humilitáti
mímitas tanta in ſe-
o Virgínei cordis ac-
ut hæ quoque nihi-
ùs fiant ſtellæ ex re-
mútuo clarióres,
vidélicet nec humíli-
ita mínuit magnani-
m, nec magnaními-
ita humilitátem.
Habitávit arca in do-
édedom tribus mén-
* Et benedixit Dó-
omnem domum ejus
propter arcam Dei. ℣. Manſit María cum Elíſabeth quaſi ménſibus tribus. * Et benedixit. Glória. * Et benedixit. *II. Reg.* 6. *Luc.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Ego mater pulchræ dilectiónis & timóris, & agnitiónis & ſanctæ ſpei. *Eccli.* 24.

Ant. 5. a. Fructificávi ſuavitátem odóris: & flores mei fructus honóris & honeſtátis. *Eccli.* 24.

Ant. 2. D. Dilectus meus mihi, & ego illi: qui páſcitur inter lília. *Cant.* 2.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea; ℟. Aúdiant manſuéti & læténtur. *Pſ.* 33.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

EXurgens María in diébus illis ábiit in montána cum feſtinatióne, in civitátem Juda: & intrávit in domum Zacharíæ, & ſalutávit Elíſabeth. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Ev. ſec. Luc. libr. 2.

VEnit propinqua ad próximam, júnior ad ſeniórem: nec ſolùm venit, ſed étiam prior ſalutávit: decet enim ut quantò cáſtior virgo, tantò humílior ſit. Nóverit honórem

deferre ſenióribus : ſit magiſtra humilitátis, in qua eſt proféſſio caſtitátis. Eſt & cauſa pietátis, eſt étiam norma doctrínæ. Conveniéndum eſt enim quia ſupérior venit ad inferiórem, ut inférior adjuvétur : María ad Eliſabeth, Chriſtus ad Joannem. Dénique étiam póſteà, ut ſanctificáret baptiſmum Joannis Dóminus, venit ad baptiſmum. Citò quoque advéntûs Maríæ, & præséntiæ Domínicæ beneficia declarantur.

℟. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo ; quia * Reſpexit humilitátem ancíllæ ſuæ ℣. Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, & humília réſpicit in cœlo & in terra ? * Reſpexit humilitátem. *Luc.* 1. *Pſ.* 112.

Lectio viij. §. 23.

VOcem prior Eliſabeth audívit, ſed Joannes prior grátiam ſenſit : illa natúræ órdine audívit, iſte exultávit ratióne myſtérii : illa Maríæ, iſte Dómini ſenſit adventum : fémina mulíeris, & pignus pígnoris. Iſtæ grátiam loquuntur ; illi intùs operantur ; pietatíſque myſtérium maternis adoriuntur profectibus ; duplicíque miráculo prophétant matres

ſpíritu parvuló[...]
távit infans, rep[...]
ter. Non priùs[...]
pléta, quàm fili[...]
filius eſſet repl[...]
ſancto, replév[...]
trem.

℟. Beátam [...]
omnes generati[...]
* Fecit mihi ma[...]
tens eſt, & ſanct[...]
ejus. ℣. Veníte[...]
narrábo, omne[...]
tis Deum, q[...]
ánimæ meæ.* F[...]
* Fecit. *Luc.* 1.

Lectio ix.

VIdes non[...]
Maríam, [...]
diſſe ; & ideò [...]
dei conſecútam[...]
quit, quæ cred[...]
vos beáti, qu[...]
credidiſtis : [...]
enim credíderi[...]
cóncipit, & [...]
Verbum, & [...]
agnoſcit. Sit [...]
Maríæ ánima [...]
ficet Dóminum[...]
gulis ſpíritus [...]
exultet in De[...]
dùm carnem u[...]
Chriſti, ſecu[...]
tamen ómnium[...]
Chriſtus. Omn[...]
ma áccipit De[...]
tamen immacu[...]
múnis à vitiis[...]
caſtimóniam [...]
diat.

LAUDES.
phona 1. *toni*, f.
ſrunt eam, & beatíſ-
iam prædicavérunt,
ivérunt eam. *Cant.* 6.
4. A. Benedicta tu
ulíeres, & benedi-
uctus ventris tui.

5. a. Ecce ut facta
ſalutatiónis tuæ in
s meis, exultávit in
infans in útero
uc. 1.
4. f. Amícus ſponſi.
icum. Judith. 13.
eríte portas, quó-
iam nobiſcum eſt
qui fecit virtútem
el.
ite Dóminum Deum
n, *qui non deséruit
tes in ſe.
n me, ancillâ ſuâ,
lévit miſericórdiam
quam promíſit dó-
rael.
interfécit in manu
hoſtem pópuli ſui.
nfitémini illi omnes,
am bonus, *quóniam
ulum miſericórdia

ria Patri.
. Amícus ſponſi qui
eum, gáudio gau-
opter vocem ſponſi.
. 14.
t. 7. c. Benedictus
nus Deus Iſrael qui
te; & benedictum
um tuum. *I. Reg.* 25.

Capitulum. Sap. 8.

NOn habet amaritúdinem converſátio Sapiéntiæ, nec tædium convictus illíus; ſed lætítiam & gaúdium.

Hymnus.

AD prima verba Vírginis,
Intùs movente Spíritu,
In matris alvo cónditus
Infans Joannes géſtiit.

AGNOVIT infantem Deum
Quem ſenſit, ardet pródere:
Vates & infans, quà poteſt,
Adeſſe Chriſtum núntiat.

HIC jam Redemptóris vices,
Præcónis ille ſúſtinet:
Materna clauſtra non vetant
Quin ambo munus ímpleant.

FELIX puer, felix parens,
Felix ſacerdos, & domus,
Quæ per parentem Vírginem
Deo fruuntur hóſpite!

MUNDO Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Memento noſtrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui; ℟. Víſita nos in Salutári tuo. *Pſ.* 105.

Ad Bened. *Ant.* 6. F.

In viſcéribus miſericórdiæ Dei noſtri viſitávit nos Oriens ex alto. *Luc.* 1.

Oratio.

ADeſto Eccléſiæ tuæ, miséricors Deus, & filios adoptiónis júgiter in ejus ſinu purifica, qui Maríæ clauſus útero Joannem in ſinu Eliſabeth ſanctificaſti; Qui vivis & regnas.

Commem. Oct. SS. Petri & Pauli, Apoſt. Ant. Qui operátus eſt. ℣. Magnificéntiam. *Orat.* Deus, qui hodiernam diem, *p.* 492.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia:

Mundo Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Vidérunt.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Benedicta tu.

Capitulum. Geneſ. 22.

BEnedicam tibi, & benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obediſti voci meæ.

℟. *br.* Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: * Allel. all. ℣. Omnes gentes magnificábunt eum * Allel. all. Glória Patri. ℟. Benedicentur. *Pſ.* 71.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44.

AD SEXT

Ant. 5. a. Ecc

Capitulum. Joe

EFfundam ſ meum ſuper carnem, & prop filii veſtri & filia

℟. *br.* Vox exu & ſalútis: * Allc ℣. In tabernáculi rum. * Allelúia, Glória. ℟. Vox.

℣. Signátum e nos lumen vultûs mine; ℟. Dediſti in corde meo. *Pſ*

AD NON

Ant. 7. c. Ben

Capitulum. To

BEnedícite Deu & coram óm véntibus confité quia fecit vobiſcu ricórdiam ſuam.

℟. *br.* In Dómi bitur ánima mea allel. ℣. Aúdiant & læténtur. * Al Glória. In Dómin

℣. Magnificát num mecum; ℟ témus nomen eju ſum. *Pſ.* 33.

AD II. VESP

Antiphona, 4.

SEntíte de D bonitáte, & in táte cordis quær *Sap.* 1.

Ant. 3. a. (Dóminus) ab l tentant illum. S

Appáret (Dó-
.ui fidem ha-
. *Sap.* 1.
:. Vox exul-
lútis in taber-
rum. *Pſ.* 117.
A. Benedixit
mui ejus, &
ıæ habébat.
.
ı. *Sap.* 7.
ıernatiónes in
nctas ſe trans-
; Dei & Pro-
:ituit : némi-
ligit Deus, ni-
:um ſapiéntia

Ad prima,
'II.
xiſti, Dómine,
ı; ℟. Avertiſti
ı Jacob. *Pſ.*

ıiſ. *Ant.* 8. g.
redidiſti, quó-
.entur ea quæ
ibi à Dómino.

nemor. Octavæ
Pauli, *Apoſt.*
ıs. ℣. Pretióſa,
at. Deus, qui
diem, *p.* 492.
'LETORIUM.
irgo, *p.* xciv.
: B U S
Octavam
I ET PAULI,
:olorum.
nplex,
ut in Communi

Apoſt. p. j. *præter Hymnos*, *cum ſuis* ℣℣. *Antiphonas ad* Benedictus, *& ad* Magníficat. *Orat. de Die.*

Ad Noct. *autem Lectio iij. ut infrà in qualibet die.*

¶ *Dominicâ quæ eſt intra Octavam, aut in ipſa Die Octava occurrit, totum Officium fit de Dominica ut in Pſalterio, incipiendo à I. Veſperis, cum Comm. Octavæ in utriſque Veſp. & Laudibus.*

Die III.
De Octava
SS. PETRI ET PAULI.

Ex Epíſtola prima ſancti Clementis Papæ & Mártyris ad Corínthios.

Lectio iij. §. 5.

PEtrus, ob iníquam æmulatiónem, non unum aut álterum, ſed multos ſuſtínuit labóres; atque ita Martyr effectus diſceſſit ad débitum glóriæ locum. Propter æmulatiónem Paulus patiéntiæ præmium obtínuit, cùm caténas ſépties portaſſet, vapulaſſet, lapidátus eſſet. Præco factus in Oriente & Occidente, exímium fidei ſuæ decus accépit : totum mundum dócuit juſtítiam : ad Occidéntis términum venit, & ſub princípibus martyrium paſſus eſt : ita è mundo migrávit, atque in locum ſanctum ábiit.

In viſcéribus miſericórdiæ Dei noſtri viſitávit nos Oriens ex alto. *Luc.* 1.

Oratio.

ADeſto Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, & fílios adoptiónis júgiter in ejus ſinu puríſica, qui Maríæ clauſus útero Joannem in ſinu Eliſabeth ſanctificaſti; Qui vivis & regnas.

Commem. Oct. SS. Petri & Pauli, Apoſt. Ant. Qui operátus eſt. ℣. Magnificéntiam. *Orat.* Deus, qui hodiernam diem, *p.* 492.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia:

Mundo Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Vidérunt.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Benedicta tu.

Capitulum. Geneſ. 22.

BEnedicam tibi, & benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obediſti voci meæ.

℟. *br.* Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: * Allel. all. ℣. Omnes gentes magnificábunt eum * Allel. all. Glória Patri. ℟. Benedicentur. *Pſ.* 71.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ecce.

Capitulum. Joel. 2.

EFfundam Spíritum meum ſuper omnem carnem, & prophetábunt fílii veſtri & fíliæ veſtræ.

℟. *br.* Vox exultatiónis & ſalútis: * Allel. allel. ℣. In tabernáculis juſtórum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Vox. *Pſ.* 117.

℣. Signátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine; ℟. Dediſti lætítiam in corde meo. *Pſ.* 4.

AD NONAM.

Ant. 7. c. Benedictus.

Capitulum. Tob. 12.

BEnedícite Deum cœli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, quia fecit vobiſcum miſericórdiam ſuam.

℟. *br.* In Dómino laudábitur ánima mea: * Allel. allel. ℣. Aúdiant manſuéti, & lætentur. * Allel. allel. Glória. In Dómino. *Pſ.* 33.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 4. toni, E.

SEntíte de Dómino in bonitáte, & in ſimplicitáte cordis quærite illum. *Sap.* 1.

Ant. 3. a. Invenítur (Dóminus) ab his qui non tentant illum. *Sap.* 1.

Ant. 1. G. Appáret (Dóminus) eis qui fidem habent in illum. *Sap.* 1.
Ant. 5. C. Vox exultatiónis & ſalútis in tabernáculis juſtórum. *Pſ.* 117.
Ant. 2. A. Benedixit Dóminus dómui ejus, & ómnibus quæ habébat. *Paral.* 13.
Capitulum. Sap. 7.
SApiéntia per natiónes in ánimas ſanctas ſe transfert; amícos Dei & Prophétas conſtituit: némimem enim díligit Deus, niſi eum qui cum ſapiéntia inhábitat.
Hymnus. Ad prima, *ſuprà, pag.* 511.
℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84.
Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Beáta quæ credidiſti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1.
Fit Commemor. Octavæ SS. Petri & Pauli, Apoſt. Ant. Spíritus. ℣. Pretióſa, p. 494. *Orat.* Deus, qui hodiernam diem, *p.* 492.
AD COMPLETORIUM.
Hymn. Virgo, *p.* xciv.

DIEBUS
Intra Octavam
SS. PETRI ET PAULI,
Apoſtolorum.
Simplex,

Omnia ut in Communi Apoſt. p. j. *præter Hymnos, cum ſuis* ℣℣. *Antiphonas ad* Benedictus, *& ad* Magníficat. *Orat. de Die.*
Ad Noct. *autem Lectio iij. ut infrà in qualibet die.*
¶ *Dominicâ quæ eſt intra Octavam, aut in ipſa Die Octava occurrit, totum Officium fit de Dominica ut in Pſalterio, incipiendo à I. Veſperis, cum Comm. Octavæ in utriſque Veſp. & Laudibus.*

DIE III.
De Octava
SS. PETRI ET PAULI.

Ex Epíſtola prima ſancti Clementis Papæ & Mártyris ad Corínthios.
Lectio iij. §. 5.

PEtrus, ob iníquam æmulatiónem, non unum aut álterum, ſed multos ſuſtínuit labóres; atque ita Martyr effectus diſceſſit ad débitum glóriæ locum. Propter æmulatiónem Paulus patiéntiæ præmium obtínuit, cùm caténas ſépties portaſſet, vapulaſſet, lapidátus eſſet. Præco factus in Oriente & Occidente, exímium fidei ſuæ decus accépit: totum mundum dócuit juſtítiam: ad Occidéntis términum venit, & ſub princípibus martyrium paſſus eſt: ita è mundo migrávit, atque in locum ſanctum ábiit.

tit, ut Romanórum urbs duas illas lucernas habens per totum orbem lucem emittentes. Hinc rapiétur Paulus, hinc Petrus. Cogitáte & exhorréſcite, quod ſpectáculum visúra ſit Roma; Paulum vidélicet repentè ex illa theca cum Petro reſurgentem, & ſublátum in occurſum Dómini.

VESPERÆ de Die Oct.

Omnia ut in I. Veſperis de Communi Apoſtol. p. j. exceptis quæ ſequuntur.

Hymnus. Ambo divíni Próceres ſenátûs, *pag* 485.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt; ℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es. *Pſ.* 88.

Ad Magníf. *Ant.* 7. d. Vidi, & ecce candelábrum aúreum totum, & lampas ejus ſuper caput ipsíus: & duæ olívæ ſuper illud: una à dextris lámpadis, & una à ſiniſtris ejus. *Zach.* 4.

Orat. Deus. *infrà.*

DIE VI.
OCTAVA
SS. PETRI ET PAULI.

Semiduplex.

Omnia de Communi Apoſtolorum, pag. j. exceptis quæ ſequuntur.

AD MATUTINUM.

Hymnus, Ambo divíni Próceres, *pag.* 485.

Lectio j. de Scriptura occurrente, ex tribus una.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 80. *in Natali Apoſt. Petri & Pauli. cap.* 1.

Lectio ij.

OMnium quidem ſanctárum ſolemnitátum, dilectíſſimi, totus mundus eſt párticeps; & uníus fidei pietas érigit, ut quidquid pro ſalúte univerſórum geſtum recólitur, commúnibus ubíque gaúdiis celebrétur. Verúmtamen hodierna feſtívitas præter illam reveréntiam, quam toto terrárum orbe promeruit; ſpeciáli & própriâ noſtræ urbis exultatióne veneranda eſt: ut ubi præcipuórum Apoſtolórum glorificátus eſt éxitus, ibi in die martyrii eórum, ſit lætítiæ principátus. Iſti enim ſunt viri per quos tibi Evangélium Chriſti, Roma, reſplénduit: & quæ eras magiſtra erróris, facta es diſcípula veritátis. Iſti ſunt patres tui, veríque paſtóres, qui te regnis cœléſtibus inſerendam multò méliùs multóque felíciùs condidérunt, quàm illi quorum ſtúdio prima mœnium tuórum fundamenta locáta ſunt: ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraternâ te cæde fœdávit.

Lectio iij.

ISti ſunt qui te ad hanc glóriam provexérunt, ut

ſ ſancta, pópulus
, cívitas ſacerdo-
régia, per ſacram
:tri ſedem caput or-
:cta, látiùs præſi-
religióne divínâ,
lominatióne terré-
ıamvis enim multis
'ictóriis, jus impé-
:errâ marique pro-
, minus tamen eſt
tibi béllicus labor
.t, quàm quod pax
ına ſubjécit. Diſpó-
nque divínitùs ópe-
imè congruébat, ut
regna uno confœde-
r império, & citò
ſ habéret pópulos
ário generális, quos
en'ret régimen civi-
Hæc autem cívitas
ns ſuæ provectiónis
em, cùm penè óm-
dominarétur génti-
mnium géntium ſer-
errórıbus; & ma-
ſibi videbátur aſ-
ſſe religiónem, quia
ı réſpuébat fallitá-
Jndè quantùm erat
ábolum tenáciùs al-
, tantùm per Chri-
:ſt mirabiliùs abſo-

LAUDES.
nticum ut in Die.
m. Supréme, p. 491.
Conſtítues eos prín-
℟. Super omnem
n. Pſ. 44.
Bened. Ant. 1. D.

Tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15.

Oratio.

Deus, qui beátos Apóſtolos Petrum & Paulum inſignes præ céteris veritátis Evangélicæ præcónes eſſe feciſti; concéde, quæſumus, ut, per eórum intercceſſiónem, ad ætérnæ pátriæ perveniámus hæreditátem, per quorum doctrinam fidei tenémus integritátem; Per Dóminum.

AD II. VESPERAS.

Hymnus. Quos fides, virtus, *pag.* 493.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Pſ.* 63.

Ad Magnif. *Ant.* 6. *c.* Inclyti Iſraël, amábiles & decóri in vita ſua; in morte quoque non ſunt diviſi. *II. Reg.* 1.

Oratio. Deus, qui beátos, *ut ſupra.*

Commemor. S. Thomæ, Epiſc. & Martyr. Ant. Qui vicerit. ℣. Juſtus, *pag.* ix. *Orat.* Omnipotens, *infrà.*

DIE VII.

In Feſto
SANCTI THOMÆ,
Cantuarienſis Epiſcopi,
& Martyris.

Semiduplex.

Lectio ij.

Thomas Londíni natus, ex Angliæ Cancellá-


rio Cantuarienſis Epíſcopus creátus eſt. In ea dignitáte póſitus, abdicáto Cancellárii múnere, vitam; quam aliquámdiu ad ſéculi génium égerat, ad ſeveriórem diſciplínam cœpit exígere. Magnátum in ſe véhemens ódium concitávit, quòd opes Eccléſiæ quas invaſerant, reſtítui feciſſet. Henríco ſecundo qui Epíſcopos ad ſervandas regni conſuetúdines júribus Eccléſiæ contrárias, ſacramento præſtito, volébat adígere, fórtiter réſtitit. Quámobrem ſede dejectus, in exílium pulſus eſt; advectúſque in Fránciam ab Alexandro tértio Papâ, Abbáti Pontiniacenſi, tum mónachis ſanctæ Columbæ ad Sénonas, hoſpes commendátus eſt. Nihilóminùs agéntibus Románo Pontífice, & Ludovíco séptimo, Francórum Rege, in grátiam Henríci reſtitútus, effúsâ populórum gratulatióne, Cantuáriam reverſus eſt. Sed cùm illìc novis quotídiè calúmniis impeterétur, conqueſtus eſt Henricus Rex per unum ſacerdótem ſtare quóminùs pace fruerétur.

Lectio iij.

AUlici quátuor gratum ſe Regi factúros rati, Thomam in Eccléſia
veſpertínis Hori
dantem aggrediu
Cléricis, templi á
clúdere conántib
rens: Non eſt, in
Eccléſia cuſtodie
caſtrórum; pro i
ter mortem ſubí
flexis génibus, ſ
tæ Maríæ, ſanć
ſiæ ſuæ Patrónis
ri Dionyſio comi
caput ímpiis mán
cidendum óbtuli
tátis quinquagé
cundo, Chriſti
léſimo centéſimo
ſimo. Henricus, i
facínore perculſi
ab omni penè c
nuit, & per qu
dies pœniténti
Thomam póſteà
inſignem Alexa
tius Sanctis aſcr
cujus túmulum I
séptimus cùm or
lippi fílii gravíſſ
bo laborantis
impetrávit.

Oratio.

OMnípotens
terne Deus,
Thomæ Pontífici
tyri tuo uſque ad
pro juſtítia certá
ſti; fac nos, ejus
vitæ frágilis am
jícere, & ad te,
vera vita es, p
Per Dóminum.



Adorabo, Domine, ad Templum sanctum tuum, in timore tuo. Ps. V. 8.

Gedoe delin. Pars Hiemalis. B. Audran sculp.

DOMINICA II. JULII.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS, ET OMNIUM ECCLESIARUM DIŒCESIS NOVIOMENSIS.

DUPLEX I. CLASSIS.

(*Ipsâ Die Conſecrationis, ANNUALE*).

PRIMIS VESPERIS.
Pſalmi de Feria.
Antiphona, 8. *toni*, G.
Edificávit Noë altáre Dómino, & óbtulit holocauſta ſuper altáre: odoratúſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis. *Gen.* 8.

Ant. 1. G. Ædificávit Abraham altáre Dómino qui apparúerat ei; & invocávit nomen ejus. *Gen.* 12.

Ant. 3. a. Appáruit Iſaac Dóminus dicens: Noli timére, quia ego tecum ſum: atque ædificávit ibi altáre, invocáto nómine Dómini. *Gen.* 26.

Ant. 2. D. Lápidem Jacob erexit in títulum, fundens óleum déſuper: vovit étiam votum dicens: Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iſte vocábitur Domus Dei. *Gen.* 28.

Ant. 5. C. Móyſes tabernáculum erexit, unxítque & ſanctificávit; altáre ſimíliter & ómnia vaſa ejus. *Num.* 7.

Capitulum. Act. 7.

Tabernáculum teſtimónii fuit cum pátribus noſtris in deſerto, ſicut diſpóſuit illis Deus loquens ad Móyſen, ut fáceret il-

lud ſecundùm formam quam víderat: quod & induxérunt ſuſcipientes patres noſtri cum Jeſu in poſſeſſiónem géntium uſque in diébus David.

℟. David invénit grátiam ante Deum, & pétiit ut inveníret tabernáculum Deo Jacob; * Sálomon autem ædificávit illi domum. ℣. Dixit David ad Salomónem: Fili mi, ſit Dóminus tecum, & ædífica domum Dómino, ſicut locútus eſt de te. * Sálomon. Glória. ℟. David invénit. *uſque ad* ℣. Dixit. *Act.* 7. *I. Paral.* 22.

Hymnus.

ECce ſedes hîc Tonantis;
Ecce cœli jánua:
Hîc ſacerdos, ara, templum,
Hîc Deus fit hóſtia:
Incruentâ morte jugis
Hîc amor litat Deum.

QUALIS ara! quanta ſedes!
Ipsíus capax Dei:
Quem nec univerſa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo ſe coarctans
Hîc latére ſúſtinet.

QUAM libenter hîc pudícis,
Inſerit ſe córdibus!
Hîc amantis tota Chriſti
Exerit ſe cáritas:
Hîc Pater caros ſedére
Geſtit inter filios.

HINC faceſſe quem profána
Pólluit contágio:
Neu ſacrum transíre limen
Inquinátus aúdeas:
Ultor aſtat cum flagellis,
Púniens ſontes Deus.

SIT perennis laus Parenti,
Sit perennis Fílio:
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus;
Chriſma cujus nos inungens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

℣. Díligit Dóminus portas Sion; ℟. Super ómnia tabernácula Jacob. *Pſ.* 86.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Obtulit Sálomon ſacrifícium dedicatiónis & conſummatiónis templi, & octo diébus celebrávit dedicatiónem: allelúia. *II. Mach.* 2.

Oratio, infrà ad Laudes.

Si ſit Dominica, fit Commemoratio Dominicæ occurrentis in utriſque Veſperis & Laudibus.

AD COMLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

[*Ipsâ die Conſecrationis, Ant.* 6. F. Dómine Deus, ſint óculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi. *I. Reg.* 8.

Ad Nunc dim. *Ant.* 5. 2. Implébo domum iſtam glóriâ, & in loco iſto dabo pacem. *Agg.* 2].

TUTINUM.
ominum in tem-
ſuo, * Veníte,
Habac. 2.
Veníte, *pag.* 2.
. Ecce ſedes, *ut*
Veſperis.

IOCTURNO.
Verba mea aú-
pe, *pag.* 84.
f. Dómine Deus
cœlum & cœli
ion te cápiunt,
gìs domus iſta?
6.
Dómini eſt ter-
34.
D. Tu, Dómine
im, qui nullíus
oluiſti templum
iis tuæ fieri in
Mach. 14
Júdica me, Dó-
óniam, *p.* 124.
. d. Exaúdias,
deprecatiónem
, quodcumque
in loco iſto. *III.*

nsíbo in locum
i admirábilis,
ad domum Dei.

ſecundo Parali-
menon.
j. Cap. 7.
léverat glória
ni domum Dei.
mon, flexis gé-
itra univerſam
iem Iſrael, &

palmis in cœlum levátis, precátus eſt... Cùm compleſſet preces, ignis deſcendit de cœlo, & devorávit holocauſta & víctimas: & majeſtas Dómini implévit domum. Nec póterant ſacerdótes íngredi templum Dómini, eò quòd impleſſet majeſtas Dómini templum Dómini. Sed & omnes fílii Iſrael vidébant deſcendentem ignem, & glóriam Dómini ſuper domum: & corruentes proni in terram ſuper pavimentum ſtratum lápide, adoravérunt, & laudavérunt Dóminum: Quóniam bonus, quóniam in ſéculum miſericórdia ejus. Rex autem & omnis pópulus immolábant víctimas coram Dómino. Mactávit ígitur rex Sálomon hóſtias, boum viginti duo míllia, aríetum centum viginti míllia: & dedicávit domum Dei rex, & univerſus pópulus.

℟. Réſpice Sion, civitátem ſolemnitátis noſtræ; Jerúſalem, tabernáculum quod nequáquàm transferri póterit: quia * Solúmmodò ibi magníficus eſt Dóminus noſter. ℣. Vidi ſanctam civitátem, Jerúſalem novam, deſcendentem de cœlo à Deo, parátam ſicut ſponſam ornátam viro ſuo.* Solúmmodò. Gló-

ria. * Solúmmodò. Iſ. 33. Apoc. 21.

[Ipsâ autem Conſecrationis Die, reſumitur ℟. uſque ad ℣. & ſic in iij. vj. & viij ℟.].

Lectio ij.

SAcerdótes autem ſtabant in offíciis ſuis: & Levítæ in órganis cárminum Dómini quæ fecit David rex ad laudandum Dóminum: Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus; hymnos David canentes per manus ſuas. Porrò ſacerdótes canébant tubis ante eos, cunctúſque Iſrael ſtabat. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrii ante templum Dómini: obtúlerat enim ibì holocauſta & ádipes pacificórum; quia altáre æneum quod fécerat, non póterat ſuſtinére holocauſta, & ſacrifícia & ádipes. Fecit ergo Sálomon ſolemnitátem in témpore illo ſeptem diébus, & omnis Iſrael cum eo, eccléſia magna valdè, ab intróitu Emath uſque ad torrentem Ægypti. Fecítque die octávo collectam, eò quòd dedicaſſet altáre ſeptem diébus, & ſolemnitátem celebraſſet diébus ſeptem.

℟. Audívi vocem magnam dicentem: Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & * Habitábit cum eis: & ipſi pópulus ejus erunt, & ipſ cum eis erit eórum ℣. Ergone credíbil hábitet Deus cum h bus ſuper terram? tábit. Apoc. 21. II.

Lectio iij.

APpáruit auten móni Dóminu & ait: Audívi or tuam, & elégi loc mihi in domum ſ Si cláuſero cœlum via non flúxerit, dávero & præcép ſtæ, ut dévoret te míſero peſtiléntia pulum meum: c autem pópulus m per quos invocán men meum, depr fúerit, & exqui ciem meam, & é niténtiam à viis mis: & ego exa cœlo, & propítiu cátis eórum, & ſ ram eórum. Ocu mei erunt aperti meæ erectæ ad c ejus, qui in loco verit. Elégi enim ficávi locum iſt nomen meum i piternum, & p óculi mei, & co cunctis diébus.

℟. Verè Dóm loco iſto.* Quàm eſt locus iſte! hîc áliud niſi d & porta cœli. ℣.

ɔlum à majeſtáte
de virtúte ejus. *
:rríbilis. Glória. †
Gen. 28. *Apoc.* 15.

NOCTURNO.

8. Afferte Dómi-
i Dei, *pag.* 85.
:. a. Qui adhærent
, ut colant eum,
o eos in domo ora-
eæ. *Iſ.* 56.
ſ. Deus noſter re-
& virtus, *p.* 95.
5. a. Holocauſta
& víctimæ eórum
at mihi ſuper altá-
Iſ. 56.
ŗ. Magnus Dómi-
laudábilis nimis,
4. A. Sanctificávi
hanc, ut pónerem
meum ibi cunctis
III. Reg. 9.
anctificávit taber-
ı ſuum Altiſſimus;
s in médio ejus.

ſancti Bernardi
Abbátis.
c. Serm. 1. §. 1.
Lectio iv.

itas hodierna, fra-
tantò nobis debet
órior, quantò fa-
r eſt. Nam céteras
Sanctórum ſolem-
:um Eccléſiis áliis
s commúnes: hæc
nobis eſt própria,
ſe ſit, vel à nobis
l à némine cele-
brári. Noſtra èſt, quia de Eccléſia noſtra; magìs autem noſtra, quia de nobis ipſis. Mirámini fórſitan & erubéſcitis celebrári feſta de vobis: ſed nolíte fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelléctus. Quid enim lápides iſti potuérunt ſanctitátis habére, ut eórum ſolémnia celebrémus? Habent útique ſanctitátem, ſed propter córpora veſtra. An verò córpora veſtra ſancta eſſe quis dúbitet, quæ templum ſancti Spíritûs ſunt, ut ſciat unuſquiſque poſſidére vas ſuum in ſanctificatióne? Itaque ſanctæ ſunt ánimæ propter inhabitantem Spíritum Dei in vobis: ſancta ſunt córpora propter ánimas; ſancta eſt étiam propter córpora domus.

℟. Elégi locum iſtum mihi in domum ſacrifícii. * Óculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad oratiónem ejus, qui in loco iſto oráverit. ℣. Domus mea, domus oratiónis vocábitur. * Oculi mei erunt. *II. Paral.* 7. *Marc.* 11.

Lectio v. §. 3. & 4.

QUandò domus iſta per manus Pontíficum dedicáta eſt Dómino, propter nos ſine dúbio factum eſt... In nobis proindè ſpirituáliter impléri neceſſe eſt, quæ in pariétibus viſi-

biliter præceſsérunt. Et, ſi vultis ſcire, hæc útique ſunt, aſpérſio, inſcríptio, inúnctio, illuminátio, benedíctio. Hæc quidem in hac visíbili domo fecêre Pontífices : hæc Chriſtus aſſiſtens Póntifex futurórum bonórum inviſibíliter quotídiè operátur in nobis. Primò síquidem aſpergit nos hyſsópo, ut mundémur, lavémur, dealbémur.. Lavat, inquam, nos in confeſſióne, lavat nos lacrymárum imbre, lavat ſudóre pœniténtiæ : magìs autem lavat nos aquâ illâ pretiosíſſimâ, quæ de fonte pietátis, id eſt, ab ejus látere emanávit... Non ſolùm autem; ſed inſcríbit dígito Dei, in quo ejiciébat dæmónia, haud dúbium quin in Spíritu ſancto : inſcríbit, inquam, legem ſuam non jam in lápide, ſed in tábulis cordis carnálibus : prophéticam implens promiſſiónem, quâ ſe pollícitus eſt ablatúrum cor lapídeum, & cárneum cor eſſe datúrum; id eſt, non durum, non obſtinátum, non Judáicum; ſed pium, ſed manſuétum, ſed tractábile, ſed devótum.

℟. Audite, qui ingredímini per portas has, ut adorétis Dóminum : * Bonas fácite vias veſtras. ℣. Nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis. * Bonas fácite vias veſtras. *Jerem.* 7. *Joann.* 2.

Lectio vj. §. 6.

Undè neceſſe eſt ut únctio ſpirituális grátiæ ádjuvet infirmitátem noſtram, obſervantiárum & multímodæ pœniténtiæ cruces devotiónis ſuæ grátiâ líniens : quia nec ſine cruce ſequi Chriſtum, nec ſine unctióne crucis aſperitátem ferre quis poſſet. At poſtquàm únctio grátiæ hujus præcéſſerit, jam lucernam ſuam Chriſtus ponit ſuper candelábrum, quia tempus eſt ut lúceat lux noſtra coram homínibus. Jam verò benedictiónem quidem expectámus in fine, quando apériet manum ſuam, & implébit omne ánimal benedictióne. Nam in quátuor præmiſſis mérita conſtant; in benedictióne ſunt præmia. In benedictióne tota complébitur grátia ſanctificatiónis; quandò jam in domum transíbimus non manufactam, æternam in cœlis. Ipſa eſt quæ conſtrúitur vivis ex lapídibus, Angelis ſcílicet & homínibus: ſimul enim ædificátio & dedicátio ipſa complébitur.

℟. Nolíte confídere in verbis mendácii dicentes: Templum Dómini eſt: *

m † Si benè direxé-
s veſtras, & ſtúdia
iabitábo vobiſcum
ſto. ℣. Appropin-
)eo, & appropin-
vobis: emundáte
peccatóres; & pu-
corda. * Quóniam.
† Si benè. *Jer.* 7.

. NOCTURNO.
4. Te decet, *p.* 96.
7. b. Neſcítis quia
n Dei eſtis, & Spí-
:i hábitat in vobis.
3.
13. Quàm dilecta
cula tua, *p.* 106.
6. F. In Chriſto
ædificátio conſtru-
cit in templum ſan-
Dómino: in quo &
ædificámini in habi-
ı Dei, in ſpíritu.
2.
6. Fundamenta ejus
tibus ſanctis, *p.* 137.
8. g. Domus Chri-
us nos, ſi fidúciam
iam ſpei, uſque ad
firmam retineámus.
..
)omum tuam decet
údo, Dómine; ℟.
gitúdinem diérum.
.
) ſancti Evangélii
undùm Lucam.
io vij. Cap. 19.
lo témpore: Ingreſ-
Jeſus perambulábat
o: & ecce vir nómi-
ne Zacchæus, & hic prin-
ceps erat publicanórum,
& ipſe dives, & quærébat
vidére Jeſum, quis eſſet.
Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.

Serm. 174. *Edit. Bened.*

DOminus, qui Zacchæum in corde ſuſcéperat, in domum ejus dignátus eſt ſúſcipi: & dixit: Zacchæe, feſtínans deſcende, quóniam in domo tua oportet me manére. Magnum beneficium ille arbitrabátur Chriſtum vidére: qui magnum & ineffábile beneficium putábat tranſeuntem vidére, súbitò méruit in domo habére. Infúnditur grátia, operátur fides per dilectiónem: ſuſcípitur Chriſtus in domum, qui jam habitábat in corde. Dicit Chriſto Zacchæus: Dómine, dimídium rerum meárum do paupéribus, & ſi quid áliquem fraudávi, quádruplum reddo. Quaſi díceret: Ideò mihi dimídium téneo; non quod hábeam, ſed undè reddam. Verè ecce quod eſt ſuſcípere Jeſum, in cor ſuſcípere. Ibi enim erat Chriſtus: in Zacchæo erat, & de illo ſibi dicébat, quod ex ore ejus audiébat. Sic enim Apóſtolus dicit habitáre Chriſtum per fidem in córdibus noſtris.

℟. Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: * Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos: & ero illórum Deus, & ipſi erunt mihi pópulus. ℣. Hæc dicit Dóminus Deus: Scient gentes, quia ego ſanctificátor Iſrael, cùm fúerit ſanctificátio mea in médio eórum. * Quóniam inhabitábo in illis. *II. Cor.* 6. *Ezech.* 37.

Lectio viij. §. 6.

JAm ergo quia Zacchæus erat, quia princeps publicanórum erat, quia valdè peccátor erat; quaſi ſana illa turba quæ impediébat vidére Jeſum, admiráta eſt, & reprehendit quòd in domum peccatóris intraſſet Jeſus. Hoc erat reprehéndere, quòd in dómum ægróti intrávit médicus. Quia ergo velut peccátor Zacchæus irríſus eſt, irríſus eſt autem ab inſánis ſanátus, Dóminus reſpondit irridéntibus: Hódiè ſalus huic dómui facta eſt. Ecce quare intrávit: Salus hódiè facta eſt. Utique ſi Salvátor non intraſſet, ſalus in illa domo facta non eſſet. * Quid ergo miráris, ægróte? Voca & tu Jeſum, noli tibi ſanus vidéri. Cum ſpe ægrótat, qui médicum ſuſcipit; deſperátè ægrótat, qui per inſániam médicum cædit. Qualis ergo ejus inſánia, qui médicum occídit? Quanta verò bónitas & poténtia médici, qui de ſánguine ſuo, inſáno interfectóri ſuo medicamentum fecit?

℟. Membra veſtra templum ſunt Spíritûs ſancti qui in vobis eſt, & non eſtis veſtrî; empti enim eſtis prétio magno: * Glorificáte & portáte Deum in córpore veſtro. ℣. Nolíte contamináre ánimas veſtras; ſancti eſtóte, quia ego ſanctus ſum. * Glorificáte. Glória. ℟. Membra. *I. Cor.* 6. *Levit.* 11.

¶ *Lectio ix. de Homilia Evangelii Dominicæ occurrentis; niſi fortè contingat hoc Feſtum non celebrari in Dominica, tunc enim ix. Lectio incipiet ad aſteriſcum* * Quid ergo.

Te Deum. *pag.* 9.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona, 1. *toni*, 2.

TU, Dómine, elegíſti domum iſtam, ut eſſet domus oratiónis pópulo tuo. *I. Mach.* 7.

Ant. 7. *d.* Stábimus coram domo hâc in conſpectu tuo, & clamábimus ad te in tribulatiónibus noſtris; & exaúdies, ſalvóſque fácies. *II. Paral.* 20.

Ant. 2. D. Dimittas pópulo tuo quamvis peccatóri, & aures tuæ intentæ

oratiónem quæ fit
iſto. *II. Paral.* 6.

ſ. a. Tu exaúdies·
ticum. Tob. 13.

ılem cívitas Dei, lu-
pléndidâ fulgébis:
ınes fines terræ ado-
te.
ónes ex longinquo
nient, * & múnera
ıtes, adorábunt in
ıinum.
:rram tuam in ſan-
iónem habébunt: *
enim magnum in-
nt in te.
:dicti erunt qui con-
rint te: * & condem-
ınt qui blaſphemá-
te.
:dictíque erunt * qui
verint te.
utem lætáberis in fí-
;; * quóniam omnes
centur, & congre-
:ur ad Dóminum.
:i omnes qui díligunt
k qui gaudent ſuper
ıa!
ıa mea, bénedic Dó-
ı; * quóniam libe-
erúſalem civitátem
à cunctis tribulatió-
ejus.
:us ero, ſi fúerint relí-
éminis mei, * ad vi-
m claritátem Jerú-

tæ Jerúſalem ex ſap-
& ſmaragdo ædifica-
r: * & ex lápide pre-
tióſo omnis circúitus mu-
rórum ejus.

Ex lápide cándido & mun-
do omnes platéæ ejus ſter-
nentur: * & per vicos ejus
Allelúia cantábitur.

Benedictus Dóminus qui
exaltávit eam! * & ſit re-
gnum ejus in ſécula ſeculó-
rum ſuper eam.

Glória Patri.

Ant. Tu exaúdies de cœ-
lo, ut ſciant omnes pópu-
li nomen tuum, & cogno-
ſcant quia nomen tuum in-
vocátum eſt ſuper domum
hanc. *II. Paral.* 6.

Ant. 3. a. Sancte ſanctó-
rum ómnium, Dómine,
conſerva in æternum im-
pollútam domum iſtam.
II. Mach. 14.

Capitulum. Hebr. 12.

ACceſſiſtis ad civitátem
Dei viventis, Jerúſa-
lem cœleſtem:.. ítaque re-
gnum immóbile ſuſcipien-
tes... ſerviámus placentes
Deo cum metu & reverén-
tia.

Hymnus.

PAtris æterni Sóboles
coæva,
Dùm tuæ ſacros pia plebs
honóres
Ædis inſtaurat; Deus al-
me, noſtris
Annue votis.

Hic ſacri fontis látices,
ab ortu
Inditi purgant máculam
reátûs:

Hîc & infúſum nova membra Chriſto
Chriſma coaptat.
Hic ſuâ paſcit pópulos fidéles
Carne, qui mundi ſcelus omne tollit
Agnus; & fuſi prétium cruóris
Ipſe propínat.
Hic ſalus ægris ánimis parátur:
Hîc reos judex fácilis relaxat;
Atque lethálem redivíva pellit
Grátia culpam.
Cujus in cœlo thronus eſt perennis,
Incolit parvam Deus altus ædem:
Hîc adorátor ſibi quiſque ſedem
Præparat aſtris.
Nullus hanc turbo quatit, irruentis
Nulla vis nimbi, rapidíve fluctûs:
Cedit hanc contra furor inferórum
Irritus omnis.
Laus Deo, virtus, honor & poteſtas
Una ſit Patri, parilíque Proli;
Par ſit, ambórum, tibi, nexus, omni,
Spíritus, ævo. Amen.

℣. Fundamenta ejus in móntibus ſanctis; ℟. Ipſe fundávit eam Altíſſimus. *Pſ.* 86.

Ad Bened. *Ant.* 7. d. Domus tua, Dómine, in ſanctificatióne tua permaneat: & omnes gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith.* 9.

Oratio.

DEus, qui nobis per ſingulos annos hujus ſancti Templi tui conſecratiónis réparas diem, & ſacris ſemper myſtériis repræſentas incólumes; exaudi preces pópuli tui, & præſta; ut quiſquis hoc Templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta ſe impetraſſe lætétur; Per.

Die ipsâ Dedicationis & per Octavam, loco præced. Orationis, dicitur ſequens

Oratio.

DEus, qui inviſibiliter ómnia cóntines, & tamen pro ſalúte géneris humáni, ſigna tuæ poténtiæ viſibiliter oſtendis; Templum hoc Majeſtáte tuæ inhabitatiónis illuſtra, ut omnes quicumque huc deprecatúri convéniunt, ex quacumque tribulatióne ad te clamáverint, conſolatiónis tuæ beneficia conſequantur; Per Dóminum.

A D H O R A S.

Pſalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 1. a. Tu, Dómine.

In ℟. *br.* ℣. Reſpice de ſanctuário tuo. *Deut.* 26.

A N O N.
.cílio Colonienſi
primo.
6. part. 9. cap. 13.
Templi Dedicá-
.m fidélis ánimæ,
cléſiæ cum Chriſto
.tiónem. Quam-
ıiſi ómnia quæ in
ıodi conſecratió-
ùs aguntur, in no-
tuáliter impleạn-
rùm hinc fructûs
céſſerit.
T E R T I A M.
r. d. Stábimus.
ılum. Deut. 12.
ɔcum quem elége-
Dóminus Deus ve-
ınctis tríbubus ve-
onat nomen ſuum
ıábitet in eo, ve-
ɛ offerétis in loco
ıcauſta & víctimas

r. In multitúdine
rdiæ tuæ introíbo
m tuam: * Alle-
el. ℣. Adorábo ad
m ſanctum tuum
e tuo: * Allelúia,
Glória. ℟. In mul-
Pſ. 5.
troíbo in domum
holocauſtis; ℟.
. tibi vota mea.

S E X T A M.
ı. D. Dimittas.
'um. III. Reg. 8.
s cognóverit pla-
cordis ſui, & ex-
pánderit manus ſuas in domo
hâc, tu exaúdies in
cœlo, in loco habitatiónis
tuæ, & repropitiáberis: &
fácies ut des unicuíque ſecundùm
omnes vias ſuas,
ſicut víderis cor ejus.

℟. *br.* Replébimur in bonis
domûs tuæ: * Allelúia,
allelúia. ℣. Sanctum eſt
templum tuum, mirábile
in æquitáte: * Allelúia,
allel. Glória. ℟. Replébimur.
Pſ. 64.

℣. Inhabitábo in tabernáculo
tuo in ſécula; ℟.
Prótegar in velamento alárum
tuárum. *Pſ.* 60.

A D N O N A M.

Ant. 3. a. Sancte ſanctórum.

Capitulum. Soph. 1.

VIſitábo ſuper omnem
qui arroganter ingréditur
ſuper limen in die illâ;
qui complent domum
Dómini Dei ſui iniquitáte
& dolo.

℟. *br.* Quis aſcendet in
montem Dómini? * Allelúia,
allelúia. ℣. Aut quis
ſtabit in loco ſancto ejus?
* Allelúia, allelúia. Glória.
℟. Quis. *Pſ.* 23.

℣. Innocens mánibus &
mundo corde; ℟. Hic accípiet
benedictiónem à Dómino.
Pſ. 23.

AD II. VESPERAS.

Pſ. 115. Crédidi, propter
quod locútus ſum,
pag. 109.

Antiphona, 4. *toni*, E.

UNus de ſeptem Angelis oſtendit mihi civitátem ſanctam Jerúſalem, habentem claritátem Dei. *Apoc.* 21.

Pſ. 121. Lætátus ſum, *pag.* 150.

Ant. 8. g. Erat ſtructúra muri ejus ex lápide jáſpide; & fundamenta muri civitátis omni lápide pretióſo ornáta. *Apoc.* 21.

Pſ. 131. Memento, Dómine, David, *cum ſua diviſione*, *pag.* 110.

Ant. 1. D. Templum non vidi in ea: Dóminus enim Deus omnípotens templum illíus eſt, & Agnus. *Apoc.* 21.

Pſ. 137. Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, *pag.* 50.

Ant. 3. a. Cívitas non eget ſole, neque lunâ, ut lúceant in ea: nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucerna ejus eſt Agnus. *Apoc.* 21.

Pſ. 147. Lauda, Jerúſalem, Dóminum, *pag.* 83.

Ant. 6. C. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni. *Apoc.* 21.

Capitulum. II. Petr. 3.

NOvos cœlos, & novam terram, ſecundùm promiſſa Dómini, expectámus, in quibus juſtítia hábitat.

Hymnus.

URBS beáta, vera pacis
Víſio, Jerúſalem:
Quanta ſurgit! celſa ſaxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coaptat
Sédibus ſuis Deus.

SINGULIS ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Chriſtus
Fundat urbis mœnia.

EJUS eſt ſol cæſus Agnus,
Ejus eſt templum Deus:
Æmulantes hîc Beáti,
Purióres ſpíritus,
Laude jugi Numen unum
Térque ſanctum cóncinunt.

UNDEQUAQUE ſunt aperta
Civitátis óſtia:
Quiſquis ambit hùc veníre,
Inſerique mœnibus,
Antè duris hîc probári
Débuit labóribus.

SIT perennis laus Parenti,
Sit perennis Filio:
Laus tibi qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus;
Chriſma cujus nos inungens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

℣. Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! ℟. Concupiſcit &

inima mea in átria
i. *Pſ.* 83.
Aagníf. *Ant.* 5. C.
erit, fáciam illum
am in templo Dei
ſcribam ſuper eum
Dei mei, & nomen
s Dei mei novæ Je-
, & nomen meum
; allelúia. *Apoc.* 3.
OMPLETORIUM.
mi de Dominica,
t heri.
Feſto Semiduplici
Octavam occurrente
memoratio in utriſ-
peris & Laudibus,
Lectione, ex duabus
Simplici autem fiet
Commemor. in I.
& Laudibus, etiam
. Lectione : &, in
caſu, omittetur ea
quæ aſſignatur infrà

Dominica, ſi qua
intra Octav. De-
us, fit Officium ut
terio, cum Comme-
ne Octavæ in utriſ-
peris & Laudibus].

I E B U S
tra Octavam
ICATIONIS.
Semiduplex.
ia ut in die, exce-
a ſequuntur.
mi de Feria in toto

Matut. tres An-
& ℟℟. de Nocturno
Feſti ſecundùm Feriam.

Lectio j. de Scriptura oc-currente, ex tribus fit una : ij. & iij. ut habentur infrà in qualibet die.

Ad Laud. ſola Antiphona, Tu exaúdies. *quæ eſt quarta Laudum. Canticum ut in Die.*

Ad Horas, omnia ut in Die, excepto Canone.

AD VESPERAS.

Sola Antiphona Unus, *quæ eſt prima II. Veſper. Reliqua ut in Feſto.*

SECUNDA DIE.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 336. *in Dedic. Tom.* 5.

Lectio ij.

CElébritas hujus congregatiónis Dedicátio eſt domûs oratiónis. Domus ergo noſtrárum oratiónum iſta eſt, domus Dei nos ipſi : ſi domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſéculo ædificámur ; ut in fine ſéculi dedicémur. Ædifícium, imò ædificátio habet labórem, dedicátio exultatiónem. Quod hîc fiébat, quandò iſta ſurgébant ; hoc fit modò cùm congregantur credentes in Chriſtum. Credendo enim quaſi de ſilvis & móntibus ligna & lápides præciduntur : cùm verò catechizantur, baptizantur, formantur ; tanquàm inter manus fabrórum & opíficum do-

lantur, collineantur, complanantur. Verúmtamen domum Dómini non fáciunt, niſi quandò caritáte compaginantur.

Lectio iij.

LIgna iſta & lápides, ſi non ſibi certo órdine cohærérent; ſi non ſe pacíficè innécterent; ſi non ſe ínvicem, cohærendo ſibi, quodam modo amárent; nemo hùc intráret. Dénique quandò vides in áliqua fábrica lápides & ligna benè ſibi cohærére, ſecúrus intras: ruínam non times. Volens ergo Dóminus Chriſtus intráre, & in nobis habitáre, tanquàm ædificando dicébat: Mandátum novum do vobis, ut vos ínvicem diligátis. Mandátum, inquit, novum do vobis; véteres enim erátis: domum mihi nondùm faciebátis, in veſtra ruína jacebátis. Ergo ut eruámini à veſtræ ruínæ vetuſtáte, vos ínvicem amáte.

TERTIA DIE.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 337. *de Dedicat. Eccl. cap.* 1.

Lectio ij.

SIcut hoc ædifícium viſíbile factum eſt nobis corporáliter congregandis: ita illud ædifícium quod nos ipſi ſumus, Deo ſpiritáliter habitatúro conſtrúitur. Templum ſanctum eſt, in ſtolus, quod eſt cut hoc terréni conſtrúimus: ſic nè compóſitis m gámus. Hoc eni ſitántibus nobis fine ſéculi, Dó niente, dedicábi dò corruptíbile trũ índuet incor & mortále hoc duet immortalit corpus humilitá conformábit có riæ ſuæ. Cùm e cámus, gemit e noſtra: cùm au cábimur, cantá ria noſtra: quia tióne labor eſt, tióne lætítia.

Lectio

DUm cædunt tibus lápid de ſilvis, dùm dolantur, coap bor & cura eſt: perfecti ædific celebrátur, gaú cúritas labóribu ſuccédunt. Sic cátio ſpiritális, tátor Deus, no pus, ſed in æt Dùm ex infidéli nes ſegregantur dùm quidquid bonum atque eſt, amputátur dùm fiunt aptæ

ınctúræ: quan-
iónes timentur?
'ibulatiónes ſuſti-
Cùm verò advé-
dedicatiónis do-
næ, cùm dicétur
eníte, benedicti
ei, percípite re-
uod vobis pará-
ab inítio mundi:
xultátio? quæ ſe-
'it? Cantábit clá-
compungétur in-

RTA DIE.
ſancti Joannis
rysóſtomi.
in Matth. cap. 2.
Lectio ij.
núnis ómnium
ius eſt Eccléſia,
'obis priùs ingreſ-
ntrámus, diſcipu-
rmam retinentes:
commúniter óm-
itùm atque ingreſſi
illis datam legem
r, pacem offéri-
mo ígitur ſocór-
eat, nemo ſeculá-
us ſuſpenſum áni-
eat, cùm jam ad
dum ſacerdótes
nt: non enim par-
ulpæ ímminet pœ-
lem míllies pótiùs
i domum alicújus
ingreſſus deſtitui,
c prædicans non
oc mihi moléſtius
m illud; quandó-
ıæc magìs própriè
domus noſtra eſt, quàm illa.

Lectio iij.

HIc magnæ illæ noſtræ opes pósitæ ſunt, hìc ſpes noſtra omnis. Quid enim hoc loco non magnum eſt & admirandum? Nam hæc menſa longè pretióſior eſt atque jucúndior, & lucerna hæc quàm illa, ut nôrunt qui cum fide óleo perúncti, à morbis liberáti ſùnt. Arca étiam hæc multò mélior, magíſque neceſſária. Non enim veſtes, ſed miſericórdiam inclúſam cóntinet; quamvis pauci ſint qui eam poſsídeant. Hìc & léctulus eſt valdè illo præſtántior; divinárum enim Scripturárum réquies quovis lecto ſuávior eſt.

QUINTA DIE.
Sermo ſancti Joannis Chrysóſtomi.
Hom. 1. *in* Vidi Dóminum.
Lectio ij.

CUm ánimi divítias conſídero in vobis augéſcere, gáudeo ſemper, ut qui non fruſtrà ſementem fécerim, ut qui non incaſsùm labóres pertúlerim, ut qui in frugíferam pinguémque terram, & ad fructificandum idóneam, ſemen jécerim. Undè ígitur hoc lucrum conjecto? undè perſpício ſermónes ad opus profícere? Nimi-

nìm ex hoc concurſu, ex eo quòd Eccléſiam ómnium matrem ſtudióſè occupátis, ex hac pernocte perpetuâque ſtatióne, ex eo quòd Angelicórum órdinum ſtatiónem imitantes, ſine ceſſatióne laudes & hymnos offertis Conditóri. O mira Chriſti dona! In ſupernis exércitus Angelórum canunt glóriam: in terris hómines in Eccléſiis choros agentes ad illórum exemplum éadem canunt laudis cántica. In ſupernis Séraphim ter ſanctum illũ hymnum clamant: in terris eumdem hóminum promit multitúdo, communitérque tùm cœléſtium, tùm terréſtrium feſtívus conventus congregátur.

Lectio iij.

NUlla res tantùm affert gaúdii vitæ noſtræ, quantùm hoc quòd ex ánimo gaudeátis in Eccléſia congregári. In Eccléſia gaudéntium conſervátur gaúdium: in Eccléſia ánimo dejectórum eſt recreátio: in Eccléſia doléntium eſt voluptas; in Eccléſia, defatigatórum reſpirátio; in Eccléſia, laborántium réquies. Veníte enim, inquit Dóminus, ad me omnes qui laborátis, & oneráti eſtis; & ego refíciam vos. Quid hâc voce poſſit eſſe deſiderabílius? quid hac invitatióne jucúndius? Ad épulum te vocat, qui in Eccléſiam te vocat Dóminus: ad réquiem pro labóribus adhortátur, ad relaxatiónem à moléſtiis transfert; pondus peccatórum állevans, delíciis ánimi moléſtiam, gaúdio mœrórem ſanat. O ineffábilem ejus curam! ô vocatiónem cœleſtem.

SEXTA DIE.

Sermo ſancti Baſílii Epíſcopi.

In Pſ. 28. Ed. Ben. 1721.

Lectio ij.

NEceſſária eſt adorátio, non ea quæ fit extra Eccléſiam, ſed quæ in ipſa Dei aula perfícitur. Ne mihi privátas aulas aut Eccléſias excogitétis: una eſt aula ſancta Dei. Synagóga Judæórum priùs aula erat: ſed poſt admiſſum in Chriſtum peccátum, facta eſt habitátio eórum deſerta. Quapropter & Dóminus: Et álias oves hábeo quæ non ſunt ex hoc ovili. Cùm autem loquátur de iis qui ex géntibus ad ſalútem præordináti ſunt, aulam própriam præter Judæórum aulam oſtendit.

Lectio iij.

NOn ígitur extra hanc aulam adoráre oportet, ſed intra ipſam; ne quis extra ipſam conſtitutus, aut ab iis qui extra il-

[...]am ſunt, attractus, in au[...]la Dómini eſſe déſinat. In[...]terſunt enim multi in hábi[...]tu quidem precatiónis: nec ſunt tamen in aula ob mentis evagatiónem, & ánimi aberratiónem, ex vanis & inutílibus curis naſcentem. Qui ventrem, aut glóriam, aut argentum, aut quidvis áliud, quod réliquis ómnibus pluris æſtimat, Deum fécerit; is neque adórat Dóminum, neque in aula ſancta eſt; etiamſi videátur eſſe dignus, qui ad ſenſíbiles conventus admittátur.

SEPTIMA DIE.

Sermo ſancti Basílii Epíſcopi.

In Pſ. 28. Ed. Ben. n. 7.

Lectio ij.

IN templo aſtant ſancti Angeli: adeſt Dóminus, qui ánimum ingrediéntium intuétur. Preces uniuſcujúſque maniſeſtæ Deo ſunt, quis ex affectu, quis ſcitè exquírat cœléſtia, quis perfunctóriè & extrémis labris verba pronúntiet; cor verò ipsíus procul à Deo ſit. Quòd ſi orat, carnis ſanitátem, opéſque terreſtres, & humánam glóriam únicè efflágitat. Horum autem nihil ſic petendum eſt, ut Scriptúra docet: ſed in templo ejus unuſquiſque dicit glóriam. Creatúra omnis, tum ſilens, tum loquens, tum cœleſtis, tum terréna, dat glóriam conditóri: miſerábiles verò hómines, poſtquàm ædibus ſuis relictis ad templum concurrérunt, quaſi quídpiam conſecutúri emolumenti, tamen Dei verbis aures non præbent; ſuam ipsórum natúram non séntiunt; præoccupáti peccáto non affliguntur: non mœrent dùm reminiſcuntur peccatórum: non timent judícium; ſed arridentes, & inter ſe jungentes déxteras, precatiónis domum in locum immódicæ loquacitátis vertunt.

Lectio iij.

CAve ne quandò ábeas unà cum iis qui ímpia & contumelióſa verba in Dei nomen évomunt, condemnátus, cùm debuiſſes mercédem pro rerum divinárum celebratióne recípere. Habes Pſalmum, habes Prophetíam, præcepta Evangélica, Apoſtolórum prædicatiónes. Lingua pſallat: mens eórum quæ dicta ſunt, ſcrutétur intelligéntiam: ut pſallas ſpíritu, pſallas item & mente. Deus enim mínimè índiget glóriâ: ſed te vult eſſe dignum, qui glóriam conſequáre. Quapropter quod séminat homo, hoc & metet. Sémina glorificatiónem, ut corónas honoréſ-

que & laudes in regno cœlórum metas. Hæc à nobis ídeò dicta ſunt, quòd ſunt qui loquendi finem in Dei templo nunquam fáciant, ac inutíliter ingrediantur. Utinam inutíliter, non cum detrimento!

VESPERÆ *de Die Octava ut in I. Veſper. Feſti, omiſſo Reſponſorio.*

[*Octavâ Dedicationis in Dominicam incidente, fiet Commemor. Dominicæ occurr. in I. Veſper. in Laudib. & in II. Veſp.*]

OCTAVA DEDICATIONIS.

Duplex.

[*Si ſit Dies Octava ipſius Conſecrationis, Duplex III. claſſis*].

Omnia ut in Die (ſervato ritu conveniente), exceptis quæ ſequuntur.

AD MATUTINUM.

Pſalmi de Dominica.

(*Si autem non ſit Dominica, Pſalmi de Feria in toto Officio*).

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Cæſárii Epíſcopi.

Serm. 229. in app. S. Aug.

Lectio iv.

QUotieſcumque, fratres cariſſimi, altáris vel templi feſtivitátem cólimus, ſi fidéliter ac diligenter attendimus, & ſancte ac juſtè vívimus, quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis ſpirituáli ædificatióne complétur. Non enim mentitus eſt ille qui dixit: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos: & iterum: Neſcítis quia córpora veſtra templum ſunt Spíritûs ſancti qui in vobis eſt? Et ídeò, fratres cariſſimi, quia, nullis præcedéntibus méritis, ſed per grátiam Dei, merúimus fieri templum Dei; quantùm póſſumus, cum ipsíus adjutório laborémus; ne Dóminus noſter in templo ſuo, hoc eſt in nobis ipſis, invéniat quod óculos ſuæ Majeſtátis offendat.

Lectio v.

SEd habitáculum cordis noſtri evacuétur vitiis, & virtútibus repleátur: claudátur diábolo, & aperiátur Chriſto: & ita laborémus, ut nobis bonórum óperum clávibus jánuam regni cœleſtis aperíre poſſimus. Sicut enim malis opéribus, quaſi quibuſdam ſeris ac véctibus, vitæ nobis jánua clauditur: ita abſque dúbio bonis opéribus aperítur. Et ídeò, fratres cariſſimi, unuſquiſque conſíderet conſciéntiam ſuam, & quandò ſe áliquo crímine vulnerátum eſſe cogno-

rius oratiónibus, , vel eleemóſynis nundáre conſciéntiam, & ſic Eucharaeſúmat accípere.

2. 230. *Ibidem.*

Lectio vj.

a, fratres, habitáre síderat in nobis um ipsíus adjutóor noſtrum ſtudeánis ſemper cogita- occupáre, & córſtra ab omni ſorde munda cuſtodíre, n in nobis delectet . In templo enim à ne ædificáto légi- altária fuiſſe conunum foris, áliud in illo quod foris nimálium celebracrifícium; in illo od intùs erat, thyis offerebátur in-. Videámus ergo ut s duo ſint altária ita; córporis ſcílicordis noſtri. Déni- lex à nobis ſacrifiærit Deus; unum is caſto córpore; it mundo corde eſſe us. In illo altári Salomóne légitur um quotidiánus ilébat: quod útinam s píetas divína per- Undè non ſolum ibus, ſed étiam boribus placandus eſt ut in altári cordis noſtri ignem ſuum ſemper accendat, illum de quo ipſe dixit: Ignem veni míttere in terram, & quid volo niſi ut accendátur?

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo témpore: Facta ſunt Encænia in Jeroſólymis; & hyems erat: & ambulábat Jeſus in templo, in pórticu Salomónis. Et réliqua.

Homília Venerábilis Bedæ Presbyteri.

Expoſ. in Ev. Joann. c. 10.

ENcænia vocabátur ſolémnitas Dedicatiónis templi, quam pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos ſíngulos celebráre conſuéverat. Sed notandum eſt quod hæc Encænia quæ hîc leguntur, non ad primam templi Dedicatiónem, ſed ad últimam pértinent: quod ex eo fácilè collígitur, quia hyeme facta referuntur. Prima ſiquidem ejuſdem templi Dedicátio à Salomóne, témpore autumni; ſecunda autem à Zoróbabel & Jeſu ſacerdóte, témpore veris; tértia à Juda Machabæo, témpore hyemis eſt facta; quandò ſpeciáliter conſtitútum eſſe légitur, ut éadem Dedicátio per omnes annos in me-

móriam ſolémnibus renovarétur officiis: quæ étiam ad tempus uſque Domínicæ Incarnatiónis obſerváta fuit, ſicut modò, cùm legerétur Evangélium, audívimus. Quæ étiam Dedicátio ſalúbri conſuetúdine in Eccléſiis Chriſti ſervári moderno témpore dignóſcitur.

Lectio viij. Poſt pauca.

ET ambulábat Jeſus in templo, in pórticu Salomónis. Si ergo Dei Fílius ambuláre vóluit in templo, in quo caro & ſanguis brutórum animálium offerebátur: multò magìs noſtram oratiónis domum, ubi carnis ipsíus ac sánguinis ſacramenta celebrantur, viſitáre gaudébit. Si perambuláre non deſpexit pórticum, in qua rex quondàm mortális ac terrénus, quamvis potentíſſimus ac ſapientíſſimus, ad orandum ſtare ſolébat: quantò magìs penetrália córdium noſtrórum invíſere atque illuſtráre desíderat; ſi tamen ea pórticum eſſe Salomónis, hoc eſt, ſi ea timórem ſuum, qui eſt inítium ſapiéntiæ, habére perſpéxerit? * Neque enim putandum eſt quia domus ſolúmmodò, in qua ad orandum vel ad myſtéria celebranda convenímus, templum ſit Dómini; & non ipſi, qui in nómine Dómini convenímus, multò ámpliùs templum ejus appellémur & ſimus; cùm manifeſtè dicat Apóſtolus: Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Inhabitábo in eis, & inter illos ambulábo.

¶ *Lectio ix. de Homilia Evangelii Dominicæ occurrentis. (Niſi fortè contingat hoc Feſtum non fieri in Dominica: in hoc enim caſu, ix. Lectio incipiat ad aſteriſcum* * Neque enim].

Die X.

In Feſto SS. Septem Fratrum ac Felicitatis Eorum Matris, Martyrum.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, pag. xvij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridiè In Veſperis, *Orat.* Da nobis. *ut infrà.*

Lectio iij.

SEptem Fratres, filii ſanctæ Felicitátis, Romæ in perſecutióne Marci Aurélii Antoníni, à Públio Præfecto primùm blandítiis, deindè terróribus tentáti ut, ejurátâ Chriſti fide, idólis ſacra fácerent: ex pia matris adhortatióne hanc hausêre conſtántiam quæ nec grátiâ flecti, nec minis frangi pótuit. Igitur, in fídei confeſſióne perſe-

s, váriè necáti ſunt.
us plumbátis cæſus
ix & Philippus fú-
ontúſi; Silvánus ex
o loco præceps de-
Alexandro, Vitáli
iáli caput amputá-
ater eórum, quar-
nenſe, abſciſſo cá-
ndem Martyrii pal-
onſecúta eſt.

Oratio.

nobis, miséricors
us, unánimes in fi-
lectióne tua perſe-
, qui ſanctos Már-
os eſſe tribuiſti ſin-
ritáte in vita con-
& glorióſâ confeſ-
morte conjunctos;
minum.

PERÆ de Feſto ſe-

IE XI.
In Feſto
NEDICTI,
inenſis Abbatis.
Semiduplex.

CATHEDR. Du-
ectiones I. NOCT.
tur. occurr. Lection.
T. ut infrà, de dua-
, diviſione factâ ad
s. Lectiones III.
RNI & reliqua de
ii SS. Abbat. p. lj].
CATH. omnia de
ii SS. Abbatum,
eptis quæ ſequuntur.
è IN VESPERIS,
eus, qui beátum.

Ex S. Gregorio, libr. 2. Dialog.

Lectio ij.

BEnedictus, Núrſiæ in Sabínis claro génere ortus, relíctis quibus Romæ inſtituebátur, liberálibus diſciplínis, ut totum ſe Chriſto daret, in altíſſima ſpelunca, eo loco qui Subláqus dícitur, per triénnium delítuit. Sed jam erumpente ex illis látebris famâ ejus ſanctitátis, quidam mónachi ſe illi inſtituendos tradidérunt: qui pòſteà, cùm regulárem ejus diſciplínam ferre non poſſent, venénum ipſi miſcent in potu. Ille póculum oblátum Crucis ſigno confrégit; ac, relícto monaſtério, in ſolitúdinem ſe recépit. * Sed cùm multi ad eum quotídiè diſcípuli convenírent, duódecim monaſtéria ædificávit. Póſteà migrávit Caſsínum anno quingentéſimo vigéſimo nono, ubi ſimulácrum Apóllinis comminuit, & aram evertit: ibíque ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſancti Martíni ſacella conſtruxit: íncolas autem Chriſtiánis præceptis ímbuit. Scripſit monachórum Régulam, quam ſanctus Gregórius diſcretióne præcípuam, ſermóne luculentam appellat.

Lectio iij.

MUlta prophético ſpíritu ventúra prædixit. ** Aliquot antè ménſibus quàm è vita migráret, præmónuit diſcípulos quo die eſſet moritúrus : ac ſepulcrum in quo ſuum corpus condi vellet, ſex antè diébus quàm eò inferrétur, juſſit aperíri : ſextóque die deferri ſe vóluit in Oratórium, ubi Domínici Córporis & Sánguinis perceptióne munítus, ſublátis in cœlum óculis, orans, inter manus diſcipulórum ánimam efflávit vigéſimo primo die Mártii, anno ſalútis quingentéſimo quadragéſimo tértio. Sancti viri corpus, una cum reliquiis ſanctæ Scholáſticæ ſorórıs ejus, è Caſſinenſi monaſtério à ſancto Aigulfo mártyre in Gállias advectum, atque in cœnóbium Floriacenſe, nunc ſancti Benedicti ad Ligerim, tranſlátum eſt, circa annum ſexcentéſimum quinquagéſimum tértium, undécimo die Júlii.

Oratio.

DEus, qui beátum Benedictum Abbátem, ereptum ſǽculo, Chriſto fidéliter adhærére fecíſti : quæſumus ut, contra mundi hujus illécebras tuâ virtúte roboráti, bravium ſupernæ vocatiónis conſtanter pérſequi, & fidéliter

áſſequi merei
eumdem Dóm

D I E. 1
S. BONAVI
Albanenſis
& Eccl. I
Semid.
Omnia de C
Doctorum, pa
Oratio, u
Lecti

BOnaventú
régii in E
anno ætátis
cundo in órdi
Minórum ad
ubi Alexandr
giſtro uſus, ta
ſus fecit, ut
anno libros S
Pariſiis públic
tus ſit, & laú
rálem adeptu
nerális séptin
ctum Franciſ
ſingulárem in
miniſtratióne
ac ſollicitúdin
Archiepiſcop
cenſem in An
mente quarto
cusávit. Hur
décimus, Cl
ceſſor, honó
gientem, in
collégium, &
rum órdinem
novo eum, pr
virtútes, exe
ciens Eccléſia
quæ non niſi
Cardinálibus

ſéculis, committi

Lectio iij.

ille ampliſſimâ di-
itáte auctus, in pro-
da cathólica fide,
idis rebus difficílli-
égiam in Concílio
ienſi, cui áderat,
t óperam: pravas
ies acérrimè confu-
júſque prudéntiâ,
â & oratiónibus,
ſchiſmatis diſsídio,
l Palæólogus, Græ-
imperátor, Orienta-
ratiónes ad Apoſtó-
dis communiónem
nt. Migrávit è vita
m Concílio, quin-
ta tres annos natus,
Chriſti milléſimo
ſimo ſeptuagéſimo
, décimâ quartâ Jú-
poſtóbitum, cláruit
lis. Multa ſcripſit;
us ſummam erudi-
cum pari pietátis
conjungens, lectó-
icendo movet. Eum
quartus in Sanctó-
imerum rétulit.

Oratio.

s, qui pópulo tuo,
ernæ ſalútis beátum
entúram miniſtrum
i; præſta, quæſu-
ut quem doctórem
abúimus in terris,
ſſórem habére me-
r in cœlis; Per Dó-
l.

rs Æſtiva.

D I E X V I I I.

In Feſto

SANCTI THOMÆ AQUINATIS, Presbyteri & Eccleſiæ Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi SS. Doctorum, pag. xxxiv. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie In Vesperis, *fit Commem. S. Arnulphi, Martyris. Ant.* Qui vícerit. ℣. Juſtus, *pag.* ix. *Oratio,* Deus, qui beátum, *p.* xv.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Sciéntia ſapientis tanquàm inundátio abundábit, & consílium ejus ſicut fons vitæ pérmanet. *Eccli.* 21.

℣. Os juſti meditábitur ſapiéntiam; ℟. Et lingua ejus loquétur judícium. *Pſ.* 36.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Beátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ. *Proverb.* 3.

℣. Beátus vir qui diſpónet ſermónes ſuos in judício; ℟. In ætérnum non commovébitur. *Pſ.* 111.

Lectio iv.

Thomas, Landulfo cómite Aquináte ac Theodórâ, cómitis Theatíni filiâ, natus, quintum

annum agens, Caſſinátibus Mónachis pietáte & líttere- ris imbuendus tráditur. Indè Neápolim ſtudiórum causâ miſſus, anno ætátis décimo octávo ſancti Domínici inſtitútum ſuſcépit. Quod cùm parentes índignè ferrent, dùm Lutétiam Pariſiórum míttitur, in itínere juſſu fratrum per vim raptus, in caſtrum paternæ ditiónis deductus eſt. Ibi tùm à frátribus, tùm à ſorόribus váriè exagitátus, quò ſanctum mutáret propóſitum; eárum álteri perſuáſit ut contemptis ſeculáribus pompis, ſacris ſe virgínibus adjúngeret. Mulíerem quoque impudícam, quæ ad labefactandam ejus caſtitátem introducta fúerat, titióne fugávit. E caſtro per feneſtram poſt biénnium ferè íntegrum emiſſus, Neápolim redúcitur: undè Romam, póſteà Paríſios à Joanne Teutónico Ordinis Generáli ductus, tùm Colóniam Agrippínam miſſus eſt, ut Alberto Magno doctóre uterétur. Paríſios revocátus, poſt prælectas Petri Lombardi Senténtias, gradum Magiſtérii obtínuit.

Lectio v.

SUmmæ eruditióni acceſſit ſumma vitæ ſánctitas. Stúdio ſemper oratiónem præmittébat, adhibi-

to étiam in expo
ficilióribus Scrip
jejúnio; dícen
quidquid ſciret
ſe ſtúdio aut lab
periſſe, quàm di
ditum accepiſſe
penè fuit ſcrip
nus, in quo non
gentíſſimè versá
ex rerum ſubtil
quiſitióne, car
tepéſceret, coll
trum aſsíduè pe
Scripta ejus & m
& varietáte, &
étiam intricatíſſi
cuitáte ádeò ex
eam ob cauſam
Angélici cognó
tus ſit. De ſacro
tíſſimùm Euch
cramento mult
nùs piè, quàm
ſcripſit, ac pra
illud célebre Off
juſſu Urbáni q
návit.

Lectio v

DElátum ſibi
te quarto A
pátum Neapoli
ſtanter recusávi
Gregório décim
cílium Lugdune
nere morbo cor
vertit in monaſt
ſanovenſe Ordi
cienſis in diœcé
nenſi; & in ip
mortem præsén
Hæc réquies m

ali : hîc habitábo,
n elégi eam. Tùm
à frátribus, expó-
ntica Canticórum.
itibus víribus, ex-
ibi pétiit Ecclésiæ
ente.Priuſquàmau-
:umViáticum ſuſci-
:oſúſus in lácrymas
séntiam Domínici
is, & aſſuétâ amóris
cédine liquefactus,
ba protuliſſe fertur:
ſanctíſſimo Córpo-
ini noſtri JeſuChri-
áliis Sacramentis
lócui, multa ſcripſi
ſeſu Chriſti, & ſan-
mánæ Ecclésiæ, cu-
ectióni cuncta ſub-
Lecepto deindè ſa-
Viático, & áliis Ec-
Sacramentis, tértio
dormívit in Dómi-
ano ætátis quadra-
nono, Chriſti verò
mo ducentéſimo ſep-
mo quarto. Clarus
ilis, à Joanne vigé-
cundo Sanctis aſcri-
ſt, décimo quinto
las Auguſti, anno
mo trecentéſimo vi-
tértio.

II. NOCTURNO.

.7.d. Qui moderátur
nes ſuos, doctus &
as eſt, & pretióſi ſpí-
ir eruditus. *Prov.* 17.
Os meum loquétur
itiam, ℣. Et medi-
tátio cordis mei prudén-
tiam. *Pſ.* 48.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Thomæ
Aquinátis.

Comm. in Matth. cap. 5.

MOnentur hîc Apóſtoli diligéntiam habére in executióne ſui officii: tùm in formâ exequendi, tùm in modo docendi. Vos eſtis, id eſt, eſſe debétis ſal terræ. Comparantur autem ſali ratióne virtútis; quia cibos condit: ſic ſermo Apoſtólicus mentes inſípidas condiébat. Et, ſicut ſal ſtérilem terram facit; ſic Apóſtoli, deſtructo regno peccáti, germen vitiórum compeſcébant. Ratióne oríginis; nam ſal ex aqua maris, & calóre ignis vel ſolis confícitur: & Apóſtoli ex aqua tribulatiónis, & calóre dilectiónis facti ſunt. Ratióne conſuetúdinis; quia uſus ſalis in omni ſacrifício erat: ſic Apoſtolórum honeſta conversátio erat, & in occulto, & in apertò; & coram Deo, & coram próximo. Priùs autem ſal quàm lux dicti; quia prior vita quàm do-

ctrína: vita enim ducit ad ſciéntiam veritátis.

Lectio viij.

VOs eſtis lux mundi. Hîc oſténditur quòd Apóſtoli debent illumináre verbo doctrínæ. Tria autem notantur, quæ debet habére prædicátor verbi divíni; ſtabílitas, ut non déviet à veritáte; cláritas, ut non dóceat cum obſcuritáte; utílitas, ut quærat Dei laudem, & non ſuam. Comparantur verò luci; tùm ratióne eſséntiæ, quæ eſt cœleſtis; nam & ipſi converſatióne debent eſſe cœleſtes: tum ratióne actûs, qui eſt ténebras illumináre, vias dirígere, latíbula manifeſtáre, differéntias rerum oſténdere.

De S. Arnulpho Martyre.

Lectio ix.

ARnúlphus (ut refert his verbis Sigibertus in chrónico) ſancti Remígii baptiſmo filius in Gállia claret, qui, poſt multos in prædicando Chriſtum agónes, martyrisátur in ſilva Pariſiórum Aquilína; & à Scariberga, cónjuge quondàm ſuâ, tumulátus eſt.

Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Thomæ Doctóris mirâ eruditióne claríficas, & ſanctâ operatióne fœcundas; da nobis, quæſumus, & quæ dócuit, intellectu conſpícere; & quæ egit, imitatióne complére; Per Dóminum.

In Vesperis, *Commemorat. S. Vincentii à Paulo Presb. Ant.* Ab ortu. ℣. Iſrael. *in Communi SS. Presb.* p. xliij. *Orat. infrà ad Laud.*

Commem. S. Arnulphi, Mart. Ant. Bonum. ℣. Cantábo. *Oratio.* Deus, qui. *pag.* xv. & xiv.

Die XIX.

In Feſto S. VINCENTII à Paulo, Presbyteri, & Inſtitutoris Congregationis Miſſionis.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Presbyterorum, pag. xlij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Lectio ij.

VIncéntius à Paulo, Pódii non procul ab Aquis-Tarbellis in Aquitánia natus, jam tùm à púero exímiam in paúperes caritátem præ ſe tulit. A cuſtódia paterni gregis ad litteras evocátus, humánas Aquis, divínas Tolóſæ dídicit. Presbytério initiátus, ac Theológiæ laúreâ inſignitus, cum Maſsíliâ Tolóſam itúrus navigáret, in Turcas íncidit, qui captívum in Africam abduxérunt: ſed in captivitáte póſitus, herum ipſum Chriſto rursùs lucrifécit. Cum eo ígitur ex bárbaris oris, opitulante Deiparâ, ſeſe proripiens, ad Apoſtólica li-

inſtítuit : undè
reverſus, Clip-
ìm, mox Caſtel-
cias ſanctíſſimè
unciátus à Rege
ſacrórum Mini-
liæ trirémibus,
ɔ zelo, & Du-
rémigûm ſalúti
pénderit. Mo-
iſitatiónis à ſan-
co Saléſio præ-
antâ prudéntiâ
círciter quadra-
cúram ſuſtínuit,
comprobáverit
nctíſſimi Præſu-
ebátur ſe ſacer-
ıcéntio dignió-
néminem. Evan-
paupéribus, præ-
ícolis, ad decré-
ue ætátem inde-
buit; eíque Apo-
eri tùm ſe, tùm
Congregatiónis,
nómine Presby-
ſeculárium Miſ-
ſtituit, perpétuo
ıcta Sede confir-
eciátìm obſtrin-
ıtùm autem au-
eri diſciplínæ al-
it, teſtantur ere-
um Clericórum
ı, collatiónum de
er ſacerdótes fre-
& ſacræ Ordina-
nittenda exercí-
æ ſicut & ad pios
ſeceſſus, inſtitúti
ília ultrò patére

vóluit. Inſuper ad amplificandam fidem & pietátem Evangélicos miſit operários, non in ſolas Gálliæ províncias, ſed & in Itáliam, Polóniam, Scótiam, Hyberniam atque ad Bárbaros & Indos.

Lectio iij.

Vitâ functo Ludovíco décimo tértio, cui morienti hortátor aſtíterat, à Regínâ Annâ Auſtríacâ, matre Ludovíci décimi quarti in sánctius consílium accítus ſtudioſíſſimè egit ut nónniſi digniores Eccléſiis ac monaſtériis præficeréntur: civíles diſcórdiæ, ſinguláría certámina, errores ſerpentes, quos ſimul ſenſit & exhórruit, amputaréntur; debitaque judíciis Apoſtólicis obediéntia præſtarétur ab ómnibus. Nullum fuit calamitátis genus cui patérnè non occúrrerit. Fidéles ſub Turcárum jugo geméntes, infantes expóſitos, júvenes dyſcolos, vírgines periclitantes, moniáles diſperſas, mulíeres lapſas, ad trirémes damnátos, peregrínos infirmos, artífices inválidos, ipsóſque mente captos & innúmeros mendícos ſubsídiis & hoſpítiis etiamnùm ſuperſtítibus excépit, ac piè fovit. Lotharíngiam, Campániam, Picárdiam aliáſque regió-

nes, peſte, fame, belló-que vaſtátas toto ferè de-cénnio prolixè refécit. Plú-rima ad perquirendos & ſublevandos míſeros ſoda-lítia fundávit; inter quæ célebris eſt: Matronárum cœtus, & latè diffúſa ſub nómine Caritátis Puellá-rum Socíetas. Puellas quo-que tùm de Cruce, tùm de Providéntia ac Sanctæ Ge-novéfæ ad puelláris ætátis educatiónem inſtituendas curávit. Hæc inter, & ália graviſſima negótia Deo jú-giter intentus, cunctis affá-bilis, ac ſibi ſemper con-ſtans, ſimplex, rectus, hú-milis, ab honóribus, diví-tiis ac delíciis ſemper ab-hórruit; ſólitus dícere: Rem nullam ſibi placére, præterquàm in Chriſto Je-ſu, quem in ómnibus ſtu-débat imitári. Córporis de-mùm afflictatióne, labóri-bus ſenióque attrítus, æ-tátis ſuæ octogéſimo quin-to, Paríſiis in domo ſancti Lázari, quæ caput eſt Con-gregatiónis Miſſiónis, plá-cidè obdormívit. Hunc vir-tútibus, méritis, ac mirá-culis clarum Clemens duo-décimus inter ſanctos ré-tulit, ipſius celebritáti die décimâ nonâ menſis Július quotannis aſſignátâ.

Oratio.

DEus, qui ad evangeli-zandum paupéribus, derelictórum, i que miſérias ſu & Eccleſiáſtici córem promov lii tui Spíritum ca beáti Vincé & humilitáte ejus nobis i concéde ut, à miſériis ſuble tibi ſemper ca militáte place eumdem Dóm unitáte ejuſde

IN II. VE

Commemor. S. Virginis & Ma

Infirma. ℣. He lxix.

Orat. Deus, c

[*IN CATH SPERÆ de ſeq mem. præceden*

D I E

In Fe

S^TÆ^ MARG

Virginis & I

Simpl

De Commun pag. lxviij.

Lectio iij. S Ambróſii Epíſ niam, *pag.* lx:

Orat

DEus, cujus tus in infi ficitur, largíre ſumus, beátæ Mártyris tuæ recoléntibus, obtínuit ut ví

rátiam vincendi
íneat; Per.
Cath. Duplex.
Communi. In II.
N. tres Lectiones.
Ambróſii Epíſc.
. *In III. Noct.*
tm & Lection. de
ut in eodem Com-
xxiij. *Orat. ſuprà.*
Vesp. Commem.
Virg. & Martyr.
is, cui, *ut infrà*].
Cathedr. Vespe-
'eria. A Capitulo
Virg. & Martyr.
muni, pag. lxviij.
ıfrà.
e XXI.
In Feſto
ÆÆ JULIÆ,
is & Martyris.
Simplex.
mmuni Virginum,
j.
ɔne ſancti Gre-
ɔrii Papæ.
ita in Baſilica
. *Agnetis.*
ectio iij.
œleſtis vitæ dile-
ne rectè per Salo-
licitur: Fortis eſt
iléctio. Quia, vi-
ſicut mors corpus
, ſic ab amóre re-
ɔorálium æternæ
tas óccidit. Nam
fectè abſorbúerit,
ıa foris deſidéria
lem reddit. Nec
cta hæc, cujus hó-
dié natalítia celebrámus
mori pro Dómino potuiſ-
ſet in córpore, ſi priùs à
terrénis deſidériis mórtua
non fuiſſet in mente.* Erec-
tus namque in virtútis cúl-
mine ánimus tormenta de-
ſpexit, præmia calcávit.
Ante armátos Reges & Præ-
ſides invicta ſtetit, ferien-
te robúſtior, judicante ſu-
blímior. Quid inter hæc
nos bárbari & débiles dí-
cimus, qui ire ad regna
cœléſtia puellas per fer-
rum vidémus? quos ira
ſúperat, ſupérbia inflat,
ambítio perturbat, luxú-
ria inquínat.* Quòd ſi adi-
piſci regna cœlórum per
bella perſecutiónum non
póſſumus, hoc ipſum no-
bis turpe ſit quod Deum
nólumus per pacem ſequi.
Ecce nulli noſtrûm hoc
témpore dicit Deus, Pro
me mórere; ſed illícita tan-
túmmodò deſidéria in te
occíde. Qui ergo in pace
ſubígere carnis deſidéria
nólumus, quandò in bello
pro Dómino ipſam carnem
darémus?

Oratio.

Deus, cui beáta Júlia Virgo & Martyr ſe totam immolávit; concéde propítius, ut ejus exemplo, tibi uni, ſive per vitam, ſive per mortem, placére valeámus; Per.

Vesperæ de ſequenti.

Die XXII.
In Feſto
SANCTÆ MARIÆ
Magdalenæ.

Duplex III. claſſis.

Pſalmi de Feria, in toto Officio.

In primis Vesperis.

Antiphona, 4. *toni*, E.

JEſus iter faciébat per civitátes & caſtella, prædicans & evangelízans regnum Dei; & duódecim cum illo. *Luc.* 8.

Ant. 2. D. Mulíeres, inter quas erat María Magdaléne, cùm eſſet Jeſus in Galilæa, ſequebantur eum. *Marc.* 15.

Ant. 7. d. Erant curátæ à ſpirítibus malignis & infirmitátibus; & miniſtrábant ei de facultátibus ſuis. *Luc.* 8.

Ant. 1. D. De María Magdaléne Jeſus ejécerat ſeptem dæmónia. *Marc.* 16.

Ant. 8. g. Ejiciébat ſpíritus verbo, & omnes malè habentes curávit. *Matth.* 8.

Capitulum. Act. 10.

JEſum à Názareth unxit Deus Spíritu ſancto & virtúte, qui pertránſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diábolo.

Hymnus.

PRocul maligni, cédite, ſpíritus:
Nunc imperanti cédite Númini;
Feſsámque duris M
nen
Párcite nunc agitán
Christi jubent
mine térriti
Fugére ſeptem: n
réddita,
Te, Chriſte, con
unum,
Et mémori tibi me
vit.

Quin & cruentâ
be péndulo
Chriſto litábat mill
ribus:
Quàm vellet inſon
giſtri
Sola graves tolerá
nas!

Miscere fletus
nis æmulos
Non ceſſat, aſtans
Víctimæ:
Chriſtus ſilendo nil
dit:
Quàm méliùs prob
amantem!

Laus ſumma Pat
maque Fílio:
Sit ſumma puro la
que Flámini,
Afflante quo ſempe
ſcunt
Æthéreis pia cord
mis. Amen.

℣. Bénedic, ánim
Dómino, ℟. Qui
omnes infirmitátes
Pſ. 102.

Ad Magníf. *An*
Benedíco te, Dómin
Iſrael, quia tu ca

& tu ſalvaſti me.
11.
tio, infrà ad Laudes.
bi ſit Annuale, pro-
'eſtum Patr. Ad Com-
Ant. 1. d. Poſt lacry-
nem & fletum exul-
iem infundis. *Tob.* 3.
Iunc dimitt. *Ant.* 6. C.
imur in ſalutári tuo,
ne. *Pſ.* 19.
ſic in Die].

MATUTINUM.

itatorium. Dóminum
feſtantem ſeipſum iis
iligunt eum, * Vení-
dorémus. *Joann.* 14.
ilm. Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

AGIS magiſtri ſaúcia,
ùm mœſta largos fún-
leret
a fletus, ácrior
xit in pœnis amor.
ON turba, non vetat
crucis
tíſque diræ ſcánda-
lum,
: furentes quærere
o peremptum mílites.
UIS tantus ignáram
labor
cet? extinctam doles
orte vitam: quid ge-
mis,
s ipſa cùm victrix ca-
dit?
N ille quem luges
amans,
ſens reſumpto córpo-
re,
Notis amantem te redux
Primam ſalútat vócibus.
O ſi beátos tángere,
O ſi tenére fas pedes!
Sed hìc perennis non dá-
tur
Guſtáre vitæ gaúdia.
Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Sancto ſimul cum Spíritu,
Nunc, & per omne ſécu-
lum. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Crucifixérunt Jeſum: erant autem ibì mulíeres multæ, inter quas erat María Magdaléne. *Matth.* 27.

Ant. 2. D. Stabant juxta Crucem Jeſu mater ejus, & ſoror matris ejus María Cléophæ, & María Magdaléne. *Joann.* 19.

Ant. 1. a. Accepto córpore Jeſu, Joſeph póſuit illud in monumento: erat autem ibì María Magdaléne contra ſepulcrum. *Matth.* 27.

℣. Adhæſit ánima mea poſt te; ℟. Me ſuſcépit déxtera tua. *Pſ.* 62.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Fulcíte me flóribus, ſtipáte me malis; * Quia amóre lángueo. ℣. Neque mors, neque vita póterit ſeparáre à caritáte Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu. * Quia. *Cant.* 2. *Rom.* 8.

℟. ij. Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid vólui ſuper terram? * Défecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. ℣. Mihi mori lucrum; deſidérium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. * Deféeit caro. *Pſ.* 72. *Philipp.* 1.

℟. iij. Mihi abſit gloriári, niſi in Cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti; per quem * Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. ℣. Quæ eſt expectátio mea, nonne Dóminus? * Mihi mundus. Glória. * Mihi. *Galat.* 6. *Pſ.* 38.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Fortis eſt ut mors diléctio: aquæ multæ non potuérunt extínguere caritátem. *Cant.* 8.

Ant. 6. F. Cùm tranſiſſet Sábbatum, María Magdaléne & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, ut venientes úngerent Jeſum. *Marc.* 16.

Ant. 8. g. Vidérunt revolútum lápidem, & júvenem coopertum ſtolâ cándidâ, qui dicit illis: Jeſum quæritis; ſurrexit: ite, dícite diſcípulis ejus & Petro. *Marc.* 16.

℣. Tibi dixit cor meum; exquisívit te fácies mea; ℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram. *Pſ.* 26.

Sermo ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 25. *in Evang.*

Lectio iv.

MAría Magdaléne, poſtquàm venit ad monumentum; ibíque corpus Domínicum non invénit, ſublátum crédidit, atque diſcípulis nuntiávit. Qui venientes, vidérunt; atque ita eſſe ut múlier díxerat, credidérunt. Et de eis prótinùs ſcriptum eſt: Abiérunt ergo diſcípuli ad ſemetipſos; ac deindè ſubjúngitur: María autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Quâ in re penſandum eſt, hujus mulíeris mentem quanta vis amóris accénderat, quæ à monumento Dómini, étiam diſcípulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat quem non invénerat, flebat inquirendo; & amóris ſui igne ſuccenſa, ejus quem ſublátum, crédidit, ardébat deſidério. Undè cóntigit ut eum ſola tunc vidéret, quæ remanſit ut quæreret: quia nimirùm virtus boni óperis perſeverántia eſt, & voce Veritátis dícitur: Qui autem perſeveráverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

℟. Cucurrit María Magdaléne, & venit ad Simónem Petrum, & ad álium diſcípulum quem amábat

& dicit illis: * Tu- Dóminum, & neſci- ›i poſuérunt eum. ℣. .vi quem díligit áni- ꝛa: quæsívi illum, ı invéni. * Tulé- *Joann.* 20. *Cant.* 3.

Lectio v. §. 2.

s amóris intentió- ıem multíplicat in- ónis. Quæsívit ergo & mínimè invénit; erávit ut quæreret, t cóntigit ut invení- ctúmque eſt ut deſi- ilâta créſcerent, & ıtia cáperent quod ſſent. Hinc eſt enim .e eódem Sponſo Ec- n Cánticis Canticó- .cit: In léctulo meo ıctes quæsívi quem ánima mea. Dile- namque in léctulo mus, quandò in præ- vitæ aliquántulâ ré- Redemptóris noſtri io ſuſpirámus. Per ı. quærimus; quia n in illo mens vígi- ımen adhuc óculus :.

Ɛxiit Petrus, & ille .iſcipulus, & vené- ad monumentum: nt íterùm ad ſemet. María autem * Sta- monumentum foris s. ℣. Non conſolá- , & non diſcédet, Altíſſimus aſpíciat.* *Joann.* 20. *Eccli.* 35.

Lectio vj.

SEd qui dilectum ſuum non invénit, reſtat ut ſurgat, & civitátem circúmeat, id eſt ſanctam electórum Eccléſiam mente & inquiſitióne percurrat: per vicos eum & platéas quærat, id eſt, per anguſta & lata gradientes aſpíciat; ut, ſi qua in eis váleat inveníre ejus veſtígia, exquírat: quia ſunt nonnulli étiam vitæ ſeculáris, qui imitandum álíquid hábeát de actióne virtútis. Quærentes autem nos vígiles invéniunt, qui cuſtódiunt civitátem: quia ſancti patres, qui Eccléſiæ ſtatum cuſtódiunt, bonis noſtris ſtúdiis occurrunt, ut ſuo vel verbo, vel ſcripto nos dóceant. Quos cùm paúlulùm pertransímus, invénimus quem dilígimus: quia Redemptor noſter etſi humilitáte homo inter hómines, Divinitáte tamen ſuper hómines fuit.

℟. María dùm fleret proſpexit in monumentum; & vidit duos Angelos. * Dicunt ei illi: † Múlier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulérunt Dóminum meum, & néſcio ubi poſuérunt eum. ℣. Plorans plorávit in nocte, & lácrymæ ejus in maxillis ejus. * Dicunt. Glória Patri. † Múlier. *Joann.* 20. *Thren.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. *c.* Adjúro vos, Fíliæ Jerúſalem, ſi invenéritis dilectum meum, ut nuntiétis ei quia amóre lángueo. *Cant.* 5.

Ant. 3. c. Qualis eſt dilectus tuus? ô pulchérrima mulíerum, quia ſic adjuraſti nos? *Cant.* 5.

Ant. 5. a. Quò ábiit dilectus tuus? quò declinávit dilectus tuus? & quærémus eum tecum. *Cant.* 5.

℣. Sperent in te qui novérunt nomen tuum; ℟. Quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine. *Pſ.* 9.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo témpore: María ſtabat ad monumentum foris, plorans. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 121. *in Joann. Evang.* §. 1.

SUblátum eſſe Dóminum de monumento, diſcípulis ejus Petro & Joanni nuntiáverat María Magdaléne: quò illi venientes, invenérunt ſola linteámina quibus corpus fúerat involútum. Abiérunt ergo íterùm ad ſemetipſos diſcípuli: id eſt, ubi habitábant, & undè ad monumentum cucúrrerant. María autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Viris enim redeúntibus, infirmiórem ſexum in eódem loco fórtior figébat affectus: & óculi qui Dóminum quæſíerant & non invénerant, lácrymis jam vacábant, ámpliùs dolentes quòd fúerat de monumento ablátus, quàm quòd fúerat in ligno occíſus, quóniam Magiſtri tanti cujus eis vita ſubtracta fúerat, nec memória remanébat. Tenébat ítaque ad monumentum jam dolor iſte mulíerem.

℟. Converſa eſt retrorsùm María, & vidit Jeſum ſtantem: & * Non ſciébat quia Jeſus eſt. ℣. Fratres ipſe cognoſcens, non eſt cógnitus ab eis. * Non ſciébat. *Joann.* 20. *Gen.* 42.

Lectio viij. §. 3.

DIcit ei Jeſus: Noli me tángere. Aut ſic dictum eſt; Noli me tángere, nondùm enim aſcendi ad Patrem meum; ut in illa fémina figurarétur Eccléſia de géntibus, quæ in Chriſtum non crédidit, niſi cùm aſcendiſſet ad Patrem: aut ſic in ſe credi vóluit Jeſus, hoc eſt, ſic ſe ſpiritáliter tangi, quòd ipſe & Pater unum ſint. Ejus quippè intimis ſénſibus quodámmodò aſcendit ad Patrem, qui ſic in eo profécerit, ut Patri agnoſcat æquálem; áliter non rectè tángitur, id

iter non rectè in eum
ur.

·Dixit Maríæ Jeſus:
er, quid ploras? quem
is? illa exíſtimans quia
ulánus eſſet, dicit ei:
ómine, ſi tu ſuſtuliſti
, dícito mihi, ubi pó-
ti eum; & ego eum tol-
. ℣. Indica mihi quem
igit ánima mea. * Dó-
ne. Glória. * Dómine.
ann. 20. *Cant.* 1.

Lectio ix.

POterat autem ſic crédere María, ut eum putáret ímparem Patri; quod útique prohibétur, cùm ei dícitur: Noli me tángere; id eſt: noli in me ſic crédere, quemádmodùm adhuc ſapis. Quómodò enim non carnáliter adhuc in eum credébat, quem ſicut hóminem flebat? Nondùm enim aſcendi, inquit, ad Patrem meum: ibì me tanges, quandò me credíderis Patri non ímparem Deum.

AD LAUDES.

Antiphona, 5. *toni*, a.

DIcit Maríæ Jeſus: María; converſa illa, dicit ei: Rabbóni, quod dícitur magiſter. *Joann.* 20.

Ant. 8. G. Dicit ei Jeſus: Noli me tángere, nondùm enim aſcendi ad Patrem meum. *Joann.* 20.

Ant. 7. ç. Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. *Joann.* 20.

Ant. 6. F. Illa vadens.

Canticum. Cant. 3.

QUæſívi quem díligit ánima mea: * quæſívi illum, & non invéni.

Surgam, & circuíbo civitátem, * per vicos & platéas quǽram quem díligit ánima mea.

Invenérunt me vígiles qui cuſtódiunt civitátem: * Num quem díligit ánima mea vidiſtis?

Páululùm cùm pertranſiſſem eos, invéni quem díligit ánima mea: * ténui eum, nec dimittam.

Glória Patri.

Ant. Illa vadens, nuntiávit his qui cum eo fúerant, lugéntibus & fléntibus. *Marc.* 16.

Ant. 4. d. Apóſtoli audiérunt quia víveret Jeſus, & viſus eſſet ab ea. *Marc.* 16.

Capitulum. Prov. 8.

EGo diligentes me díligo: & qui manè vígilant ad me, invénient me.

Hymnus.

MARIA ſacro ſaúcia
vúlnere,
Jam non dolendum quid
Dóminum doles?
Semper renaſcens hic amóris

Undè tibi violentus ardor?

Quem quæris ipſo fúneris in ſinu,
Victo triumphat fúnere clárior:
Vivit; retecto jam ſepulcro,
Ecce jacent revolúta ſaxa.

Myrrham quid affers, vánaque bálſama?
Hæc luce functis débita múnera:
Mox ille donandos olympo
Non eget his redivívus artus.

Ingens amantem te dolor índicat:
Amans viciſſim ſe Deus óbtulit:
Agnoſce vocem tu Magiſtri
Nómine te próprio vocantis.

Tu prima teſtis, prímaque núntia:
Velox in urbem prótinùs ádvola,
Chriſtíque nutantes miniſtros,
Plena Deo propióre, firma.

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Filio:
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflante quo ſemper caleſcunt
Æthéreis pia corda flammis.
Amen.

℣. Anima mea
bit in Dómino:
lectábitur ſuper
ſuo. *Pſ.* 34.

Ad Bened. *An*
Anima mea liqueſ
ut dilectus locútu
lectus meus electu
libus: & ipſe eſ
meus. *Cant.* 5.

Oratio.

Deus, cujus U
tus poſt reſ
nem ſuam primò
Magdalénæ appár
ſta, quæſumus u
interceſſióne, eu
déxtera tua ſede
dére mereámur D
noſtrum.... Qui te

AD PRIM

Ant. 5. a. Dici
Jeſus.

AD TERTI

Ant. 8. G. Dicit

Capitulum. Sa

Sapiéntia digne
círcuit quæren
viis oſtendit ſe illi
ter, & in omni p
tia occurrit illis.

℟. *br.* Exquiſív
num, * Et exaud
℣. Et ex ómnibus
tiónibus meis eri
* Et exaudívit me
℟. Exquiſívi. *Pſ.*
℣. Benedictus Deu
ámóvit orationem
℟. Et miſericórdi
à me. *Pſ.* 65.

: T A M.
ade ad fra-
Tob. 12.
n regis abſ-
onum eſt:
)ei reveláre
ionoríficum
tébor tibi,
toto corde
ábo ómnia
In toto cor-
.. ℟. Confi-
omen tuum
: ℟. In mé-
audábo te.
N A M.
póſtoli.
Act. 10.
idérunt ſuſ-
s in ligno,
itávit tértiâ
um manife-
átem tuam,
tuum dixi.
ondi miſeri-
& veritátem
lutáre tuum
. Veritátem.
neis pronun-
nnia judícia
r8.
SPERAS.
t. *toni*, A.
ihi lácrymæ
s die ac no-

cte, dum dícitur mihi: Ubi eſt Deus tuus? *Pſ.* 41.

Ant. 3. c. Paúlulùm cùm pertranſiſſem eos, invéni quem díligit ánima mea. *Cant.* 3.

Ant. 7. a. Secundùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam. *Pſ.* 93.

Ant. 6. F. Ego dilecto meo, & ad me convérſio ejus. *Cant.* 7.

Ant. 5. C. Sub umbra illíus quem deſideráveram ſedi, & fructus ejus dulcis gútturi meo. *Cant.* 2.

Capitulum. Sap. 6.

SApiéntia fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & invenítur ab his qui quærunt illam: præóccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat.

Hymnus, María ſacro, *ſupra ad Laudes, pag.* 553.

℣. Cor meum & caro mea exultavérunt, ℟. In Deum vivum. *Pſ.* 83.

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Venit María Magdaléne annúntians diſcípulis, quia Vidi Dóminum. *Joann.* 20.

Orat. Deus, cujus, *ſuprà ad Laudes.*

Commem. S. Apollinaris, Epiſcopi & Martyris.

Ant. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram

Patre meo, qui in cœlis eſt. *Matth.* 10.

℣. Dóminus mihi adjútor, ℟. Et ego deſpíciam inimícos meos. *Pſ.* 117.

Oratio, Adeſto, *infrà.*

DIE XXIII.

In Feſto

S. APOLLINARIS, Ravennenſis Epiſcopi, & Martyris.

Simplex.

Omnia de Communi unius Martyr. pag. viij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Sermo ſancti Petri Chryſólogi.

Serm. 128.

Lectio iij.

Beátus Apollináris primo Sacerdótio ſolus hanc Eccléſiam Ravennátem vernáculo atque ínclyto Martyrii honóre decorávit. Nec eum quiſquam Confeſsóris vocábulo, minórem credat eſſe quàm Mártyrem, quem Dei nutu quotidiánum & multíplicem reverſum cónſpicit ad agónem. Audi Paulum dicentem: Quotídiè mórior. Semel mori parùm eſt eum qui póteſt Regi ſuo glorióſam ſæpè de hóſtibus referre victóriam. Non tàm mors, quàm fides & devótio, Mártyrem facit: injécit tela quæ pótuit & ómnia armórum ſuórum génera cállidus exégit inimícus; nec tamen fortíſſimi ductóris movére mentem pótuit, aut temeráre conſtántiam. Feſtinábat Chriſtus ad Mártyrem; Martyr ſuum feſtinábat ad Regem. Fundébat ſæpè Confeſſor ſánguinem ſuum; ſuíſque vulnéribus, fide mentis ſuæ teſtabátur auctórem. Cœlum ſuſpíciens, tamen deſpiciébat & terram. Vicit tamen, ténuit, & à ſuo deſidério retardári Mártyrem ténera adhuc Eccléſiæ impetrávit infántia. Et quid plura, fratres? Egit, egit Eccléſia ſancta mater, ut nuſquàm à ſuo ſepararétur Antíſtite. Perſecútor occúbuit: Ecce regnat & vivit, qui pro Rege ſuo deſiderávit occídi.

AD LAUDES.

Poſt Hymn. ℣. Paulò minùs conſummavérunt me in terra; ℟. Ego autem non derelíqui mandáta tua. *Pſ.* 118.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam protéctor factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditióne, & in conſpectu aſtántium factus es mihi adjútor. *Eccli.* 51.

Oratio.

Adeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, ut qui beáti Apollináris,

Mártyris tui atque Pontíficis natalítiis gloriámur, nec minis injuſtè perſequéntium, nec ullis perturbémur adverſis; Per Dóminum.

DIE XXV.

In Feſto

S. JACOBI,

Zebedæi, Apoſtoli.

Duplex III. Claſſis.

Omnia de Communi SS. Apoſtolorum, pag. j. exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè IN VESPERIS,

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Vocávit ad ſe Jeſus Jacóbum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacóbi, & impóſuit eis nómina Boanerges, quod eſt, Fílii tonítrui. *Marc.* 3.

Oratio, Omnípotens, *infrà ad Laudes.*

Fit Commemor. S. Chriſtophori, Martyris.

Ant. Qui vícerit. ℣. Juſtus, *pag.* ix. *Orat.* Præſta, *pag.* xv.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JAcóbus Zebedæi fílius, Joannis Apóſtoli germánus frater, natióne Galilæus, inter primos Apóſtolos vocátus cum fratre, relicto patre cum mercenáriis & rétibus, ſecútus eſt Dóminum, qui impóſuit utríque nomen Boanerges, quod eſt, Fílii tonítrui. Is unus fuit ex tribus Apóſtolis quos Salvátor máximè diléxit, teſtéſque vóluit eſſe ſuæ Transfiguratiónis, & intereſſe miráculo, cùm Jaíri fíliam à mórtuis excitávit, & adeſſe cùm ſeceſſit in montem Olivéti, Patrem oratúrus ántequam à Judæis comprehenderétur.

Lectio v.

AMbitióſæ illíus petitiónis occaſióne, quâ duo fratres Dóminum rogábant, ut alter ad déxteram ejus, alter ad ſiniſtram in glória ſedéret, ſuam Chriſtus eorúmque paſſiónem prædixit his verbis: Cálicem quem ego bibo, bibétis; & baptiſmo quo ego baptízor, baptizabímini. Et quidem poſt mortem Dómini, ante diſperſiónem Apoſtolórum per univerſum orbem, Claúdio imperante, Heródes regnum adeptus, ut à Judæis grátiam iníret, Jacóbum qui Chriſtum líberè Deum confitebátur, cápitis condemnávit. Corpus ejus Compoſtellam tranſlátum fuiſſe tradunt Ado & Uſuardus. Céterùm memória ipsíus Natális hodierno die, qui Tranſlatiónis dies eſt, ab Eccléſia celebrátur; cùm ipſe circa Feſtum Paſchæ primus Apoſtolórum Hiero-

sólymis profúſo sánguine teſtimónium Jeſu Chriſto déderit.

Ex libro séptimo Hypotypóſeon Clementis, Presbyteri Alexandríni.

Apud Euſeb. Hiſt. libr. 2. cap. 9.

Lectio vj.

IS qui Jacóbum judício obtúlerat, cùm illum vidiſſet Chriſti fidem líberè confitentem, commótus viri conſtántiâ, ſe quoque Chriſtiánum eſſe affirmávit. Ambo ígitur ſimul ad ſupplícium ducti ſunt. Cúmque inter eundum rogaſſet Jacóbum comes ut ſibi véniam daret, pauliſper morátus Jacóbus: Pax tibi, inquit; ſtatímque illum oſculátus eſt. Ita ſimul ambo cápite truncáti interiêre.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo témpore: Acceſſit ad Jeſum mater filiórum Zebedæi cum fíliis ſuis, adórans & petens áliquid ab eo. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chrysóſtomi.

Homil. 65. in Matth. §. 2.

CHriſtum urgent filii Zebedæi his verbis: Dic ut sédeat unus à dextris tuis, & unus à ſiniſtris. Quid ígitur ille? Ut oſtendat illos, nec ſpirituále quídpiam pétere, neque ſi ſcirent quid hoc eſſet, unquàm pétere auſiros fuiſſe, ait: Neſcítis quid petátis: quàm magnum nempè ſit, quàm mirábile, quàm súperet ipſas ſupernas poteſtátes. Deindè ſubjungit: Poteſtis bíbere cálicem quem ego bibitúrus ſum, & baptíſmo quo ego baptízor, baptizári? Vides quómodò ſtatìm ab hac opinióne illos abdúcat, à contráriis ipſos álloquens? Vos quidem, inquit, de honóre déque corónis mecum loquímini; ego verò de certamínibus & ſudóribus loquor. Non eſt enim hoc præmiórum tempus; neque nunc glória illa mea apparébit: ſed præſens vita eſt cædium, belli ac periculórum.

Lectio viij.

VIde quo pacto ex modo interrogandi & hortétur & trahat. Neque enim dixit: Poteſtis cædem ferre? poteſtis ſánguinem veſtrum fúndere? ſed quómodò poteſtis bíbere cálicem? Deindè alliciens eos ait: Quem ego bibitúrus ſum; ut ex consórtio ſuo promptióres fierent. Baptiſma autem vocat illud, oſtendens magnam

atiónem toti or-
óſteà dicunt ei :
. Ex ánimi fer-
im promittunt,
, quid dícerent;
ſtantes ſe quod
mpetratúros eſſe.
gitur ille ? Cáli-
m meum bibétis;
iate quo ego bap-
ptizabímini. Ma-
rophetávit bona;
Martyrio digna-
t hæc patiémini
pátiar ; violentâ
im terminábitis,
mihi conſortes
. Tunc indignáti
n de duóbus frá-
des quàm imper-
ies eſſent, tam
cem illos præcé-
ibant, quàm de-
ui duóbus invidé-
poſt hæc oſtende
i, & vidébis óm-
:e affèctibus vá-

iſtophoro, Mart.
ectio ix.

óphori Mártyris,
i célebris & antí-
rátio per univer-
éſiam fúerit, te-
m cétera Græcó-
atinórum marty-
tùm pervetuſtum
primárium quod
erónymi nómine
tur, & jam à ſép-
lo deſcríbi & le-
m eſt in Eccléſiis.

Ædes verò ſacræ & basílicæ ſub ejus invocatióne Deo dicátæ, étiam ſéculo ſuperióre, per diverſas Gálliæ & Itáliæ partes reperiuntur. Etenim corpus ſancti Remígii, qui ante médium ſéculi ſexti flóruit, & Francórum gentem ad Chriſti fidem perduxit, Remis in ædicula ſancti Chriſtóphori ſepultum eſt.

Ad Bened. *Ant.* 3. a. Cálicem quem ego bibo, bibétis; & baptiſmo quo ego baptízor, baptizabímini. *Marc.* 10.

Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui Apoſtolórum tuórum primítias beáti Jacóbi sánguine conſecraſti; da, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, ejus ſemper & confeſſióne firmári & patrocíniis confovéri; Per Dóminum.

Pro Commem. S. Chriſtophori, Ant. Bonum. ℣. Cantábo. *Orat.* Præſta, *ut in Communi, p.* xv. *&* xiv.

Ad Magníf. *Ant.* 4. D. Miſit Heródes rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccléſia: occídit autem Jacóbum fratrem Joannis gládio. *Act.* 10.

Fit Commemoratio SS. Joachim & Annæ.

Ant. Egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radí-

ce ejus aſcendet: & requieſcet ſuper eum Spíritus Dómini. *Iſ.* 11.

℣. Jurávi in ſancto meo, Si David méntiar, ℟. Semen ejus in æternum manébit. *Pſ.* 88.

Oratio, Deus, *infrà, ad Laudes.*

[IN CATH. VESP. *de ſequenti Commem. præced.*]

DIE XXVI.

In Feſto

SS. JOACHIM ET ANNÆ,

Parentum B. M. V.

Duplex III. Claſſis.

[IN CATHEDR. *Duplex II. Claſſis.*

Omnia ut infrà, ſervato ritu Dupl. II. Claſſis].

Si Feſtum S. Jacobi transferatur, I. Veſp. de SS. Joachim & Annâ, ut ſequitur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona 6. toni, F.

EGo Dóminus, qui appárui Abraham, Iſaac & Jacob: recordátus ſum pacti mei. *Exod.* 6.

Ant. 8. G. Ego ero vobis in Deum, ut súſcitem juramentum quod jurávi pátribus veſtris. *Jerem.* 13.

Ant. 3. a. Abraham patrem veſtrum vocávi & benedixi ei, & multiplicávi eum. *Iſ.* 51.

Ant. 7. c. Reſpíciam vos & créſcere fáciam; & firmábo pactum meum v cum. *Levit.* 26.

Ant. 1. D. Multi bo ſemen David ſervi *Jerem.* 33.

Capitulum. Iſ. 5

FEriam vobiſcum tum ſempiternum ſericórdias David fid

[IN CATHEDR. Státuam eum, *infrà* 561.]

Hymnus, Regále, *frà ad Matut.*

Ad Magníf. *Ant.* dicitur. ℣. Jurávi, *pag.* 559. & 560. O Deus, *infrà Commem. Jacobi, Apoſtoli*].

AD MATUTIN

Invit. Chriſtum mine David ſecund nem, * Veníte, ado *Rom.* 1.

Pſalm. Veníte,

Hymnus.

REGALE Davídis
Et cónjugum bile,
Mundo datúri Vírg
Matrem futúram Ni
QUI ſacra necti cula,
Vos jungit innocen
Pióſque ſenſus áppi
Divínus aſpírat fav
VIRTUTE ſolâ dí
Non vos opum fal cus,
Sed corde fervens c
Et caſta commenda

Qui natus es de Vírgine,
..., tibi ſit glória,
...n Patre & almo Spíritu
ſempiterna ſécula.
Amen.
Pſalmi de Feria, & ſic toto Officio.

I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Hæc dicit Dó... exercítuum ad Da...: Ego tuli te ut eſſes ... pópuli mei Iſrael. *I. Paral.* 17.

Ant. 3. c. Suſcitábo ſe... tuum poſt te, quod ... de fíliis tuis. *I. Paral.*

Ant. 2. D. Ego ero ei in ..., & ipſe erit mihi fílium. *I. Paral.* 17.

℣. Benedicentur in ipſo ... tribus terræ, ℟. Om... gentes magnificábunt ... *Pſ.* 71.

Lectiones de Scriptura currente.

℟. j. Miſericórdia Dó... ab ætérno & uſque ... ætérnum ſuper timen... eum; * Et juſtítia ejus ... fílios filiórum, his qui ... teſtaméntum ejus. ... Miſericórdia Dómini ... progénie in progénies ti... eum, * Et juſtí... *Pſ.* 102. *Luc.* 1.

℟. ij. Hæc dicit Dómi...: * Si írritum poteſt ... pactum meum cum ... & nocte, & pactum ... írritum eſſe póterit ... David ſervo meo, ut non ſit ex eo fílius qui regnet in throno ejus. ℣. Volens Deus oſténdere pollicitatiónis hærédibus immobilitátem consílii ſui, interpóſuit jusjurandum. * Si írritum. *Jerem.* 33. *Hebr.* 6.

℟. iij. Státuam eum in domo mea, & in regno meo, uſque in ſempitérnum: * Thronus ejus erit firmíſſimus in perpétuum. ℣. Regnábit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. * Thronus. Glória. * Thronus. *I. Paral.* 17. *Luc.* 1.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Erant juſti ambo ante Deum, incedentes in ómnibus mandátis & juſtificatiónibus Dómini, ſine queréla. *Luc.* 1.

Ant. 8. c. Exaudítæ ſunt preces ambórum in conſpectu glóriæ ſummi Dei. *Tob.* 3.

Ant. 1. a. Dóminus amávit eos, elegítque ſemen eórum poſt eos. *Deut.* 10.

℣. Oculi Dómini ſuper juſtos; ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Pſ.* 33.

Sermo ſancti Joannis Damaſcéni.
Orat. 1. *de Nat. B. M. V.*

Lectio iv.

Quóniam futúrum erat ut Dei Génitrix & Virgo ex Anna gignerétur, natúra grátiæ germen an-

revértere mínimè auſa eſt. Verùm infructuóſa manſit, donec grátia fructum germináret. Síquidem oportébat eam primogénitam in lucem edi, quæ ómnium creaturárum Primogénitum, in quo ómnia coagmentáta ſunt, paritúra erat. O par beátum Jóachim & Anna! vobis omnis creatúra obſtricta eſt: ea enim per vos donum ómnium donórum præſtantíſſimum Creatóri óbtulit; caſtam matrem, quæ ſola Creatóre digna erat.

℟. Ex toto corde ſuo * Orabant Deum, ut viſitáret pópulum ſuum Iſrael. ℣. Erant perſeverantes in oratiónibus. * Orábant Deum. *Judith.* 4. *Act.* 2.

Lectio v. Longè pòſt.

EXulta, Jóachim, quóniam ex fília tua Puer natus eſt nobis; & vocátur nomen ejus Magni consílii Angelus, hoc eſt, ſalútis totíus mundi. Pudóre afficiátur Neſtórius, ac manum ori impónat: Puer hic Deus eſt. Quonam ígitur modo ea Dei génitrix non ſit, quæ Deum péperit? quam ſi quis ſanctam Dei genitrícem non confitétur, à deitáte remótus eſt. Mea non eſt hæc orátio, quamquàm alióquin mea: hanc enim

máximè theológi
reditátem à Theól
tre Gregório ac
beátum par Jóa
Anna! profectò e
veſtri fructu im
agnoſcímini. Ut i
tum erat, ac di
quæ ex vobis orta
tæ veſtræ ratiónes
ſtis. Caſtè enim
múnere veſtro ſun
ginitátis theſauru
xiſtis.

℟. Tulit uxóre
dit illi Dóminus
peret & páreret;
que mulíeres: B
Dóminus, qui *
paſſus ut deficere
tuæ nomen in I
Deus Iſrael, ad ſ
miſericórdiam cu
bus noſtris, &
teſtamenti ſui ſan
eſt paſſus. *Ruth.*

Lectio vj. Poſt

O Caſtiſſimum
lium túrtur
Jóachim & Anna
ſtitátem quam n
indícit ſervantes
natúram ſúperan
ti eſtis: Dei enim
vírginem mundo
ſtis. Vos piè &
humána convers
ra, Angelis ſup
ac nunc Dómina
lórum, fíliam i
extuliſtis. O ſpe
puella atque du

nter ſpinas, ex
ac máximè ré-
radíce, nempè
..O roſa quæ ex
eſt, Judæis or-
víná fragrántiâ
ſudiſti! O filia
:i Mater! Beátæ
e geſtavérunt!
a quibus caſtis
; frui conceſſum

eſſent juſti, *
: filiam ſuam
legem Móyſi.
, educáte filios
na & correptió-
. * Erudiérunt.
ri. * Erudiérunt
m ſecundùm le-
ſi. *Daniel.* 13.

OCTURNO.
a. Excelſus ju-
dedit Abrahæ
gente ſua, &
exaltáre ſemen
i. 44.
F. Dabis veri-
cob miſericór-
aham, quæ jura-
is noſtris à dié-
is. *Mich.* 7.
d. Nunc, Dó-
is Iſrael, firmen-
tua quæ locú-
rvo tuo David.
8.
vit Dóminus Da-
tem: ℟. De fructu
i ponam ſuper ſe-
. *Pſ.* 131.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Lucam.
Lectio vij. Cap. 3.

IN illo témpore: Jeſus erat incípiens quaſi annórum triginta, ut putabátur fílius Joſeph; qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi. Et réliqua.

Homília ſancti Irenæi
Epíſcopi & Mártyris.
Libr. 3. *contra hæreſes, c.* 22. §. 3. *Aliàs c.* 33.

LUcas genealógiam, quæ eſt à generatióne Dómini noſtri uſque ad Adam, ſeptuaginta duas generatiónes habére oſtendit. Dum finem conjungit cum inítio, ſigníficat, quóniam ipſe eſt qui omnes gentes exindè ab Adam diſperſas, & univerſas linguas, & generatiónes hóminum cum ipſo Adam in ſemetipſo recapitulátus eſt. Undè & à Paulo typus futúri dictus eſt ipſe Adam: quóniam futúram circa Fílium Dei humáni géneris diſpoſitiónem in ipſummet Adam fabricátor ómnium Verbum præformáverat: præformante Deo primùm animálem hóminem, vidélicet ut à ſpiritáli ſalvarétur.

℟. Deus ex sémine David * Secundùm promiſſiónem eduxit Iſrael ſalvatórem Jeſum. ℣. Státuit teſtamentum David re-

gi filio Jeſſe de tribu Juda. * Secundùm promiſſiónem. *Act.* 13. *Eccli.* 45.

Lectio viij. §. 4.

PRophéta dicit: Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii. Primogénitus enim mortuórum natus Dóminus, & in ſinum ſuum recípiens príſtinos patres, regenerávit eos in vitam Dei, ipſe inítium vivéntium factus, quóniam Adam inítium moriéntium factus eſt. Propter hoc & Lucas inítium generatiónis à Dómino inchoans in Adam rétulit, ſigníficans, quóniam non illi hunc, ſed hic illos in Evangélium vitæ regenerávit. Sic autem & Evæ inobediéntiæ nodus ſolutiónem accépit per obediéntiam Maríæ. Quod enim alligávit virgo Eva per incredulitátem, hoc virgo María ſolvit per fidem.

℟. Laudémus glorióſos parentes in generatióne ſua: * Semen eórum & glória eórum non derelinquétur, & † Nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. ℣. Ex eis eſt Chriſtus ſecundùm carnem. * Semen eórum. Glória. † Nomen eórum. *Eccli.* 44. *Rom.* 9.

Lectio ix. Cap. 23. §. 1.

NEceſſe ergo fuit, Dóminum ad pérditam

ovem venient
diſpoſitiónis re
nem facienten
plaſma requir
ipſum hómin
qui factus fu
dùm imáginem
dinem ejus, id
adimplentem
natiónis quæ
propter inob
témpora, qua
fuit in ſua po
niam & omni
ſalútis, quæ
nem fuit, ſec
tum fiébat Pa
vincerétur De
firmarétur ars
qui factus fue
mo, ut vívere
tens vitam, la
te qui deprav
jam non rev
vitam, ſed in
jectus eſſet n
eſſet Deus,
ſerpentis neq
tem Dei.

A D L A

Antiphona

OCulus D
lum in b
eum ab hum
Eccli. 11.

Ant. 7. b.
ter mulíeres
benedicátur i
ſuo. *Judic.* 5.

Ant. 2. D.
ptio eſt filió

ı & promiſſa.

A. Dívites.
cum. Iſ. 44.
, Jacob ſerve
;* & Iſrael quem
:it Dóminus fá-
ɔrmans te, * ab
iliátor tuus:
mére, ſerve meus
& Rectiſſime,
ri.
im enim aquas
:ntem, * & fluen-
:ridam.
n Spíritum meum
en tuum, * & be-
em meam ſuper
iam.
Patri.
Dívites in virtú-
m adepti ſunt,
tur in laúdibus.

g. Ex fide ſunt:
Abrahæ; bene-
cum fidéli Abra-
Lat. 3.
ulum. Act. 3.
:ſtis fílii Prophe-
im, & teſtamenti
póſuit Deus ad pa-
:ros, dicens ad A-
: Et in sémine tuo
ntur omnes famí-

Hymnus.

ISSA mundo gaú-
ia
rat humánum ge-

Æſtiva.

Adſúnt beáti Cónjuges,
Orbíque Chriſtum præpa-
rant.

Hunc Anna votis ádvo-
cans,
Matrem ſuprémi Númi-
nis,
Thori fidélis præmium,
Favente cœlo, cóncipit.

Fœcunda radix púllu-
lans
Florem tenellum próferet,
Qui lætus optáto dabit
Fructum ſalútis gérmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spí-
ritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Memor fuit Dómi-
nus verbi ſancti ſui: ℟. Quod hábuit ád Abraham
púerum ſuum. *Pſ.* 104.

Ad Bened. *Ant.* 1. d. Benedictus Dóminus Deus
Iſrael; quia erexit cornu
ſalútis nobis in domo Da-
vid púeri ſui. *Luc.* 1.

Oratio.

Deus, qui præ ómni-
bus ſanctis tuis beátos
Jóachim & Annam ſanctíſ-
ſimæ Genitrícis Filii tui pa-
rentes eſſe voluiſti; concé-
de ut, quorum ſolémnia
celebrámus, eórum apud
te ſuffrágiis adjuvémur;
Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Oculus Dei.

AD TERTIAM.

Ant. 7. b. Benedicta.

Capitulum. Eccli. 26.

GRátia mulíeris sédulæ delectábit virum ſuum, & oſſa illíus impinguábit: diſciplína illíus datum Dei eſt.

℟. *br.* Uxor tua * Sicut vitis abundans, ℣. In latéribus domûs tuæ, * Sicut vitis abundans. Glória. ℟. Uxor tua.

℣. Ecce ſic benedicétur homo: ℟. Qui timet Dóminum. *Pſ.* 127.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Horum.

Capitulum. Deut. 33.

HI cuſtodiérunt elóquium tuum, & pactum tuum ſervavérunt; judícia tua, ô Jacob, & legem tuam, ô Iſrael.

℟. *br.* Invocábant Dóminum, * Et ipſe exaudiébat eos. ℣. Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * Et ipſe exaudiébat eos. Glória. ℟. Invocábant. *Pſ.* 98.

℣. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum: ℟. Et in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus. *Pſ.* 146.

AD NONAM.

Ant. 8. g. Ex fide ſunt.

Capitulum. Galat. 3.

PRóvidens Scriptúra, quia ex fide juſtíficat gentes Deus, prænuntiávit Abrahæ quia, Benedicentur in te omnes gentes.

℟. *br.* Hæc eſt generátio * Quæréntium Dóminum; ℣. Quæréntium fáciem Dei Jacob, * Quæréntium Dóminum. Glória. ℟. Hæc eſt. *Pſ.* 23.

℣. In nómine tuo exultábunt totâ die: ℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es. *Pſ.* 88.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, G.

SEmen Abrahæ eſtis, ſecundùm promiſſiónem hærédes. *Galat.* 3.

Ant. 3. a. Benedicti vos à Dómino, qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 113.

Ant. 6. F. Mementóte mirabílium Dómini, ſemen Abraham ſervi ejus. *Pſ.* 104.

Ant. 4. d. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ, & veritátis ſuæ dómui Iſrael. *Pſ.* 97.

Ant. 5. C. Univerſum ſemen Jacob, glorificáte Dóminum. *Pſ.* 21.

Capitulum. Rom. 1.

DEus promíſerat per Prophétas ſuos in ſcriptúris ſanctis de Fílio ſuo, qui factus eſt ei ex sémine David ſecundùm carnem.

Hymnus. Promiſſa, *ſuprà ad Laudes, pag.* 565.

℣. Memor fuit in ſéculum teſtamenti ſui: ℟. Ver-

od mandávit in mille
:atiónes. *Pſ.* 104.
! Magníf. *Ant.* 7. a.
pit Dóminus Iſrael
ım ſuum, recordátus
icórdiæ ſuæ: ſicut lo-
eſt ad patres noſtros,
ham & sémini ejus
ula. *Luc.* 1.
at. Deus, qui, *ſuprà*
udes, pag. 565.
mem. ſequent. Orat.
a, *in Communi, p.* xv.
I E XXVII.

In Feſto

ANTALEONIS,

Martyris.

Simplex.

Lectio iij.

ntáleon Nicomedien-
s cùm imperante Ma-
iáno artem díſceret
ndi, à Presbytero
ioláo ad Chriſtum
rſus, multa édidit
ula, patrémque ſuum
rgium Senatórem ad
ı adduxit; quare ejuſ-
Maximiniáni juſſu e-
i pœnâ, & lámpadum
cruciátus eſt, at-
nter hæc Dómino ſibi
rente, magnóperè ro-
us, ad extrémum glá-
percuſſus martyrium
ımmávit. Ejus caput
um óſſibus ſancti Cy-
ii Carthaginienſis, &
i Sperati unius è Scil-
is Martyribus ex Afri-
ı Gállias advectum,
do magno imperante,
Lugdúni in Baſílica ſancti
Joannis Baptiſtæ repóſi-
tum eſt.

Oratio, Præſta, *pag.* xv.

[IN CATHEDR. *Veſperæ de S. Anna. Omnia de Communi SS. Mulierum, pag.* lxxix. *exceptis quæ ſequuntur.*

Hymnus.

CLARÆ diéi gaúdiis
Geſtit parens Eccléſia,
Annámque Judææ decus,
Matrem Maríæ cóncinit.

REGUM piórum sánguini
Jungens Sacerdótes avos,
Illuſtris Anna ſplendidis
Vincit genus virtútibus.

QUÆ de tuo, te, glória
Nunc, Anna, concepta manet!
Proles tibi quæ náſcitur,
Eſt Virgo quæ parit Deum.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna sécula.
Amen.

Oratio, Deus, qui beátæ, *ut infrà ad Laudes, pag.* 569.

DIE XXVIII.

[IN CATHEDR. *tantùm.*]

In Feſto

SANCTÆ ANNÆ.

Duplex II. Claſſis.

Omnia de Communi SS. Mulierum, pag. lxxix. *exceptis quæ ſequuntur.*

AD MATUTINUM.

Hymn. Claræ, *ut ſuprà.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Joannis Damaſcéni.

Orat. 2. *de Nat. B. M. V.*

Lectio iv.

ANnæ Epithalámium modulémur, nunc quidem filiam divínitùs datam útero geſtanti; nunc autem in lucem emittenti. Operæ prétium eſt ut quæ talem súrculum édidit, laúdibus efferátur. Propónitur ítaque, tanquàm thálamus quidam, Annæ cubículum, conjugális vitæ ſimul & virginitátis formam réferens; illam matris, hanc fíliæ, quarum áltera recèns ſterilitáte liberáta eſt; áltera autem aliquandò poſt Chriſti partum ad noſtræ natúræ conditiónem divíno opifício formátum, ſupra natúram eſt editúra.

Lectio v.

COngaúdeat mecum hódiè Anna illa, Phenennæ adversária; & novum hoc atque inopinátum miráculum quod in me geſtum eſt, ſuo exemplo concélebret. Cóncinant ſimul ſtériles & infœcundæ viſitatiónem meam admirábili modo cœlitùs factam. Dicant item matres omnes hâc fœcunditáte præditæ: Benedictus qui orántibus id quod optábant, largítus eſt, & fœcunditátem ſtérili, ac feliciſſimum illud germen vírginis conceſſit, quæ mater Dei ſecundùm carnem fuit, cujus venter cœlum eſt, in qua habitávit is qui nullo loco capi poteſt.

Lectio vj.

COnſonam his nos quoque ipſi quæ vocabátur ſtérilis, nunc autem virgínei thálami mater éxtitit, laudem offerámus. Dicámus ad eam cum Scriptúra: Quàm beáta domus David, ex qua prodiiſti; & venter in quo Deus ſanctificatiónis arcam, hoc eſt, eam à quo ipſe ſine sémine conceptus eſt, fabricávit! Verè beáta es, ac ter beáta, quæ beatitúdine donátam à Deo infantem, hoc eſt Maríam, nómine quoque ipſo magnóperè venerandam peperiſti; ex qua Chriſtus vitæ flos éxtitit; cujus vírginis & glorióſus fuit ortus, & partus mundo ſublímior.

IN III. NOCTURNO.

Lectiones vij. viij. & ix. ut in Feſto SS. Joachim & Annæ, pag. 563. & 564.

…audes.
…um. *Eccli.* 26.
…er ſenſáta & táci-
* non eſt immu-
…litæ ánimæ.
ſuper grátiam, *
…ncta & pudoráta.
autem ponderá-
… eſt digna conti-
…imæ.
…l óriens in mun-
…íſſimis Dei, * ſic
bonæ ſpécies in
…um domûs ejus.
Patri.
…ymnus.
…ida Radix Iſaï,
…n pudícum gér-
…t;
…am Fílium
…Anna Vírginem.
…perat humánum
…s
…ebris éxcitans,
…e primam cón-
…t,
…uſcantem ſinu.
vota puri pécto-
…
…onceptæ preces,
…erentur ómnium
…alútis gígnere.
…tus es de Vírgine,
ſit glória,
…e & almo Spíritu
…erna ſécula.
Amen.
Oratio.
…, qui beátæ Annæ
…am grátiam con-
…átus es, ut Ge-nitrícis Unigéniti Fílii tui Mater éffici mererétur; concéde propítius, ut cujus ſolémnia celebrámus, ejus précibus promiſſam in Chriſto ſalútem conſequámur; Per eumdem Dóminum.

AD VESPERAS.

Hymnus, Fœcunda, *ut in Laudibus.*

Oratio, Deus, *ſuprà.*

Commemorat. S. Lupi, Epiſc. ut in Communi SS. Pontif. pag. xxv. *Oratio*, Exaudi, *pag.* xxxiij].

Die XXIX.

In Feſto

SANCTI LUPI,

Trecenſis Epiſcopi.

Simplex.

Omnia de Communi SS. Pontif. pag. xxv. *Oratio*, Exaudi, *pag.* xxxiij.

Lectio iij.

Lupus, Tulli Leucórum nóbili famíliâ natus, uxórem duxit Pœmeníolam, ſancti Hilárii Arelatenſis ſorórem. Qui cùm, séptimo conjúgii anno, réliquum vitæ in continéntia dégere decreviſſent, Lupus ad beátum Honorátum Lirinenſem Abbátem ſe cóntulit: undè poſt annum cùm Matiſcónem veniſſet, ut quod ſibi de facultátibus ſupérerat, paupéribus erogáret; impro-

viſò ad Trecenſem Epiſcopátum raptus eſt. Biénnio pòſt electus eſt à Synodo Gallicána, qui cum ſancto Germáno Autiſſiodorenſi in Británniam majórem ad expugnandam Pelagiánam hæreſim proficiſcerétur. Reverſus Trecas, civitátem ab Hunnis in Gálliam effúſis, ſuis précibus ſervávit incólumem, ipsúmque Attilam eórum ducem in ſuî veneratiónem convertit. Annis círciter viginti, tábulâ pro lecto uſus eſt, cilício pro interióre túnica; in oratióne, alternis nóctibus, pérvigil: in jejúniis aſsíduus, ſolo pane hordeáceo Sábbato víctitans: cenſus ſuos alendis paupéribus captivíſque redimendis impéndere sólitus. Diſcípulos hábuit ſanctos Epíſcopos Alpínum Catalaunenſem, Polychrónium Virdunenſem, Sevérum Trevirenſem, & Cameliánum Trecenſem: ipſe, ob exímias virtútes, Pontíficum Gallicanórum dictus fácilè Princeps. Cùm autem annis quinquaginta duóbus ſacerdótio functus eſſet, clarus miráculis ábiit ad Dóminum.

Vesperæ de ſequenti.

Pro Commem. SS. Abdon & Sennen Martyrum, Ant. Cùm vos óderint. ℣. Multæ. *pag.* xviij. *Oratio*, Concéde, *pag.* xxiij.

Die XXX.

In Feſto S. IGNATII LOYOLÆ, Presbyteri, & Intitutoris Societatis Jeſu.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi SS. Presbyt. pag. xlij.

Oratio. Deus, *infrà.*

Lectio ij.

Ignátius, Loyólæ in diœcéſi Pompelonenſi, nobílibus paréntibus natus eſt. Adoleſcens à milítia ſeculári ex fortúita lectióne piórum librórum ad Deum converſus, factâ in Monte Serráto ómnium delictórum exomologéſi, apud Manréſam inter egénos, quibus viliſſima étiam obſéquia exhibébat, vitam áſperam egit. Hinc Romam, dein Hierosólymam ſe cóntulit. Perluſtrátis ſacris locis, in Hiſpániam redux, vir annórum trium & triginta, quia animárum lucro inhiábat, lítteris óperam dedit. Paríſios véniens, ſtúdia repétiit, eleemóſynis ínterim víctitans, non intermiſſis caritátis & pœniténtiæ opéribus. Ibi sócios ſibi adjunxit Pariſienſis académiæ grádibus inſignes; qui in inferióri Eccléſia Montis-Mártyrum, ſeſe omnes in próximi auxílium devoté-

ac fuére Societátis
cunábula, quam
áddito ad tria re-
vota de Miſſióni-
rio, Ignátius in-
& à Paulo tértio
ítam, in Præpó-
nerálem electus,
cum prudéntia re-

Lectio iij.

ípua illi cura erat,
udes & púeri do-
Chriſtiánam per-
t, carcéribus in-
varentur, Sacra-
um uſus & frequén-
t & ſánctior. Inde-
icrandis Deo áni-
ábat. Non eum ab
caritátis difficul-
contumélíæ aut
s deterrébant. Ad
ómnia referébat,
is, Ad majórem
iam, velut ſym-
sólitus. Romæ ob-
t in Dómino, eúm-
egórius décimus
Sanctis aſcripſit.
ipsâ die recólitur
i ſanctórum Ab-
ennen Persárum,
næ, ſub Décio Im-
pro fide Chriſti,
agitáti ſupplíciis,
demùm martyrii
adepti ſunt. Ho-
ora Quirínus Sub-
ſuis in ædibus ſe-
undè póſteà ſub
tíno tranſláta ſunt
in cœmetérium Pontiáni, ſanctórum illórum Mártyrum nómine ſæpè nuncupátum. Extitit Romæ Basílica ſub eórum invocatióne dicáta, quæ fuit de novo, ſub Adriáno Papa primo, octávo deſinente século, reconſtructa.

Oratio.

DEus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagandam, novo per beátum Ignátium ſubsídio militantem Eccléſiam roboraſti; concéde ut, ejus auxílio & imitatióne certantes in terris, coronári cum ipſo mereámur in cœlis; Qui vivis & regnas.

Commemor. S.S. Abdon & Sennen, Mart. Ant. Beáti. ℣. Salus. *Orat.* Concéde, *in Communi plur. Martyr. pag.* xxiij.

VESP. *à Capit. de ſequenti. Commemor. præcedentis.*

[*IN CATHEDR. Veſper. de ſequenti. Commemor. S. Ignatii*].

DIE XXXI.

In Feſto

S. GERMANI,

Autiſſiodorenſis Epiſc.

Semiduplex.

[*In CATHEDR. Duplex. In II. Noct. Lectiones ut infrà de duabus tres, diviſione factâ ad aſteriſcos *. Evang. & Homil. ut & re-*

liqua, *de Communi SS. Pontific.*]

Omnia de Communi SS. Pontificum, *pag.* xxv. *exceptis quæ ſequuntur.*

Oratio, Omnípotens, *infrà ad Laudes.*

Lectio ij.

GErmánus, nóbili génere Autiſſiodóri natus, poſt auditória Gallicána, juris perítiam adeptus, Romæ cauſas egit; ibíque uxórem duxit. Provínciæ ſuæ Viſitátor conſtitútus, in Gálliam rédiit; ubi cùm venatióni nímiùm déditus eſſet, ab Amatóre Autiſſiodorenſi Epíſcopo reprehenſus eſt, quòd ferárum quas venando céperat, trunca cápita, ex ritu Gentílium, de árbore quæ in médio civitátis erat, non ſine fidélium offenſióne ſuſpénderet. Sed cùm Germánum ſibi ſucceſſórem futúrum divínitùs comperiſſet Amátor; Auguſtodúnum ſe cóntulit, ut illíus in Clerum aſciſcendi poteſtátem à Júlio præfecto impetráret. Quod ubi obtínuit, Germánum, reſciſſo capillítio, clericáli veſte índuit. * Creátus Epíſcopus, súbitò mutátur in virum álium: exindè namque cœpit séculi pompam aſpernári, uxórem habére pro ſoróre, vitam áſperam dúcere, cilício car-

nem domáre, vile
re hábitum, ſua
bus erogáre, óm
ne perſonárum ac
hoſpítium præbé
nem vix unquàm
tere.

Lectio iij

CUm autem P
hæreſis in
majóre graſſarétu
extirpandam Gál
ſcopi, rogántibu
nis, miſérunt G
cum Lupo Trecen
ſulam purgárent
Cláruit ibi Germ
ráculis. In Gállia
cùm accepiſſet
ſuam tribútis, al
lamitátibus ádmo
mi, Arélatem
ad Auxiliárem G
fectum, pro ple
ta interceſſúrus.
ris Germáni préci
ánnuit; & viciſ
máno grátiam
enim uxórem ej
nâ febre jámdiù
tem príſtinæ réd
táti. ** Rogátus
nis, ut quod cœp
absólveret, adj
cómite Sevéro T
in ínſulam íterù
ctus, renaſcent
ſim pénitùs exti
nórum regem cu
tu, in Aremóric
belles ab Aétio
miſſum, avocáv

profectus, ut
io Imperatore
péteret, cùm
ue matre Pla-
cum honóre
t, ibi paucis
, ex hac vita
pus ejus Au-
utì præcépe-
eſt; ídque fa-
fico comitátu.
ttio.
ens & miséri-
us, cujus grá-

tiam beátus Germánus verbis, opéribus & miráculis asséruit; præſta, quæſumus, ut qui tanti Præſulis exempla mirámur & cólimus, ejus étiam fidem & actiónes imitémur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

VESPERÆ de ſequenti.

[IN CATHEDR. *Veſperæ de S. Germano. Commemor. ſequentis, & SS. Machabæorum, ut infrà*].

STA AUGUSTI.

E I.
Feſto
I PETRI
incula.
duplex.
Feria in toto

VESPERIS.
. Ego ante te
óſos terræ hu-
rtas æreas cón-
vectes férreos
Iſ. 45.
. *Jerem.* 1.
te hódie in ci-
munítam, &
n férream, &
ereum, ſuper
ram, régibus
ípibus ejus &
, & pópulo
tecum ſum,

ait Dóminus, ut líberem te.

[*Ubi fit Annuale propter Feſtum Patroni*:

℟. Vocantes eos, *infrà*, *pag.* 575].

Hymnus.

PETRUM, tyranne, quid
caténis óbruis?
Jubéſque condi cárceris
nigro ſpecu?
Quid trux ſatelles ante limen
éxcubat?
Carcer, ſatelles, vincla non
Petrum tenent.
FULGENS ab alto venit
Ales æthere;
Recédit horror, & fugat
noctem dies:
Jubente Chriſto, rupta
vincla cóncidunt:
Panduntur ultrò clauſa ferro
límina.

Cœlestis ille ductor
ostendit viam:
It Petrus; atque sómnium
quod ſit, putat;
Verùm, receptâ mente,
victrícem Dei,
Suæ ſalútis certus, agnoſ-
cit manum.

Lux noſtra, Chriſte,
noſtra libertas, vides
Quibus caténis óbruant
nos crímina;
Et quanta noſtris íncubet
nox méntibus:
Cæcis diem fer, rumpe vin-
ctis víncula.

Patri ſuprémo ſit ſu-
préma glória:
Tibíque laudes totus orbis
cóncinat,
Æterne Fili, ſplendor æter-
ni Patris:
Compar ſit almo laus de-
cúſque Flámini.
Amen.

℣. In die tribulatiónis éruam te, ℟. Et honorificábis me. *Pſ.* 49.

Ad Magníf. *Ant.* 5 a. Ego tecum ſum, ut ſalvem te, & éruam te, dicit Dóminus: & liberábo te de manu peſſimórum, & rédimam te de manu fórtium. *Jerem.* 15.

Orat. Deus, *ad Laudes.*

Pro Commem. S. Germani, Epiſc. Ant. Beatificávit. ℣. Magna eſt, *pag.* xxxiv.

Orat. Omnípotens, *ſuprà, pag.* 573.

Deindè SS. Machabæorum, Mart.

Ant. Paráti ſumus mori magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. *II. Machab.* 7.

℣. Iníquè non égimus in teſtamento tuo, Dómine, ℟. Et non receſſit retró cor noſtrum. *Pſ.* 43.

Orat. Fraterna, *pag.* 578.

AD MATUTINUM.

Invitat. Dóminum qui juſtum in vínculis non derelíquit, * Veníte, adorémus. *Sap.* 10.

Pſalm. Veníte. *pag.* 2.

Hymnus, Petrum, tyranne, *ut ſuprà, pag.* 573.

Ant. 3. c. Vir qui erat claudus ex útero matris ſuæ, cùm vidiſſet Petrum & Joannes incipientes introíre in templum, rogábat ut eleemóſynam accíperet. *Act.* 3.

Ant. 7. c. Petrus dixit: Argentum & aurum non eſt mihi: in nómine Jeſu Chriſti ſurge & ámbula. Vidit omnis pópulus eum ambulantem. *Act.* 3.

Ant. 8. g. Petrus reſpondit ad pópulum: Deus gloriſicávit Fílium ſuum Jeſum; &, in fide nóminis ejus, dedit íntegram ſanitátem iſtam in conſpectu ómnium veſtrûm. *Act.* 3.

℣. Dómine Deus meus, ſciant quia manus tua hæc,

tu, Dómine, feciſti
Pſ. 108.
tio j. de Scriptura
nte.
Loquéntibus Petro &
 ad pópulum, Sa-
es & Magiſtrátus
, dolentes quòd an-
rent in Jeſu reſurre-
n ex mórtuis, * Po-
t eos in cuſtódiam.
lúſos cuſtodiébant,
os incipiébat incor-
a legis lumen ſécu-
i. * Poſuérunt eos
. Sap. 18.

Lectio ij.

Gregorii Regiſt. libr.
piſt. 30. libr. 3. Epiſt.
l. 13. Epiſt. 42. l. 6.
t. 6. Edit. Bened.

ténis duábus Jero-
lymis vinctum ab
e Agrippa in cárce-
ſe ſanctum Petrum,
t ex Actibus Apo-
um. Illas autem Ro-
ixto ſéculo ſervátas
, aut ſaltem illárum
m, ſcribit Arátor Ec-
Románæ Subdiáco-
ui eódem ſéculo fló-
am à primis Ecclé-
mpóribus, Romæ
li in honóre erant
r quibus ibi à Neró-
trus conſtrictus eſt.
religióſa fúerit erga
illas caténas Chri-
rum venerátio, vel
liquet, quod ſummi Pontífices minútas eárum partículas limâ detractas, aúreis inclúſas crúcibus aut clávibus, ad reges principéſque de Eccléſia benè méritos mítterent: quas ipſi collo appenſas geſtábant; ut, Apóſtoli præſídio, ab omni perículo tuti eſſent. Crucem párvulam, in qua de caténis ſancti Petri inſerta erat benedíctio, mittens ſanctus Gregórius magnus Eulógio, Patriarchæ Alexandríno, multa áfferit per iſtam benedictiónem ſolére fíeri mirácula. Idem ad Childebertum Francórum regem ſcribens, ait: Claves ſancti Petri, in quibus de vínculis catenárum ejus inclúſum eſt, Excelléntiæ veſtræ diréximus: quæ collo veſtro ſuſpenſæ, à malis vos ómnibus tueantur.

℟. Vocantes eos denuntiavérunt ne docérent in nómine Jeſu. Petrus verò & Joannes dixérunt: * Si juſtum eſt in conſpectu Dei, vos pótius audire quàm Deum, judicáte. Non enim póſſumus, quæ vídimus & audívimus, non loqui. ℣. Propítius ſit nobis Deus: non eſt nobis útile relínquere legem & juſtítias Dei, ut eámus alterâ viâ. * Si juſtum eſt. Glória. * Si. Act. 4. I. Mach. 2.

Lectio iij.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 8. in Ep. ad Epheſ. §. 1.

NIhil eſt æquè præclárum, atque víncula propter Chriſtum, atque caténæ ſanctis mánibus impóſitæ. Vinctum eſſe propter Chriſtum eſt præclárius quàm eſſe Apóſtolum, quàm eſſe Doctórem, quàm eſſe Evangeliſtam. Si quis amat Chriſtum, ſi quis ejus amóre úritur, novit quàm pretióſa ſint ea víncula. Malúerit eſſe vinctus propter Chriſtum, quàm cœlos habitáre. Quovis auro Petrus ſplendidióres oſtendébat manus, quovis regáli diadémate. Non enim tam ſpléndidum facit caput vitta ex gemmis compóſita, quàm caténa férrea propter Chriſtum. Tunc erat régiis ædibus carcer præclárior. Quid dico, régiis ædibus? ipſo quoque cœlo: habébat enim vinctum Chriſti. * Vellem nunc eſſe in iis locis, in quibus dicuntur manére illa víncula: vellem vidére caténas quas pertimeſcunt & horrent dæmones, reverentur autem Angeli. Nihil eſt enim mélius quàm mala pati propter Chriſtum. O beáta víncula! O beátas manus quas ornávit illa caténa! Ego ſi fuiſſem illis tempóribus, tunc máximè eas eſſem amplexus: certaſſem illas deoſculári manus, quæ dignæ ſunt hábitæ pro Dómino meo vincíri. ¶ Huic étiam diéi aſſignáta eſt in Martyrológiis memória ſanctórum ſeptem fratrum Machabæórum qui, ante Chriſti témpora, pro pátriis légibus ab Antíocho Epíphane váriis ſuppliciórum genéribus tentáti, fórtiter ſánguinem fudérunt. Horum diem natálem jam à quarto ſéculo célebrem in Eccléſia fuiſſe, teſtes ſunt inter álios Gregórius Nazianzénus & Auguſtínus qui eo die ſermónes ad pópulum habuérunt in quibus eórum triumphos eo potiſſimùm nómine magnificéntiùs efferunt, quòd qui nondùm propóſito Chriſti exemplo, tantam conſtántiam oſtendérunt, multò fortióres fuiſſent, ſi poſt paſſiónem Chriſti, in certámen deſcendiſſent.

[*Ubi ſit Annuale propter Feſtum Patroni, in III. Noct. Lect vij. viij. & ix. ut ſuprà, p. 489. & 490*].

AD LAUDES.

Ant. 1. D. Occídit.

Canticum. Eccli. 51.

LIberaſti me, Dómine, * ſecundùm multitúdi-

nem miſericórdiæ nóminis tui,

A rugiéntibus præparátis ad eſcam * de mánibus quæréntium ánimam meam;

Et de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me, * & à rege iníquo....

Laudábit uſque ad mortem ánima mea Dóminum, * & vita mea appropinquans erat inferno deorsùm.

Circumdedérunt me úndique, * & non erat qui adjuváret.

Reſpíciens eram ad adjutórium hóminum, * & non erat.

Memorátus ſum miſericórdiæ tuæ, Dómine, & operatiónis tuæ: * quæ à ſéculo ſunt.

Quóniam éruis ſuſtinentes te, Dómine; * & líberas eos de mánibus géntium.

Glória Patri.

Ant. Occídit Heródes Jacóbum fratrem Joannis gládio: videns autem quia placéret Judæis, appóſuit ut apprehénderet & Petrum, quem miſit in cárcerem. *Act.* 12.

Capitulum. Sap. 10.

Sapiéntia juſtum non derelíquit, ſed à peccatóribus liberávit eum: deſcendítque cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit illum.

Hymnus.

Qui Chriſtiáno gloriantur nómine,
Ahéna fruſtra vincla captívos tenent:
Fruſtrà ſatelles ſervat inſomnis fores;
Inter caténas mente ſtant libérrimâ.

Ornant revinctos invidendæ cómpedes:
Nec ponderóſæ, quas amor leves facit:
Non denſa tetri cárceris nox óbſidet,
Æterna ſummo quos manet cœlo dies.

Dulces caténæ! quæ reum non árguunt,
Sed Chriſti amantem quæ probant Apóſtolum:
Regum corónis, áureis monílibus
Vos, ſacra, pluris æſtimámus, víncula.

Patri ſuprémo ſit ſupréma glória:
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Æterne Fili, ſplendor æterni Patris:
Compar ſit almo laus decúſque Flámini.
Amen.

℣. Dirupiſti, Dómine, víncula mea; ℟. Tibi ſacrificábo hóſtiam laudis. *Pſ.* 115.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Petrus ad ſe reverſus, di-

xit : Nunc ſcio verè, quia miſit Dóminus Angelum ſuum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni exſpectatióne plebis Judæórum. *Act.* 12.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóſtolum à vínculis abſolútum, illæſum abire feciſti; noſtrórum, quæſumus, diſſolve víncula peccatórum; ut ab eórum néxibus expedíti, viam mandatórum tuórum líberâ mente currámus ; Per Dóminum.

Pro Commem. SS. Machabæorum.

Ant. Rex mundi defunctos nos pro ſuis légibus in ætérnæ vitæ reſurrectióne ſuſcitábit. *II. Machab.* 7.

℣. Judicábit Dóminus pópulum ſuum : ℟. Et in ſervis ſuis deprecábitur. *Pſ.* 134.

Oratio.

Fraterna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet, quæ & fídei noſtræ præbeat incrementa virtútum, & multíplici nos ſuffrágio conſolétur ; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Petrus ſervabátur in cárcere : orátio autem fiébat ſine intermiſſióne ab Eccléſia ad Deum pro eo. *Act.* 12.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Angelus Dómini áſtitit, & lumen refulſit in habitáculo : percuſſóque látere Petri, excitávit eum, dicens : Surge velóciter : & cecidérunt caténæ de mánibus ejus. *Act.* 12.

Capitulum. Jac. 5.

Oráte pro ínvicem, ut ſalvémini : multùm enim valet deprecátio juſti aſsídua.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos ; ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. * Et Dóminus. Glória. ℟. Clamavérunt. *Pſ.* 33.

℣. Exaudívit páuperes Dóminus, ℟. Et vinctos ſuos non deſpexit. *Pſ.* 68.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Dixit Angelus ad eum : Præcíngere, & cálcea te cáligas tuas : circúmda tibi veſtiméntum tuum, & ſéquere me. *Act.* 12.

Capitulum. Gen. 49.

Diſſolúta ſunt víncula brachiórum & manuum illíus per manus Poténtis Jacob : indè Paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael.

℟. *br.* Juxtà eſt Dóminus iis * Qui tribuláto ſunt corde ; ℣. Et húmiles ſpíritu ſalvábit. * Qui. Glória. ℟. Juxtà eſt Dóminus.

mittet Angelus Dó-
ircúitu timéntium
:. Et erípiet eos.

NONAM.
2. D. Exiens ſe-
eum: exiſtimábat
e viſum vidére;
ites proceſsérunt
num, & contínuò
Angelus ab eo.

dum. Dan. 3.
lictus Deus, qui
Angelum ſuum;
ervos ſuos qui cre-
in eum.
Miſit de cœlo Dó-
Et liberávit me.
t in oppróbrium
ntes me. * Et li-
ne. Glória Patri.
de cœlo Dóminus.

vum me fecit Dó-
:.Quóniam vóluit
7.

VESPERAS.
F. Dóminus mittet
ſuum tecum, &
am tuam. *Gen.* 24.
tm. II. Reg. 22.
ênit me in die affli-
is meæ, & factus
nus firmamentum
k eduxit me in la-
a: liberávit me,
mplácui ei.
us, Qui Chriſtiá-
rà in Laudibus,

℣. Dóminus ſolvit com-
pedítos; ℟. Dóminus díli-
git juſtos. *Pſ.* 145.

Ad Magníf. *Ant.* 4. D.
Narrávit Petrus quómodò
Dóminus eduxiſſet eum de
cárcere, dixítque: Nuntiá-
te Jacóbo & frátribus hæc.
Act. 12.

*Pro Commemor. S. Ste-
phani, Papæ & Mart. Ant.*
Qui vícerit. ℣. Juſtus, *pag.*
ix. *Oratio*, Fac nos, *ut in
Communi*, *pag.* xv.

DIE II.
In Feſto
S. STEPHANI,
Papæ & Martyris.
Simplex.

*De Communi unius Mar-
tyris, pag.* viij.

Lectio iij.

Stéphanus poſt Lúcium
ſucceſsórem Cornélii,
Románam rexit Eccléſiam.
Graſſabátur ejus tempóri-
bus Novatianórum hære-
ſis, quæ pœniténtibus leni-
tátis paternæ ſolátia clau-
débat, ſine ſpe pacis &
communicatiónis. His cùm
ſe Marciánus Arelatenſis
adjunxiſſet, Stéphanus eâ
de re primùm à Fauſtíno
Lugdunenſi, ſubindè à ſan-
cto Cypriáno mónitus eſt.
Eccléſiæ diſciſſæ ad unitá-
tem reverſæ ſunt, & réd-
ditam inſperátò pacem
Dionyſius Alexandrínus
ipſi Stéphano per litteras

gratulátus eſt. Alia quoque tunc exorta eſt gravis controvérſia, utrùm baptizáti ab hæréticis ad Eccléſiam redeuntes, dénuò eſſent baptizandi: de qua quid ſentíret Stéphanus ad Cypriánum ſcripſit his verbis: Nihil innovétur, niſi quod tráditum eſt. Demùm poſt adminiſtrátam per áliquot annos Eccléſiam in perſecutióne Valeriáni, martyrium ſúbiit, anno Chriſti ducentéſimo quinquagéſimo séptimo.

Oratio, Fac nos, *pag.* xv.

Vesperæ de Feſto ſequenti.

DIE III.

In Feſto

INVENTIONIS

Corporis

S. STEPHANI,

Protomartyris.

Semiduplex.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in Communi unius Martyris, pag. viij. *Orat. infrà.*

Lectio ij.

SAncti Stéphani Protomártyris, Gamaliélis, Nicodémi & Abibónis córpora, quæ diù latúerant, Luciáno Presbytero divínitùs admónito, inventa ſunt propè Jeroſólymam, Theodóſio Junióre & Honório imperántibus. Cujus rei famâ, magna hóminum multitúdo commóta, eò convénit; pluréſque váriis morbis affecti, ſani rediérunt. Sacræ Relíquiæ ſummâ celebritáte in ſanctam Eccléſiam Sion illátæ ſunt: ex quibus váriæ partículæ in Africam, Gálliam aliáſque orbis partes delátæ, multis claruérunt miráculis.

Lectio iij.

HÆc inter multa ália leguntur apud beátum Auguſtínum. Apud Uzálim múlier quædam amíſit fílium, catechúmenum infantem: quæ cùm vidiſſet amiſſum & irreparabíliter pérditum, impléta affectu fidúciæ tulit illum mórtuum, & cucurrit ad Memóriam beáti Mártyris Stéphani, & cœpit ab illo exígere fílium. Revixit fílius. Contínuò tulit illum ad Presbyteros; baptizátus eſt, ſanctificátus eſt, unctus eſt, impóſita eſt ei manus: complétis ómnibus ſacraméntis, aſſumptus eſt. Ad aquas Tibilitánas cæca múlier, ut ad Epíſcopum portantem Mártyris Stéphani pígnora ſacra dúceretur, exorávit: flores quos ferébat dedit; recépit, óculis admóvit, prótinùs vidit. Memoráti Memóriam Mártyris Lucillus Syniten-

;, pópulo præ-
ue ſequente,
fiſtula, cujus
diù laboráve-
æ ſárcinæ ve-
i ſanctas atti-
as, repentè ſa-

atio.
uæſumus, om-
Deus, ut ſicut
ne Córporis
mártyris Sté-
a laudámus
ſic indulgén-
ejus précibus
, & ad vitam
ternam; Per.
apitulo de Fe-
Commemorat.

I V.
Feſto
INICI,
Inſtitutoris
icatorum.
uplex.
Communi SS.
xlij. *Oratio,*
nfrà.
o ij.
us Calárogæ
nia ex nóbili
m família na-
: mater dum
t, quædam
iétem trádi-
us conjícere
, eum quem
, ſplendóre
doctrínæ mul-
em chriſtiá-

nam inflammatúrum. Pa-
léntiæ liberálibus diſciplí-
nis ac Theológiæ óperam
dedit. Quo in ſtúdio cùm
plúrimùm profeciſſet, an-
nos natus viginti novem
inter Canónicos reguláres
Oxamenſis Eccléſiæ coop-
tátus eſt. Hujus ingénium
& virtus máximè enítuit,
tùm in impietáte Mahu-
metanórum expugnanda,
tùm præcípuè in everten-
dis Albigénſibus hæréticis,
qui Tolosátes pervértere
conabantur. Huic óperi
primùm auctóre Didáco,
Epíſcopo ſuo, póſteà cum
legátis Apoſtólicis, & ad-
junctis eiſdem Ciſtercien-
ſis Ordinis Abbátibus, non
ſine crebro vitæ diſcrími-
ne per annos novem, ver-
bo, précibus & miráculis
incúbuit. Qui labor fru-
ctus ubérrimos prótulit,
converſis infiníto propè
número, tàm viris quàm
muliéribus; inter quas
cùm plures ad ſanctimo-
niálem vitam aſpiráre cér-
neret, iis excipiendis mo-
naſtérium in eo loco cui
tunc Pruliáno nomen erat,
Fulcóne Tolosáno Epíſco-
po conſentiente, conſtí-
tuit, quod Simon Comes
de Monteforti multis do-
natiónibus auxit.

Lectio iij.

Poſteà cœpit étiam ad-
ſciſcere ſibi sócios qui-

buſcum vitæ commúnis ratiónem inſtitúeret; quos Fulco, Tolosánus Epíſcopus, cùm ſe hæréticis ad fidem revocandis, & pravis mortálium móribus corrigendis devovérent, in Diœcéſi ſua retinére conſtituit: Domínicum verò ſecum Romam adduxit ad Synodum quam in Basílica Lateranenſi quartam Innocéntius Papa tértius indíxerat, ut de propóſito inſtitúto cum Pontífice ágeret, ejúſque confirmatiónem obtinéret. Sed hæc Innocéntio, propter decrétum de vetandis novis Ordínibus, quod enixè à Pátribus in Synodo petebátur, differenda viſa eſt: & Domínicus ínterim dimiſſus, ut cum sóciis unam ex jam approbátis régulis elígeret. Quo facto, Romam rédiens, ab Honório tértio, qui próximus Innocéntio ſuccéſſerat, approbatiónem Ordinis ſui ſub beáti Auguſtíni régula, & Prædicatórum título, impetrávit, & primam domum Tolóſæ ad Eccléſiam ſancti Románi conſtituit. Anno nondùm elapſo, ſeptem ex illo ſodalítio miſſi Paríſios, juxta Epiſcópium conſedêre primùm per decem ferè menſes, atque exindè ad domum & Eccléſiam ſancti Jacóbi, à Joanne Decáno ſancti Quintíni conditóre, & Académia Pariſienſi ſibi datam, tranſláti ſunt. Deindè, Romæ duóbus ítidem monaſtériis conſtitútis, anno Chriſti ducentéſimo vicéſimo primo ſupra milléſimum, Bonóniæ poſt celebráta Ordinis comítia, febre correptus, caritátem, humilitátem, paupertátem frátribus teſtamento relinquens, obdormívit in Dómino ſextâ die Auguſti: quem miráculis clarum póſteà Gregórius nonus in Sanctórum númerum rétulit.

Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Domínici illumináre dignátus es méritis & doctrínis; concéde ut ejus interceſſióne, temporálibus non deſtituátur auxíliis, & ſpirituálibus ſemper profíciat increméntis; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

IN VESPER. *pro Commemorat. S. Memmii Epiſc. Ant.* Ipſum elégit. ℣. Elégit, *in Communi Pontificum, pag.* xxvj. *Oratio,* Da, quæſumus, *pag.* xxxij.

Deindè S. Caſſiani, Epiſcopi. Ant. Sacerdótes tui. ℣. Véritas mea, *Oratio,* Exaudi, *in Communi, pag.* xxxij. & xxxiij.

e V.
Feſto
M M I I ,
ılaunenſium
copi.
plex.
Pontif. p. xxv.
io iij.
us, qui à Gre-
Turonenſi ur-
aicæ Patrónus
pellátur, pri-
cléſiæ Epíſco-
póſtolus. Hic
lico múnere
ıórtuum díci-
ſe : quod ex
litióne rétulit
, addítque ſe
ıtíſtitis ſepul-
is confractas
caténas atque
diſſe, ejúſque
ertum ſe eſſe
; febricitante,
récibus ſanitá-
ávit. Séptimo
ıs ſancti Pon-
cléſia , ipſíus
ignítâ prope
o ſecundo Da-
óris, repertum
li Calvi tem-
átum ; atque
tius Diœcéſis
igióſè cólitur.
fit commemo-
Caſſiáni Au-
is Epíſcopi ,
iæ aſſervantur
ollegiáta San-

In Laud. *Commemor.* *S. Caſſiani*, *Ant.* Beatificávit. ℣. Magna eſt, *pag.* xxxiv. *Orat.* Exaudi, *pag.* xxxiij.

Vesperæ de ſequenti.

Die VI.

In Feſto Transfigurationis Domini.

Duplex III. claſſis.

Pſalmi de Feria, in toto Officio.

In I. Vésperis.

Antiphona, 1. *toni* G.

MAgnália ſapiéntiæ ſuæ decorávit Dóminus ; & quis ſatiábitur videns glóriam ejus ? *Eccli.* 42.

Ant. 6. F. Opéruit cœlos glória ejus, & laudis ejus plena eſt terra : ſplendor ejus ut lux erit. *Habac.* 3.

Ant. 5. a. Mirábilis poténtia ipſíus, & admirábilis magnificéntia ejus : Quis vidébit eum & enarrábit ? *Eccli.* 43.

Ant. 3. a. Candor eſt lucis ætérnæ, & ſpéculum ſine mácula Dei majeſtátis, & imágo bonitátis illíus. *Sap.* 7.

Ant. 2. D. Eſt ſpecióſior ſole [Sapiéntia,] & ſuper omnem diſpoſitiónem ſtellárum : luci comparáta, invenítur prior. *Sap.* 7.

Capitulum. Philipp. 3.

SAlvatórem expectámus Dóminum noſtrum Je-

ſum Chriſtum, qui reformábit corpus humilitátis noſtræ, configurátum córpori claritátis ſuæ.

Hymnus.

HOc juſſa quondàm rúmpimus
Feſto die ſiléntia:
Celáta dudùm jam decet
Vulgáre nos myſtéria.

MONTIS ſub alto vértice,
Tribus vocátis téſtibus,
O Chriſte, viſus hácténus
Terris homo, pates Deus.

TUÆ latens lucis jubar
Sacros in artus éffluit:
Veſtis tuo te Númine,
Tibique totus rédderis.

CŒLO tonante, prótinùs
Audita ſummi vox Patris,
Te, nube ruptâ, Filium
Quo gloriátur áſſerit.

HIC eſt Magiſter ómnium,
Quem pronus orbis áudiat.
Siléte, mortáles: Deus
Qui nos docet, fatur Deus.

¶ QUI nube ruptâ te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibique, Nate; nec minor
Laus utriúſque Flámini.
Amen.

℣. Accédite ad eum, & illuminámini; ℟. Et fácies veſtræ non confundentur. *Pſ.* 33.

Ad Magníf. A
Póntifex confeſſi
ſtræ Jeſus, ampli
riæ præ Móyſe d
hábitus: Móyſes
fidélis erat in d
tanquàm fámulus
ſtus verò tanquàm
domo ſua. *Hebr.*

Oratio, infrà a
Pro Commem.
Papæ & Mart.
vícerit. ℣. Juſtus
muni, pag. ix. *Or*
nipotens, *pag.* x

AD MATUT

Invitator. Spl
glóriæ Dei, Chri
ſum, * Veníte, a
Hebr. I.

Pſalm. Veníte

Hymnus

FONS lucis
Deus,
Qui nube noſtri
Das temperáti N
Blandâ frui præ

CESSANTE ja
culo,
Quo te premébi
nùs,
Mortále quidqu
ſeras,
Splendóre circ
tur.

REI gerendæ
Fidos ſodáles él
Ut qui tuæ teſte
Teſtes tuæ ſint g

AD aſtra c
meo

n tránſiit ,
óbrutus ,
úſtinet.
. lucem vi-

ɔribus :
ı ſe pavet
pónere.
ɔe ruptâ te

it , laus Pa-

te ; nec mi-

: Flámini.

TURNO.
ſúmit Jeſus
acóbum , &
ducit illos in
ſum ſeórsùm
).
Aſcendit Je-
a , ut oráret.

acta eſt , dum
s vultûs ejus
.
us forma præ
n ; ℟. Diffú-
in lábiis tuis.

le Script. oc-

ſfigurátus eſt
t reſpléndauit
ut ſol ; veſti-
ejùs factaſunt
x. ℣. Mirifi-
nus Sanctum
t. reſpléndauit.
ſ. 4.

℟. *ij.* Si miniſtrátio mortis fuit in glória , ita ut non poſſent inténdere filii Iſrael in fáciem Móyſi propter glóriam vultûs ejus : * Quómodò non magìs miniſtrátio Spíritûs erit in glória ? ℣. Cùm deſcénderet Móyſes de monte , clarificátus eſt aſpectus faciéi ejus ex consórtio ſermónis Dómini. * Quómodò. *II. Cor.* 3. *Exod.* 34.

℟. *iij.* Móyſes ponébat velámen ſuper fáciem ſuam , ut non inténderent filii Iſrael in fáciem ejus : * Nos verò , † Revelátâ fácie , glóriam Dómini ſpeculantes , in eamdem imáginem transformámur. ℣. Velámen , ingreſſus ad Dóminum & loquens cum eo , auferébat donec exíret ; ſed operiébat ille rursùs fáciem ſuam , ſi quando loquebátur ad eos. * Nos verò. Glória. † Revelátâ fácie. *II. Cor.* 3. *Exod.* 34.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. g. Petrus & qui cum Jeſu erant , evigilantes vidérunt majeſtátem ejus. *Luc.* 9.

Ant. 4. E. Ecce apparuérunt illis Móyſes & Elias cum Jeſu loquentes. *Matth.* 17.

Ant. 2. D. Dicébant exceſſum ejus , quem complet

túrus erat in Jeruſalem. *Luc.* 9.

℣. Deus glorificátur in concílio Sanctórum, ℟. Magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt. *Pſ.* 88.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 94. *de Transfig.*

Lectio iv.

APerit Dóminus coram eléctis téſtibus glóriam ſuam, & commúnem illam cum céteris córporis formam tanto ſplendóre claríficat; ut & fácies ejus ſolis fulgóri símilis, & veſtítus candóri nívium eſſet æquális. In qua Transfiguratióne illud quidem principáliter agebátur, ut de córdibus diſcipulórum crucis ſcándalum tollerétur: nec conturbáret eórum fidem voluntáriæ humílitas paſſiónis, quibus reveláta eſſet abſcónditæ excelléntia dignitátis. Sed non minóre providéntiâ ſpes ſanctæ Eccléſiæ fundabátur, ut totum corpus Chriſti agnóſceret, quali eſſet commutatióne donandum: ut ejus ſibi honóris consórtium membra promítterent, qui in Cápite præfulſiſſet.

℟. Factum eſt, cùm diſcéderent Móyſes & Elías ab illo, ait Petrus ad Jeſum: * Præceptor, bonum eſt nos hîc eſſe. ℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abſcondiſti timéntibus te! * Præceptor. *Luc.* 9. *Pſ.* 30.

Lectio v. Cap. 4.

COnfirmandis verò Apóſtolis, & ad omnem ſciéntiam provehendis, ália quoque in illo miráculo acceſſit inſtrúctio. Móyſes enim & Elías, Lex ſcílicet & Prophétæ, apparuérunt cum Dómino loquentes; ut veriſſimè in illa quinque virórum præséntia complerétur quod dictum eſt: In duóbus vel tribus téſtibus ſtat omne verbum. Quid hoc ſtabílius? quid firmius verbo, in cujus prædicatióne véteris & novi Teſtamenti cóncinit tuba, & cum Evangélica doctrína antiquárum proteſtatiónum inſtrumenta concurrunt? Aſtipulantur enim ſibi ínvicem utriúſque fœderis páginæ; & quem ſub velámine myſteriórum præcedéntia ſigna promíſerant, manifeſtum atque perſpícuum præſentis glóriæ ſplendor oſtendit.

℟. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine! * Mélior eſt dies una in átriis tuis ſuper míllia. ℣. Si

imus hîc tria ta-
a, Tibi unum,
ınum, & Elíæ
Mélior eſt dies.
Matth. 17.

› vj. Cap. 5.

rgo ſacramentó-
a. revelatiónibus
póſtolus incitátus,
ſpernens, & ter-
idiens, in æternó-
idérium quodam
piebátur exceſſu;
o totíus viſiónis
, ibi cum Jeſu
nabitáre, ubi ma-
ejus glóriâ læta-
ndè & ait: Dó-
onum eſt nos hîc
vis, faciámus hîc
ernácula, Tibi
Móyſi unum, &
im. Sed huic ſug-
Dóminus non re-
, ſignificans non
ímprobum, ſed
tum eſſe quod cú-
dm ſalvári mun-
Chriſti morte non
& exemplo Dómi-
œ vocarétur cre-
fides, ut licèt
rtéret de beatitú-
omiſſiónibus dubi-
ntelligerémus ta-
er tentatiónes hu-
priùs nobis tole-
poſtulandam eſſe,
óriam: quia tém-
ptiendi non po-

teſt felícitas prævenire re-
gnandi.

℟. Adhuc Petro loquen-
te, ecce nubes lúcida ob-
umbrávit eos: & * Ecce
vox de nube, dicens: †
Hic eſt Fílius meus dile-
ctus, in quo mihi benè
complácui; ipſum audíte.
℣. Intónuit de cœlo Dó-
minus, & Altíſſimus de-
dit vocem ſuam. * Ecce.
Glória Patri. † Hic eſt.
Matth. 17. *Pſ.* 17.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. C. Dum fíeret vox, inventus eſt Jeſus ſolus. *Luc.* 9.

Ant. 7. d. Audientes diſcípuli cecidérunt in fáciem ſuam, & timuérunt valdè. *Matth.* 17.

Ant. 5. a. Acceſſit Jeſus, & tétigit eos; dixítque eis: Súrgite, & nolíte timére. *Matth.* 17.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt: ℟. Et in nómine tuo exultábunt. *Pſ.* 88.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 17.

IN illo témpore: Aſſúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joannem fratrem ejus; & ducit illos in montem excelſum ſeorsùm: & transfigurátus eſt ante eos. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Presbyteri.

Comment. in Matth. libr. 3. cap. 17.

DOminus Scribis & Pharisæis tentántibus ſe, & de cœlo ſigna poſcéntibus, dare nóluit: ſed pravam poſtulatiónem confutávit reſponſióne prudenti. Hîc verò ut Apoſtolórum aúgeat fidem, dat ſignum de cœlo: Eliâ indè deſcendénte quò conſcénderat; quod & Achaz per Iſaíam præcípitur; ut petat ſibi ſignum de excelſo: aut de inferno. Nam quod dictum eſt: Apparuérunt illis Móyſes & Elías cum eo loquentes; & in álio refertur Evangélio eos nuntiaſſe ei quæ Jeroſólymis paſsúrus eſſet; Lex oſténditur & Prophétæ, qui & paſſiónem Dómini, & reſurrectiónem crebris vócibus nuntiârunt.

℟. Deus, qui dixit de ténebris lucem ſplendéſcere, * Ipſe illuxit in córdibus noſtris, ad illuminatiónem ſciéntiæ claritátis Dei in fácie Chriſti Jeſu. ℣. Exortum eſt in ténebris lumen rectis: miséricors, & miſerátor, & juſtus. * Ipſe. *II. Cor. 4. Pſ. 111.*

Lectio viij. Poſt pauca.

VOx de cœlo Patris loquentis auditur, quæ teſtimónium perhíbeat Fílio..... Hic eſt Fílius meus dilectus.... Et audientes diſcípuli, cecidérunt in fáciem ſuam.... Quia humána fragílitas conſpectum majóris glóriæ ferre non ſúſtinet; ac toto ánimo & córpore contremiſcens ad terram cadit. Quantò quis ampliópra quæſíerit, tantò magìs ad inferióra collábitur, ſi ignoráverit menſúram ſuam... Levantes autem óculos ſuos, néminem vidérunt, niſi ſolum Jeſum.... ne ſi Móyſes & Elías perſeveraſſent cum Dómino, Patris vox viderétur incerta, cui potiſſimùm daret teſtimónium. Vident ergo Jeſum ſtantem, ablátâ nube, & Móyſen & Elíam evanuiſſe: quia poſtquàm Legis & Prophetárum umbra diſcéſſerit, quæ velamento ſuo Apóſtolos téxerat; utrumque lumen in Evangélio reperítur.

℟. Accípiens Chriſtus à Deo Patre honórem & glóriam, voce delapsâ ad eum hujuſcémodi à magnífica glória: Hic eſt Fílius dilectus in quo mihi complácui: * Et † Hanc vocem nos audívimus, cùm eſſémus cum ipſo in monte ſancto. ℣. Ecce oſtendit nobis Dóminus Deus noſter majeſtátem & magnitúdinem ſuam: vocem ejus audívimus. * Et. Glória. † Hanc. *II. Petr. 1. Deut. 5.*

Di

mílites non périmi, ſed coronári.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. *toni*, G.

FIlii Sion, exultáte, & lætámini in Dómino Deo veſtro, quia dedit vobis Doctórem juſtítiæ. *Joel*, 2.

Ant. 4. f. Ecce teſtem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus. *Iſ.* 55.

Ant. 7. d. Ipſum audiétis juxta ómnia quæcumque locútus fúerit vobis. *Act.* 3.

Ant. 5. a. Ponam.

Canticum. Dan. 3.

BEnedíctus es, Dómine Deus patrum noſtrórum; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

Et benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum; * & laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis.

Benedíctus es in templo ſancto glóriæ tuæ; * & ſuperlaudábilis, & ſupergloríóſus in ſécula.

Benedíctus es in throno regni tui; * & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula.

Benedíctus es, qui intuéris abyſſos, & ſedes ſuper Chérubim; * & laudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula.

Benedíctus es in firmamento cœli; * & laudábi-

lis, & gloriósus in ſécula.
Glória Patri.

Ant. Ponam verba mea in ore ejus, loquetúrque ómnia quæ præcépero illi. *Deut.* 18.

Ant. 3.*a.* Qui verba ejus quæ loquétur in nómine meo, audíre nolúerit, ego ultor exiſtam. *Deut.* 18.

Capitulum. II. Petr. 1.

NOn doctas fábulas ſecúti, notam fécimus vobis Dómini noſtri Jeſu Chriſti virtútem & præséntiam: ſed ſpeculatóres facti illíus magnitúdinis.

Hymnus.

QUam nos potenter állicis!
Te, Chriſte, quandò détegis,
Te quandò celas, próvidus
Nobis peræquè cónſulis.

Hic nos adoptat filios,
Qui te vocávit Filium:
Sponſor futúræ glóriæ
Dat certa nobis pígnora.

E nube quid, Pater, probas?
De monte quid, Fili, doces?
Umbris procul cedéntibus
Reſtábat una Véritas.

Ut juſſa Patris ímpleas,
Mactanda mundo víctima,
Formam reſúmens príſtinam,
Mortalitáti rédderis.

Fac, Chriſte, qui nobis lates,
Obſcúra dùm regit fides;
Fracto ſolútos córpore,
Nos te vidére, te frui.

Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri,
Tibíque, Nate; nec minor
Laus utriuſque Flámini.
Amen.

℣. Dómine Deus meus, magnificátus es vehementer; ℟. Confeſſiónem & decórem induiſti, amictus lúmine ſicut veſtimento. *Pſ.* 103.

Ad Bened. *Ant.* 1. *T.* Date Dómino glóriam nómini ejus: veníte in conſpectu ejus, & adoráte Dóminum in decóre ſancto. *I. Paral.* 16.

Oratio.

DEus, qui fidei ſacramenta in Unigéniti tui glorióſa Transfiguratióne, Patrum teſtimónio roboraſti; & adoptiónem filiórum perfectam, voce delapsâ in nube lúcida, mirabíliter præſignaſti; concéde propítius, ut ipſíus Regis glóriæ nos cohærédes efficias, & ejuſdem glóriæ tribuas eſſe conſortes; Per eumdem Dóminum.

Pro Commem. S. Xyſti, Ant. Bonum certámen. ℣. Cantábo. *Oratio.* Omnípotens. *in Communi unius Martyr. pag.* xv. & xiv.

HORAS.

ıorum Doxologia:
ı, nube ruptâ, te
ıllàm
ı vocávit, laus Pa-
i,
ıe, Nate; nec minor
.triuſque Flámini.
men.

PRIMAM.

ı. G. Fílii Sion.
℟. br. Qui accepiſti
Patre honórem &
n. II. Petr. 1.

TERTIAM.

4. f. Ecce teſtem.
ıitulum. Iſ. 42.
e Servus meus; ſuſ-
ɔiam eum: electus
complácuit ſibi in
ıima mea; dedi ſpí-
meum ſuper eum:
um géntibus prófe-

br. Hic eſt Deus no-
æternum * Et in sé-
séculi. ℣. Ipſe reget
sécula,* Et. Glória.
t. Pſ. 47.
ſedes tua, Deus, in
m séculi; ℟. Virga
ıónis virga regni tui.

SEXTAM.

t. 7. d. Ipſum au-

pitulum. Act. 7.
Oyſes dixit fíliis Iſ-
rael: Prophétam ſu-
it vobis Deus de frá-
veſtris, tanquàm
me, ipſum audiétis.

℟. br. Conſtitútus ſum à Dómino * Super Sion montem ſanctum ejus. ℣. Prædicans præceptum ejus, Super. Glória. ℟. Conſtitútus ſum.

℣. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu; ℟. Ego hódiè génui te. Pſ. 2.

AD NONAM.

Ant. 3. *a.* Qui verba ejus.

Capitulum. Hebr. 2.

SI qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prævaricátio & inobediéntia accépit juſtam mercédis retributiónem: quómodò nos effugiémus, ſi tantam neglexérimus ſalútem?

℟. br. Hódiè * Si vocem Dómini audiéritis. ℣. Nolíte obduráre corda veſtra, * Si vocem Dómini audiéritis. Glória. ℟. Hódiè. Pſ. 94.

℣. Juſtítia illíus in fílios filiórum, ℟. His qui ſervant teſtamentum ejus. Pſ. 102.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. *toni*, c.

FIlii Dei ſumus: ſcimus quóniam cùm appárúerit, símiles ei érimus. I. Joann. 3.

Ant. 2. D. Si commórtui ſumus, & convivémus:

ſi ſuſtinébimus, & conregnábimus. *II. Tim.* 2.

Ant. 1. f. Vidémus nunc per ſpéculum in ænígmate: tunc autem fácie ad fáciem. *I. Cor.* 13.

Ant. 3. c. Sicut portávimus imáginem hóminis terréni, portémus & imáginem cœleſtis. *I. Cor.* 15.

Ant. 5. a. Non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. *Rom.* 8.

Capitulum. I. Petr. 4.

COmmunicantes Chriſti paſſiónibus gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultantes.

Hymnus. Quàm nos. *in Laudibus, pag.* 590.

℣. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum; ℟. Quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei! *Pſ.* 41.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Vocávit nos Deus vocatióne ſuâ ſanctâ, ſecundùm grátiam quæ manifeſtáta eſt nunc per illuminatiónem Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. *II. Tim.* 1.

Oratio, Deus, qui, *ſuprà ad Laudes, pag.* 590.

DIE IX.

In Vigilia S. LAURENTII.

Officium de Feria occurr. exceptis quæ ſequuntur.

Ad Noct. *Lect. de Script. occurr. è tribus duæ.* ℟℟. *de Tempore.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 16.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Si quis vult poſt me veníre, ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 96. *de Verbis Evang. aliàs Serm.* 47. *de diverſis.*

DUrum vidétur & grave quòd Dóminus imperáverit ut, ſi quis eum vult ſequi, ábneget ſeipſum. Sed non eſt durum, nec grave quod ille ímperat, qui ádjuvat ut fiat quod ímperat. Nam & illud verum eſt quod ei dícitur in Pſalmo: Propter verba labiórum tuórum, ego cuſtodívi vias duras; & illud verum eſt quod ipſe dixit: Jugum meum leve eſt & onus meum leve eſt. Quidquid enim durum eſt in præceptis, ut ſit lene, cáritas facit.

℟. Qui non áccipit crucem ſuam, & ſéquitur me, non eſt me dignus: [omnis autem] qui invenit ánimam ſuam, perdet eam; * Et † Qui perdíderit áni-

propter me, in-
i. ℣. Qui sémi-
rymis, in exul-
tent; * Et. Gló-
Qui perdíderit.
. Pſ. 125.
tiph. ad Benedi-
umitur ex Pſal-
tur Preces flexis

ratio.
, Dómine, ſup-
iónibus noſtris;
ióne beáti Lau-
tyris tui, cujus
s feſtivitátem,
nobis miſeri-
enignus impen-
ominum.
unt Commemor.

IORAS.
lexis genibus.
Adeſto, ut ſuprà.
: E X.
Feſto
RENTII,
& Martyris.
III. Claſſis.
le Comm. unius
pag. viij. exce-
uuntur.
IS VESPERIS.
ymnus.
quò tendis, Pa-

e, pergis, Pón-

net víctimam,
niſtro, quid pa-

LEVITA, qui juſſu tuo
Chriſti propínat ſángui-
nem,
Litáre promptus & ſuum
Ibit comes Lauréntius.
AUDIRIS; è cœlo Deus
Majóra ſpondet prælia:
Brevi ducem nec dégener
Patrem ſequéris fílius.
OBLATA Chriſto mú-
nera,
Opes ſibi tot créditas,
Quas rex avárus éxigit,
Cuſtos fidélis dénegát.
ADDIT preces, addit
minas:
Minæ precéſque nil mo-
vent:
Non hos profánas in ma-
nus
Veníre theſauros ſinet.
MONSTRANS egentûm
ſquállidos,
Quos ipſe paſcébat, gre-
ges:
Hæc turba, dixit, quas
ſitis,
Opes olympo tránſtulit.
ÆTERNE cunctórum Pa-
ter,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Soli tibi ſit glória.
Amen.
℣. Diſperſit, dedit pau-
péribus; ℟. Juſtítia ejus
manet in séculum séculi.
Pſ. 111.
Ad Magníf. Ant. 2. D.
Ignem ardentem extinguit
aqua, & eleemóſyna reſi-
ſtit peccátis: & Deus pro-

ſpector eſt ejus qui reddit grátiam; & in témpore caſûs ſui invéniet firmamentum. *Eccli.* 3.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

FRustra parantur cómpedes,
Armáta plumbo vérbera;
Et rubra crates ígnibus,
Ardens cubíle ſtérnitur.

Christi pugil, lætus mori,
Pœníſque magnis débitus,
Hanc irretorto lúmine,
Pompam dolórum réſpicit.

Nudos in artus ſæviunt:
Sciſſæ flagris carnes volant:
Tortóris ad faſtídium
Truncus jacens relínquitur.

Sed ille, fracto córpore,
Serváre pectus íntegrum:
Suo cruóre tíngitur
Luſtranda flammis víctima.

Æterne cunctórum Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Soli tibi ſit glória.
Amen.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Sermo 83.

Lectio iv.

CUm furor gentílium poteſtátum in electíſſima quæque Chriſti membra ſæviret, ac præcípuè eos qui órdinis erant Sacerdotális, impéteret; in Levítam Lauréntium, qui non ſolùm in miniſtério Sacramentórum, ſed étiam diſpenſatióne eccleſiáſticæ ſubſtántiæ præeminébat, ímpius perſecútor efférbuit: dúplicem ſibi prædam de unius viri comprehenſióne promittens, quem ſi feciſſet ſacræ pecúniæ traditórem, fáceret étiam veræ religiónis exortem. Armátur itaque géminâ face homo pecúniæ cúpidus, & veritátis inimícus; avarítiâ, ut rápiat aurum; impietáte, ut aúferat Chriſtum. Póſtulat ſibi ab immaculáto ſacrárii Præſule opes eccleſiáſticas, quibus avidíſſimus inhiábat, inferri. Cui Levíta caſtíſſimus, ubi eas repóſitas habéret, oſtendens; numeroſíſſimos ſanctórum paúperum óbtulit greges, in quorum victu atque veſtítu inamiſſíbiles condíderat facultátes, quæ tantò intégriùs erant ſalvæ, quantò ſánctiùs probabantur expenſæ.

Lectio v. Cap. 3.

FRemit ergo prædo fruſtrátus, & in ódium religiónis quæ talem divitiárum uſum inſtituiſſet, ardeſcens, direptiónem theſauri potióris aggréditur,

:m nullam dena-
ubſtántiam repe-
illud depóſitum
itiùs erat dives,
Renuntiáre Chri-
Intium jubet, &
iam illam Levíti-
ortitúdinem diris
gére ſuppliciis.
ubi prima nihil
, vehementióra
t. Láceros artus,
vérberum ſectió-
ſſos, ſubjecto præ-
e torréri: ut per
rream, quæ jam
e contínuo vim in
t urendi, conver-
ternâ mutatióne
um, fíeret cru-
heméntior, & pœ-
ctior.

o vj. Cap. 5.

·óbtines, nihil
ficis, ſæva crudé-
otráhitur inventis
ria mortális; &
o in cœlos abeun-
ficis. Flammis tuis
caritátis Chriſti
non pótuit; & sé-
it ignis qui foris
àm qui intùs ac-
ævíſti, perſecú-
mártyrem: ſævi-
auxíſti palmam,
eras pœnam. Nam
ad victóriæ gló-
énium tuum répe-
ndò in honórem
nt triumphi, étiam
nta ſupplícii: Gau-

deámus ígitur, dilectíſſimi, gaúdio ſpiritáli; & de feliciſſimo ínclyti viri fine gloriémur in Dómino, qui eſt mirábilis in Sanctis ſuis, in quibus nobis & præsídium conſtítuit & exemplum: atque ità per univerſum mundum clarificávit glóriam ſuam, ut à ſolis ortu uſque ad occáſum, Leviticórum lúminum coruſcante fulgóre, quàm clarificáta eſt Hieroſólyma Stéphano, tam illuſtris fíeret Roma Lauréntio.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis, Niſi granum frumenti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mórtuum fúerit, multùm fructum affert. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Sermo 305. n. 26.

AGnoſcit fides veſtra granum, quod in terram cécidit, & mórtuum multiplicátum eſt. Agnoſcit, inquam, hoc granum fides veſtra, quia ipſum hábitat in mente veſtra. Hoc enim quòd de ſeipſo díxerit Chriſtus, nullus ámbigit Chriſtiánus. Sed

planè illo mórtuo grano & multiplicáto, multa grana ſunt ſparſa in terram: ex quibus eſt & beátus Lauréntius, cujus ſeminatiónem hódiè celebrámus.

Lectio viij.

DE illis autem granis ſparſis toto orbe terrárum, quanta pulluláverit ſeges vidémus, gaudémus, ſumus: ſi tamen & nos per illíus grátiam ad hórreum pertinémus. Neque enim ad hórreum pértinet quidquid in ſégete eſt. Eadem quippè plúvia útilis & nutritória, & tríticum paſcit & páleam. Abſit ut ſimul utrumque in hórreo recondátur, quamvis ſimul utrumque in agro nutriátur, & ſimul utrumque in área triturétur.

Lectio ix. §. 1. & 2.

NUnc tempus eligendi eſt. Antequàm véniat ventilátio, fiat morum ſeparátio; ſicut in área, granum adhuc mundatióne diſcérnitur, nondùm ventilábro último ſeparátur. Audíte me, grana ſancta, quæ hîc eſſe non dúbito: nam ſi dúbito, nec ipſe granum ero: audíte, inquam, me, imò audíte primum granum per me. Non amétis in hoc ſéculo ánimas veſtras: nolíte amáre, ſi amátis, ut non amando ſervétis; quia non amando plus amátis. Qui amat in hoc ſéculo ánimam ſuam, perdet eam. Granum lóquitur: granum quod in terram cécidit, & mortificátum eſt ut multiplicarétur, lóquitur: audiátur, quia non mentítur. Quod admónuit, ipſe fecit: inſtruxit præcepto, præceſſit exemplo.

AD LAUDES.

Hymnus.

NONDUM ſatis dignum Deo
Chriſti probaſti mílitem,
Tyranne: cruda ſint tui
Furóris hæc prælúdia.

IMPOSTA membra crátibus
Ardente prunâ férvidis
Deſpectat exultans, ſuo
Et ipſe plaudit fúneri.

ALTIS medullis íntimus
Toſtos per artus it dolor:
Menti Deus ſed íntimæ
Præſens dolórem témperat.

DUM corpus in flammas abit,
Mens intùs ardet fórtior:
Sacris profános cómprimens
Ignes retundit ígnibus.

CORPUS peruſtum Mártyris
Horret vel ipſe cárnifex:
Sed thuris inſtar dùm perit,
Deo litátur grátiùs.

FLAMMIS in ipſis, ceu roſis
Viſus ſibi quiéſcere:

yranne, páſcere,
dixit, víſcera.
inter ardentes ro-

dolóris ábſtulit?
ipè potus ébrium
Dei jam fécerat.
ra, quæ Deo pla-
,
ibáta víctima!
ſacris urat Deus,
lagrábas, ígnibus.
ine cunctórum Pa-
,
Fili par Patri,
trique Spíritus,
ſit glória. Amen.
troíbo in domum
holocauſtis; ℟.
tibi vota mea.

lened. *Ant. 6.* F.
nea denigráta eſt
e, & oſſa mea aru-
æ caúmate. *Job.* 30.
Oratio.
nobis, quæſumus,
nípotens Deus, vi-
noſtrórum flam-
ínguere, qui beáto
io tribuiſti tormen-
nórum incéndia ſu-
Per Dóminum.
. VESPERAS.
mus. Nondùm ſa-
ſuprà ad Laudes.
ne me examinaſti,
non eſt inventa in
uitas. *Pſ.* 16.
Magníf. *Ant.* 1. J.
bor tibi, quóniam
i me, ſecundùm

multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui, à preſſúra flammæ quæ circúmdedit me. *Eccli.* 51.

Commemor. S. Gaugerici, Epiſc. Ant. Ipſum. ℣. Elégit, *pag.* xxvj. *Orat.* Da, quæſumus, *p.* xxxij.

Deindè S. Tiburtii, Martyr. Ant. Qui vícerit. ℣. Juſtus, *pag.* ix. *Orat.* Deus, qui beátum, *pag.* xv.

Die XI.

In Feſto S. GAUGERICI, Cameracenſis Epiſcopi.

Simplex.

De Communi SS. Pontif. pag. xxv. *Orat.* Da, quæſumus, *pag.* xxxij.

Lectio iij.

Gaugericus Epúſio in caſtro ad fines Trevirórum vetérrimo, paréntibus cathólicis atque honeſtis natus eſt. Ab iis primas lítteras edoctus, cùm in ſapiéntia plúrimùm profíceret à Magnerico Trevirórum Epíſcopo, qui dùm ſuam diœcéſim obit, eò loci vénerat, tonsúrâ Clericáli initiátus eſt, & ad Diaconátum póſteà promótus. Cùm, orandi causâ, loca ſacra adíret, íncidit in hóminem pagánum leprâ laborantem; cui cùm in ánimo Evangélicæ doctrínæ deſidérium accendiſſet, tum morbi curatiónem, tum ſanctam Bapti-

ſmi medicínam cóntulit. * Hic enim ab utrâque córporis & ánimi leprâ ita curátus, lítteris primùm imbútus eſt, ac deindè Mónachus, poſtéaque Présbyter eſt factus. Intereà cùm Gaugérici fama longè latéque percrebuiſſet, poſt mortem Vedulfi Cameracenſis Epíſcopi, à pópulo Cleróque poſtulátus eſt, ut in mórtui Pontíficis locum ſuccéderet: quem, jubente Childeberto Auſtraſiórum rege, Ægídius Remenſis Metropolitánus ſine mora conſecrátum ad viduátam Eccléſiam miſit. * Multa memorantur ab eo facta miràcula: curáti précibus ejus morbi quamplúrimi; idóla ſæpíſſimè, eo concionante, everſa ac ſuccíſa. Tandem annis triginta novem in Epiſcopátûs labóribus tranſactis, in Dómino obdormívit tértio Idus Auguſti, anno tricéſimo ſexto Clotárii regis, qui pauló antè plúrimam ei pecúniam déderat, quæ paupéribus dividerétur. Sepultus eſt in Basílica quam ſimul cum adjuncto monaſtério in monte urbi vicíno ſub invocatióne ſancti Medardi condíderat. ❡ Cólitur hâc eâdem die ſanctus Tibúrtius, quem ſanctus Sebaſtiánus in fide erudíerat, quique Romæ in via Lavicána, Fabiáno júdice, gládio martyrium conſummávit.

Commemor. S. Tiburtii, Mart. Ant. Bonum. ℣. Cantábo. *Orat.* Deus, qui beátum, *pag.* xv. *&* xiv.

Vesp. *de Feria, à Capit. de S. Clara Virgine, ut in Communi, p.* lxviij. *Orat.* Omnípotens, *infrà.*

D i e XII.

In Feſto

SANCTÆ CLARÆ, Virginis, Primæ Abbatiſſæ Clariſſarum.

Simplex.

De Communi Virginum, pag. lxviij.

Oratio, infrà ad Laudes.

Lectio iij.

Clara, nóbilis génere, nata Aſsiſii in Umbria, facultátibus in páuperes erogátis, século renuntiávit, ſancti Franciſci adhortatiónibus permóta, à quo tonſis pro more religióſo capillis, ſacram veſtem accépit. Multas ejuſdem inſtitúti sócias, ac præ céteris Hortulánam matrem & ſoróres ſibi adjunxit. Arctiórem vitæ ratiónem amplexa, mirábili vixit ſanctitáte. * Paupertátis adeò amans fuit, ut, ne monaſtérium poſſeſſiónes habéret, ipſi étiam Gregório nono ſufficientes réditus aſſignáre volenti, obſtíterit. Saracénis, juſſu Frideríci Imperatóris, Aſsiſium

obſidéntibus, & monaſtérium, cui illa præerat, jamjam invasúris, infirma ad portam duci vóluit, ſimúlque præferri cápſulam argénteam ébore inclúſam, in qua ſacratíſſima Euchariſtia ſervabátur: nec oráre déſtitit, úſquedùm Saracéni divínitùs térriti effugiſſent.** Paulò pòſt jejúniis, oratiónibus vigilíiſque conſecta, cùm annis duóbus & quadraginta monaſtérium ſummâ cum laude rexiſſet, inſtante morte, poſt Viáticum à Cardinále Oſtienſi acceptum ánimam Deo réddidit tértio Idus Auguſti. Ejus exéquiis intérfuit Innocéntius quartus, qui ægrotantem inviſerat, & ſuppliciter petenti peccatórum indulgéntiam fuerat impertítus. Alexander quartus, Innocéntii ſucceſſor, eam inter ſanctas Vírgines rétulit.

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui mundi contemptum te diligéntibus inſpiraſti; da nobis in feſtivitáte beátæ Claræ Vírginis, ejus interceſſióne terréna deſpícere, & tibi firmiter adhærére; Per Dóminum.

Vesperæ *de ſequenti :* *Commemoratio SS. Hippolyti Presb. & Caſſiani, Mart. Ant.* Cùm vos óderint. ℣. Multæ, *pag.* xviij. *Oratio,* Da nobis, *ut infra.*

DIE XIII.

Stæ RADEGUNDIS, Francor. Reginæ & Viduæ.

Semiduplex.

De Communi SS. Mulierum, pag. lxxix. *Orat.* Deus, in quem, *p.* lxxxv.

Lectio iij.

Radegundis, fília Bertharii Toringórum Príncipis, Clotárii primi ex captívâ conjux, beneficéntiam in paúperes, vigílias ſtatas, & crebras oratiónes, cilícii uſum, vini abſtinéntiam, jejúnia, ſummam dénique vitæ aſperitátem cum régia dignitáte conjunxit. Occíſo fratre juſſu Clotárii, ipſo permittente, ab aula diſcédens, ſanctum Medardum ádiit; cúmque monáſticam veſtem ſuſcepiſſet, in Diáconam ab eo benedicta eſt. * Pictávos profecta, ibi ex munificéntia Regis, monaſtérium Vírginum ſub régula ſancti Cæſárii Arelatenſis cóndidit: impetravítque póſteà à concílio Turonenſi ſecundo Congregatiónis ſuæ tutélam & confirmatiónem. Cœnóbio ſorórem Agnétem Abbatiſſam præfécit, quam conſecrávit ſanctus Germánus Pariſienſis. ** Eâ autem pietáte Radegundis ſacrifícium Eucharíſtiæ proſe-

quebátur, ut in illíus uſu panes própriis mánibus conficeret, quos diverſis ſuppeditábat Eccléſiis: ac, præter cétera pietátis offícia, id illi máximè curæ erat, ut pro Régibus indeſinenter preces fierent in monaſtério. Abiit ad Dóminum anno quingentéſimo octogéſimo séptimo. Ejus corpus terræ mandávit Gregórius Turonenſis, occupáto in Diœcéſi obeunda Merovéo Pictavenſi; cui tamen reſervátum eſt, ut reverſus Miſſam celebráret, tumulóque opérculum impóneret.

De SS. Hippolyto & Caſſiano, Martyrib.
Lectio iij.

HIppólytus, Présbyter Románus, Novatiáni ſchíſmate implícitus, cùm ad júdicem ob chriſtiánam profeſſiónem raptus, interrogarétur à plebe, quid de Novatiáno ſentiendum eſſet, reſpondit: Fúgite execranda Novatiáni ſchíſmata; réddite vos pópulo Cathólico. Una fides eſt, éaque antíqua quam Cáthedra Petri rétinet. Quæ dócui, piget docuiſſe; & jamjam moritúrus pro Chriſto, vídeo me deceptum fuiſſe. Sic unitáti Cathólicæ rédditus, póſteà martyrio coronátus eſt. Júdici enim apud óſtia Tiberína oblátus, ut Chriſtianórum caput, duóbus equis indómitis fune alligári juſſus eſt; qui per ſilvas, ſaxa & ſepes tamdiù Mártyrem raptárunt, donec membris ómnibus diſruptis & hùc illùc projectis, ánimam efflaret. Cùm equis alligarétur, último hæc vox ejus audíta eſt: Hi rápiunt artus; tu, Chriſte, ánimam ſúſcipe. Lácera membra à chriſtiánis collecta Romam advecta ſunt, & extra muros in crypta cóndita. Ibi extructa Basílica ab ómnibus hác die frequentabátur. Illam ádiit & ipſe Prudéntius qui Martyrium Hippólyti ſcripto cármine cécinit; multaque ſe ſancto Mártyri debére teſtátus eſt. Sub Gallo aut Valeriáno paſſus eſt. Eódem die celebrátur memória ſancti Caſſiáni qui, cùm adoráre idóla noluiſſet, apud Forum Cornélii viâ Æmíliâ, vinctis poſt terga mánibus, puerórum quos erudiébat férreis ſtilis configendus excarnificandúſque tráditus eſt. Quorum quantò erat infirmior vis, tantò ejus pœna martyrii grávior fuit ac diutúrnior, pálmaque illúſtrior.

Oratio. Deus, in quem, *in Communi, pag.* lxxxv.

Deindè fit Commemo. SS. Hippolyti & Caſſiani.

ne. Beáti. ℣. Salus, *pag.* iij.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, intercedén-tibus ſanctis Martyribus is Hippólyto & Caſſiáno, tua fide conſtántiam; in caritáte divína firmá-, nullis tentatiónibus ab iſdem fídei integritáte vellámur; Per Dóminum.

Die XIV.

In Vigilia

ASSUMPTIONIS

Beatæ Mariæ Virginis.

¶ *Si venerit in Dominica, Officium fit de Dominica uſque ad Verſiculum tertii Nocturni excluſivè: reliqua de Vigilia; id eſt vij. & viij. Lect. de Evang. Vigiliæ, cum Homilia Venerab. Bedæ, Presb.* Magnæ, *infrà, diviſione factâ ad Aſteriſcum *. Lectio ix. de Evangelio & Homilia Dominicæ occurr. pro* ℟. *vij.* Defécit. *pro* ℟. *viij.* Beátus. *infrà, pag.* 601 *&* 602. *dicitur* Te Deum.

Ad Laudes & Horas, Pſalmi de Dominica ſub Antiphonis quæ ſequuntur.

Antiphona 2. *toni*, D.

LAus mea tu es, Dómine: diem hóminis non deſiderávi; tu ſcis. *Jer.* 17.

Ant. 3. a. Nomen tuum, Dómine, & memoriále tuum in deſidério ánimæ: ánima mea deſiderávit te. *Iſ.* 26.

Ant. 8. g. Attenuáti ſunt óculi mei ſuſpicientes in excelſum, Dómine. *Iſ.* 38.

Super Canticum, Laudáte Dóminum Deum, *ut in Officio parvo B. M. V. p.* cvij.

Ant. 5. a. Cunctis diébus quibus nunc mílito, expecto donec véniat immutátio mea. *Job.* 14.

Ant. 4. E. Quis mihi det te, ut invéniam te foris, & jam me nemo deſpíciat. *Cant.* 8.

Cetera de Vigilia, ut infrà; & fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

¶ *Si autem Vigilia venerit in Feriis, Officium fit ut ſequitur.*

AD MATUTINUM.

Invit. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Pſalm. Veníte, *pag.* 2.

Hymn. O quàm glorificâ, *in Officio B. M. in Sabb. pag.* xciv.

Pſalmi & Antiphonæ de Feria occurrente.

℣. Sitívit in te ánima mea, ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea! *Pſ.* 62.

Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Defécit caro mea & cor meum. * Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. ℣. Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid vo-

lui ſuper terram? * Deus. *Pſ.* 72.

℟. *ij.* Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum. * Quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei! ℣. Quemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum, ita desíderat ánima mea ad te, Deus.* Quandò. *Pſ.* 41.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio iij. Cap. 11.

IN illo témpore: Loquente Jeſu ad turbas, extollens vocem quædam múlier de turba dixit illi: Beátus venter qui te portávit! Et réliqua.

Homília Venerábilis Bedæ Presbyteri.

In Luc. Cap. 11.

MAgnæ devotiónis & fidei hæc múlier oſténditur, quæ Scribis & Phariſæis Dóminum tentántibus, ſimul & blaſphemántibus, tantâ ejus incarnatiónem præ ómnibus ſinceritáte cognoſcit, tantâ fidúciâ confitétur, ut & præséntium prócerum calúmniam & futurórum confundat hæreticorũ perfídiam. Nos ígitur, his contra Eutychen dictis, extollámus vocem cum Eccléſia Cathólica, cujus hæc múlier typum geſſit: extollámus & mentem de médio turbárum, dicamúſque Salvatóri: Beátus venter qui te portávit; & úbera quæ ſuxiſti. Verè enim beáta parens quæ, ſicut quidam ait: Enixa eſt puérpera Regem, Qui cœlum terrámque tenet per ſécula: cujus Numen & æterno compléctens ómnia gyro Impérium ſine fine manet, quæ ventre beáto Gaúdia matris habens cum virginitátis honóre, Nec primam ſímilem viſa eſt, nec habére ſequentem. * At ille dixit: Quinímò, beáti qui aúdiunt verbum Dei, & cuſtódiunt. Pulchrè Salvátor atteſtatióni mulíeris annuit, non eam tantùmmodò quæ Verbum Dei corporáliter generáre merúerat, ſed & omnes qui idem Verbum ſpirituáliter audítu fidei concípere, & boni óperis cuſtódiâ, vel in ſuo, vel in proximórum corde párere, & quaſi álere ſtudúerint, aſſevérans eſſe beátos: quia & eádem Dei génitrix & inde quidem beáta, quia Verbi incarnandi miniſtra eſt facta temporális; ſed indè multò beátior, quia ejuſdem ſemper amandi cuſtos manébat ætérna.

℟. *iij.* Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti! Jeſus dixit: Quinímò * Beáti qui aúdiunt verbum Dei, & cuſtódiunt

Nihil méliùs eſt
or Dei; & nihil
iam reſpícere in
Dómini. * Beáti
ia Patri. * Beáti.
Eccli. 23.

AUDES.

miduplex.

de Feria, cum
udáte Dóminum
n Officio parvo
p. cvij. *ſub una*
. G. Cunctis dié-
is nunc mílito,
lonec véniat im-
mea. *Job.* 14.
lum. Cant. 5.
amíca mea, ſpe-
nea, & veni: co-
ea, in foramíni-
, in caverna ma-
ſtende mihi fá-
n.
O glorióſa Cœli-
fficio parvo B.M.
cviij.
s dabit mihi pen-
columbæ; ℟. Et
requieſcam. *Pſ.*

nœd. *Ant.* 2. D.
ie flóribus, ſtipá-
lis, quia amóre
Cant. 2.

Oratio.

, qui virginálem
um beátæ Mariæ
quiéſceres, elíge-
tus es; da nobis
ónis ejus ſolém-
veniéntibus, di-
gnum in córdibus noſtris habitáculum tuæ præparáre majeſtáti; Qui vivis.

AD HORAS.

Duplex.

Hymnorum Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempitérna ſécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Laus mea.

In ℟. *brev.* ℣. Qui natus es de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Nomen tuum.

Capitulum. Prov. 13.

Spes quæ differtur, afflígit ánimam: lignum vitæ deſidérium véniens.

℟. *br.* Heu mihi! Dómine, * Incolátus meus prolongátus eſt! ℣. Multùm íncola fuit ánima mea. * Incolátus meus prolongátus eſt. Glória. Heu mihi! *Pſ.* 119.

℣. Sitívit in te ánima mea: ℟. Quàm multipliter tibi caro mea! *Pſ.* 41.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G. Attenuáti ſunt.

Capitulum. Thren. 3.

Oculus meus afflíctus eſt, nec tácuit, eò quòd non eſſet réquies, donec reſpíceret & vidéret Dóminus de cœlis.

℟. *br.* In ſalutáre tuum, Dómine, * Defécit ánima

mea. ℣. Et in verbum tuum ſuperſperávi: * Defécit ánima mea. Glória. Patri. In. *Pſ.* 118.

℣. Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, ℟. Dicentes, Quandò conſolá-beris me? *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Quis mihi det.

Capitulum. Tob. 3.

NUnc, Dómine, ſecundùm voluntátem tuam fac mecum, & præcipe in pace récipi ſpíritum meum: expedit enim mihi magìs mori quàm vívere.

℟. *br.* Educ de cuſtódia ánimam meam * Ad confitendum nómini tuo. ℣. Me expectant juſti donec retríbuas mihi, * Ad confitendum nómini tuo. Glória. Educ. *Pſ.* 141.

℣. Mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: ℟. Lábia mea laudábunt te. *Pſ.* 62.

DIE XV.

IN ASSUMPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

ANNUALE.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Antiphona, 4. *toni*, E.

ADjúro vos, Fíliæ Jerúſalem, ut nuntiétis dilecto meo, quia amóre lángueo. *Cant.* 5.

Ant. 5. a. Totus deſiderábilis eſt dilectus meus: & ipſe eſt amícus meus, Fíliæ Jerúſalem. *Cant.* 5.

Ant. 1. D. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea: proptéreà expectábo eum. *Thren.* 3.

Ant. 6. F. Quis mihi tríbuat ut cognoſcam & invéniam illum, & véniam uſque ad ſólium ejus? *Job*, 23.

Ant. 7. G. Oſculétur me ósculo oris ſui. Trahe me: ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decórus. *Cant.* 1.

m. Iſ. 62.
óna glóriæ in
)ómini, & dia-
in manu Dei
omplácuit Dó-
& gaudébit ſu-
tuus.
ı pétii à Dómi-
:quíram : * Ut
n domo Dómi-
s diébus vitæ
deam voluptá-
i,&víſitem tem-
℣. Mihi mori
idérium habens
eſſe cum Chri-
ória. ℟. Unam.
Pſ. 16.
mnus.
æthérei, plaú-
:, cives :
illà dies clara
›ho,
m plácidâ mor-
ıtam
eâ ſúſcipit aulâ.
n, Virgo, tibi
rependit!
ıas éxplicat om-
eſtíeras carne,
m
ı próprio lúmi-
ſtit.
o látuit carnis,
sátiat Núminis
ı :
irgíneo lacte ci-
ibi dat ſe Deus
.

O CONCESSA tibi quanta poteſtas!
Per te quanta venit grátia terris!
Cunctis Cœlítibus célſior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonante.
QUÆ Regína ſedes próxima Chriſto,
Alto de sólio vota tuórum
Audi; namque potes flécere Natum
Virgo mater; amas nos quoque natos.
DIVINÆ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. In juſtítia apparébo conſpéctui tuo, Dómine, ℟. Satiábor cùm apparúerit glória tua. *Pſ.* 16.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Pone me ut ſignáculum ſuper cor tuum, quia fortis eſt ut mors diléctio. *Cant.* 8.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

Ant. 4. d. Ego dilecto meo, & ad me convérſio ejus. *Cant.* 7.

Hymn. Virgo, Dei génitrix, *pag.* xciv.

Ad Nunc dim. *Ant.* 8. G. Ego dórmio, & cor meum vígilat: vox dilecti mei

pulſantis: ſurrexi, ut aperírem dilecto meo. *Cant.* 5.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem ſurgentem in occurſum Matris, * Veníte, adorémus. *III. Reg.* 2.

Pſalm. Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

PARATA cùm te póſcerent,
O Virgo, cœli præmia;
Purum ſacrátis ártubus
Amor reſolvit ſpíritum.

SED victa partu mors tuo,
Te labis expertem nequit,
Suis nec audet ſtríngere
Vitæ parentem néxibus.

O QUALIS inter óbvios
Regína ſcandit Cœlites!
Quàm pulchra, celſæ próxima
Sedi Tonantis áſſidet.

AMICTA Sole fémina,
Lunámque ſubjectam premens:
Biſséna cui cingunt caput
Fulgóre miro sídera.

O TU, clientûm cui preces,
Cui vota cordi, Júdicem
Præbére nobis, quod potes,
Patróna, placátum velis.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Officio parvo, B. M. V. pag. cj.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Ecce tu pulchra es, amíca mea: ecce tu pulchra es: óculi tui columbárum. *Cant.* 1.

Ant. 5. a. Indue te decóre & honóre ejus quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ glóriæ. *Baruch*, 5.

Ant. 8. g. Jam hyems transíit, imber ábiit & receſſit: ſurge, amíca mea, ſpecióſa mea, & veni. *Cant.* 2.

℣. Audi, Fília, & vide, & inclína aurem tuam; ℟. Concupiſcet Rex decórem tuum. *Pſ.* 44.

Incípiunt Cántica Canticórum.

Lectio j. Cap. 1.

OSculétur me óſculo oris ſui, quia melióra ſunt úbera tua vino, fragrántia unguentis óptimis. Oleum effúſum nomen tuum, ídeò adoleſcéntulæ dilexérunt te. Trahe me: poſt te currémus in odórem unguentórum tuórum. Introduxit me Rex in cellária ſua: exultábimus & lætábimur in te, mémores úberum tuórum ſuper vinum: recti díligunt te. Nigra ſum, ſed formóſa, Fíliæ Jerúſalem, ſicut tabernácula Cedar, ſicut pelles Salomónis. Nolíte me conſideráre quòd fuſca ſim, quia decolorávit me ſol. Filii matris meæ pu-

ɔntra me, po-
cuſtódem in
am meam non
Indica mihi,
t ánima mea,
ubi cubes in
: vagári inci-
eges ſodálium

ectus meus ló-
: * Surge, pró-
mea, colum-
mósa mea; &
nedícta tu in
inveniſti enim
d Deum.* Sur-
Reſumitur ℟.
. uſque ad ℣.
ant. 2. *Luc.* 1.
tio ij.
te, ô pulchér-
ter mulíeres,
abi poſt veſti-
, & paſce hæ-
ta tabernácu-
Equitátui meo
haraónis aſſi-
níca mea: pul-
enæ tuæ ſicut
lum tuum ſicut
rénulas aúreas
i, vermiculá-
Dum eſſet rex
ſuo, nardus
dórem ſuum.
yrrhæ diléctus
: inter úbera
orábitur. Bo-
ectus meus mi-
Engaddi. Ecce
s, amíca mea:
chra es: óculi

tui columbárum. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decórus. Léctulus noſter flóridus: tigna domórum noſtrárum cédrina, laqueária noſtra cypréſſina.

℟. Anteíbit fáciem tuam juſtítia tua, & glória Dómini cólliget te: * Et réquiem tibi dabit Dóminus ſemper, & implébit ſplendóribus ánimam tuam. ℣. Abundanter miniſtrábitur intróitus in æternum regnum. * Et réquiem tibi dabit Dóminus. *Iſ.* 58. *II. Petr.* 1.

Lectio iij. Cap. 2.

Ego flos campi, & lílium convállium. Sicut lílium inter ſpinas, ſic amíca mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſilvárum, ſic diléctus meus inter fílios. Sub umbra illíus quem deſideráveram ſedi; & fructus ejus dulcis gútturi meo. Introduxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcíte me flóribus, ſtipáte me malis, quia amóre lángueo. Læva ejus ſub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me.... En diléctus meus lóquitur mihi: Surge, própera, amíca mea, columba mea, formóſa mea, & veni. Jam enim hyems tránſiit, imber ábiit & receſſit: flores apparuérunt in terra noſtra: tempus pu-

tatiónis advénit: vox túrturis audíta eſt in terra noſtra: ficus prótulit groſſos ſuos: víneæ florentes dedérunt odórem ſuum.

℟. Tota pulchra es, amíca mea; & mácula non eſt in te. * Veni de Líbano, ſponſa mea, veni de Líbano; veni, coronáberis. ℣. Corónam juſtítiæ reddet Dóminus juſtus Judex: * Veni. Glória Patri. ℟. Tota. *Cant.* 4. *II. Tim.* 4.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Occurriſti, Deus, lætanti, & facienti juſtítiam. *Iſ.* 64.

Ant. 3. E. In plenitúdine ſancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudem. *Eccli.* 24.

Ant. 1. a. Exultábit lætabunda & laudans, glória Líbani data eſt ei; decor Carméli & Saron. *Iſ.* 35.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſ.* 20.

[*Benedictiones de Beata; & ſic per Octav. quando ſit de ea*].

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. *in Aſſumptione B. M. Virginis.*

Lectio iv.

VIrgo hódiè glorióſa cœlos aſcendens, ſupernórum gaúdia cívium copióſis ſine dúbio cumulávit augmentis. Hæc eſt

enim, cujus ſal
vox & ipſos exult
in gaúdio, quos
adhuc víſcera c
Quòd ſi párvuli
nati ánima liquef
ut María locúta
putámus? quænam
rit cœléſtium e
cùm & vocem a
vidére fáciem,
ejus frui præſén
érunt? Nobis ver
mi, quæ in ejus A
ne ſolemnitátis
quæ cauſa lætítiæ
téria gaudiórum
præſéntiâ totus
orbis, ádeò ut &
cœleſtis pátria e
let virgíneæ lám
diáta fulgóre. M
indè réſonat i
gratiárum áctio
laudis.

℟. Quæ eſt iſ
Aſcendit de deſe
ciis áffluens, in
dilectum ſuum?
de qua natus eſt
vocátur Chriſtus
dit. *Cant.* 8. *Ma*

Lectio v. §. 1

ADvocátam
peregrinátı
quæ tanquàm Jú
ter, & mater mi
ſupplíciter & effi
lútis noſtræ neg
tractábit. Pretió
munus terra noſ
in cœlum, ut dan

amicitiárum
entur humá-
erréna cœlé-
ummis. Illò
fructus terræ
lè data ópti-
perfecta de-
endens ergo
go beáta, da-
ue dona ho-
dni daret? sí-
acultas ei de-
nec voluntas.
rum eſt: mi-
déniqùe ma-
iiti Fílii Dei.
c poteſt pote-
t pietátis ma-
ommendáre:
non créditur
onoráre ma-
itáre quis po-
ò in affectum
nſiſſe Maríæ
ibus ipſa quæ
áritas novem
rporáliter re-

n eſt templum
; * Et viſa eſt
ienti ejus in
℣. Intulérunt
ris Dómini in
órum.* Et vi-
11. *II. Par.* 5.
udovici XIII.
r. ann. 1638.
io vj.
. ómnibus Gál-
léſiis persólvi-
ud ſolemneLu-
ni tértii Fran-

córum Regis, quo ſe ſuúmque regnum tutélæ beátæ Maríæ vírginis commendávit, Edicto in hæc verba propóſito: Beatíſſimam & glorioſíſſimam Vírginem in ſpeciálem regni noſtri Patrónam aſſumentes, eídem Nos, noſtrum ſceptrum, noſtram corónam, noſtróſque omnes súbditos ſpeciáli modo dicámus, & conſecrámus. Cujus noſtri mancipátûs ne memória apud póſteros éxcidat, mandámus fieri poſt Véſperas diéi feſti Aſſumptiónis Proceſſiónem, ritu & apparátu quàm máximè ſolemni in síngulis dominatiónis nóſtræ Eccléſiis, tam Cathedrálibus, quàm Parochiálibus, & Conventuálibus cujuſcumque civitátis & pagi: præcipientes ínſuper ut ſuperióres Cúriæ ac locórum Optimátes dictæ Proceſſióni interſint. Móneant étiam Epíſcopi pópulos noſtros, ut peculiárem adhíbeant pietátem ad beatíſſimam Vírginem, ipſiúſque patrocínium die illâ ſolemni implórent, ut fretum ádeò potentis Patrónæ ſubsídio regnum noſtrum ab ómnibus hóſtium tutum ſit insídiis, diuturnâ pace gaúdeat, Deúſque Optimus Máximus tantâ in eo colátur reveréntiâ, ut Nos ſubditíque omnes ad

beátum finem, cui ſumus omnes cónditi, téndere ac felíciter pervenire valeámus.

℟. Signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta Sole, & Luna ſub pédibus ejus, & * In cápite ejus coróna ſtellárum duódecim. ℣. Erat formóſa valdè, & incredíbili pulchritúdine: ómnium óculis amábilis videbátur, & Rex póſuit diadéma regni in cápite ejus. * In cápite. Glória Patri. ℟. Signum. *Apoc.* 12. *Eſth.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem deſideráveram, ſedi: & fructus ejus dulcis gútturi meo. *Cant.* 2.

Ant. 4. A. Læva ejus ſub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. *Cant.* 2.

Ant. 6. F. Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam. *Cant.* 3.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

IN illo témpore: Repléta eſt Spíritu ſancto Eliſabeth: & exclamávit voce magnâ, & dixit ad Maríam: Benedícta tu inter mulíeres. Et réliqua.

Homília Venerábi
Presbyteri.
Inter Æſtivales de

NOn ſolùm b
María inter m
ſed inter mulíeres
ctas majóri bene
ſpeciáliter inſigni
dictus fructus ven
Nec ipſe generál
rum more benedi
ſicut Apóſtolus ai
rum patres, & e
Chriſtus ſecund
nem, qui eſt ſup
Deus benedíctus i
De hujus ortu fru
miſta myſtico ſer
ſtátur dicens: Et
minus dabit beni
& terra noſtra d
ctum ſuum. Ded
Dóminus benig
quia genus hum
reátu prævaricat
Unigénitum ſuum
diſpóſuit: dedit b
tem, quia ejus
Virginális úteri
Spíritus ſancti gr
fecrávit.

℟. Exultávit
meus in Deo ſalu
quia * Reſpexit
tem ancillæ ſuæ.
cedrus exaltáta ſi
bano, & quaſi cy
monte Sion. * I
Luc. 1. *Eccli* 24.

Lectio viij. Poſt

MAgníficat án
Dóminum;

neus in Deo
.. Quæ cum
ectis verba
nt, máximè
am Dei ge-
rre decébat,
vilégio ſin-
áli ipsíus di-
ábat, cujus
eptióne gau-
ıre in Jeſu,
ári ſuo, ſpe-
eris ſanctis
t exultáre :
pétuum ſalú-
óverat, hunc
áli. ortu de
itúrum eſſe
enùs in una
sóna veráci-
ius eſſet, &

edicent om-
ıes; quia *
gna qui po-
anctum no-
plenitúdine
téntio mea.
. ℟. Beátam.
14.
ix.
aentibusquó-
ois quam ví-
énſerit, do-
omne quid-
riti. hábuit,
. grátiâ lar-
perit dicens :
humilitátem.
ecce enim ex
ıe dicent om-
nes. Húmi-

lem quippè Chriſti ancillam ſuo judício ſe fuiſſe demonſtrat; ſed reſpectu grátiæ cœleſtis repentè ſublimátam pronúntiat, atque in tantum glorificátam, ut ſua beatitúdo præcípua méritò cunctárum géntium voce mirétur. Addidit étiam adhuc divínæ pietátis múnera, quæ mirabíliter accépit, dignâ gratiárum actióne collaudans: Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen ejus. Nihil ígitur ſuis méritis tríbuit, quæ totam ſuam magnitúdinem ad illíus donum refert, qui eſſentiáliter potens & magnus exiſtens, fidéles ſuos de parvis atque infirmis fortes fácere conſuévit & magnos.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona, 1. *toni*, G.

Quæ eſt iſta quæ prógréditur quaſi auróra conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol? *Cant.* 6.

Ant. 5. a. Aſcendit ſicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ & thuris, & univerſi púlveris pigmentárii. *Cant.* 3.

Ant. 7. c. Dóminus cóntulit ei ſplendórem; ut incomparábili decóre ómnium óculis apparéret. *Judith.* 10.

Canticum. Laudáte Dó-

minum Deum. *ut in Officio B. M. V. pag.* cvij.

Ant. 6. c. Vidérunt eam fíliæ, & beatíſſimam prædicavérunt: regínæ & laudavérunt eam. *Cant. 6.*

Ant. 2. D. Benedíctus Dóminus, qui exaltávit eam. *Tob.* 13.

Capitulum. Eccli. 24.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Iſrael hæreditáre; & in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus.

QUÆ cœlo nova nunc ádditur hoſpes!
Sese tota poli Régia pandit:
Ruptis virgo Parens líbera vinclis,
Caro ſe próperat réddere Nato.

QUANTUM delítuit paúpere tecto,
Tantùm ſpléndida nunc fulget in aſtris:
Se veláre quibus Mater amábat,
Denſas Natus amat rúmpere nubes.

OLIM quæ fúerat nupta maríto,
Et de connúbio crédita mater;
Totum jam cólitur nota per orbem,
Cum Matris títulis íntegra Virgo.

ANCILLÆ tríbuit quæ ſibi nomen,
Cœleſti dóminans regnat in aula.
Quæ tot paſſa neces prolis amóre,
Jam ſecúra, ſuâ Prole triumphat.

NOSTRAS, tu nova lux, díſcute noctes;
Tu Regína, graves Solve caténas:
Cæcos, ſtella maris, dírige curſus;
Da, quo tu frúeris, cérnere Natum.

DIVINÆ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Sion réquies mea in séculum séculi; ℟. Hîc habitábo, quóniam elégi eam. *Pſ.* 131.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. In Sion firmáta ſum, & in civitáte ſanctificáta ſimíliter requiévi, & in Jeruſalem poteſtas mea: allelúia. *Eccli.* 24.

Oratio.

VEneranda nobis, Dómine, hujus diéi Feſtívitas opem cónferat ſalutárem, in qua ſancta Dei Génitrix mórtem ſúbiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum

ſtrum Jeſum
e ſe génuit in-
)ui tecum vivit.
I O R A S.
n Doxologia :
ıs es de Virgine,
it glória,
& almo Spíritu,
na sécula.

Laudum : Pſal-
inica.
R I M A M.
.Quæ eſt iſta.
℣. Qui natus es
irg ne. Matth.
ſus. dicitur per
avam.
N O N.
io Ænhamenſi.
irciter 1009.
p. 15.
Maríæ ſummum
omnes caútiùs
; primùm jejú-
inceps celebri-

ERTIAM.
a. Aſcendit.
m. Cant. 4.
unguentórum
im ſuper ómnia
Favus diſtillans
ſponſa : mel &
gua tua, & odor
rum tuórum ſi-
iuris.
Aſtitit Regína à
, Deus : * Alle-
úia. ℣. In veſti-
to, circúmdata
* Allelúia, alle-
Eſtiva.

lúia. Glória. ℟. Aſtitit.
Pſ. 44.
℣. Audívit & lætáta eſt
Sion : ℟. Et exultavérunt
fíliæ Judæ. *Pſ.* 96.
A D S E X T A M.
Ant. 7. c. Dóminus.
Capitulum. Cant. 6.
PUlchra es, amíca mea,
ſuávis & decóra ſicut
Jerúſalem : terríbilis ùt ca-
ſtrórum ácies ordináta.
℟. *br.* In voluntáte tua
deduxiſti me, Dómine : *
Allelúia, allel. ℣. Et cum
glória ſuſcepiſti me. * Al-
lelúia, allel Glória. ℟. In
voluntáte tua. *Pſ.* 72.
℣. Dómine, in voluntá-
te tua, ℟. Præſtitiſti decóri
meo virtútem. *Pſ.* 29.
A D N O N A M.
Ant. 2. D. Benedíctus
Dóminus.
Capitulum. Judith. 13.
BEnedícta tu à Deo tuo
in omni tabernáculo
Jacob, quóniam in omni
gente quæ audíerit nomen
tuum, magnificábitur ſu-
per te Deus Iſrael.
℟. *br.* Exultábo & lætá-
bor in miſericórdia tua : *
Allelúia, allelúia. ℣. Quó-
niam reſpexiſti humilitá-
tem meam. * Allelúia, al-
lelúia. Glória. ℟. Exul-
tábo. *Pſ.* 30.
℣. Tu, Dómine, ſuſce-
ptor meus es ; ℟. Glória
mea & exaltans caput
meum. *Pſ.* 3.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo B. M. V. pag. cxiv.

Antiphona, 1. *toni*, D.

PRæcépit Rex iis qui in conſpectu ejus miniſtrábant, ut introdúcerent Regínam coram ſe, pósito ſuper caput ejus diadémate. *Eſther*, 1.

Ant. 2. D. Surrexit Rex in occurſum ejus: poſitúſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad déxteram ejus. *III. Reg.* 2.

Ant. 6. C. Adamávit eam Rex, habuítque grátiam coram eo, fecítque eam regnáre. *Eſth.* 2.

Ant. 4. E. Dixit ei Rex: Pete, Mater mea: neque enim fas eſt ut avertam fáciem tuam. *III. Reg.* 2.

Ant. 5. C. Benedixérunt eam omnes unâ voce dicentes: Tu glória Jeruſalem; tu lætítia Iſrael; tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith*, 15.

Capitulum. Judith, 13.

BEnedictus Dóminus, quia hódiè nomen tuum ita magnificávit ut, non recédat laus tua de ore hóminum.

Hymn. O vos æthérei, *in primis Veſperis*, *p.* 605.

℣. Poſuiſti in cápite ejus coronam; ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Sit Dóminus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & póſuit te ſuper thronum: allelúia. *III. Reg.* 10.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica. Cetera ut heri, *p.* 605.

DIEBUS
Intra Octavam
ASSUMPTIONIS
B. MARIÆ VIRGINIS.

Semiduplex.

Omnia ut in Die, *exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Feria, *in toto Officio.*

AD MATUTINUM.

Tres Ant. ℣. & ℟℟. *è Nocturno Feſti ſecundùm Feriam*, *dempto ritu Annuali.*

Lectio j. *de Scriptura occurrente* (*è tribus una*) *ij. & iij. ut infrà in qualibet die.*

AD LAUDES.

Antiph. unica Vidérunt, *quæ eſt quarta Laudum Diei: & dicitur Canticum Feſti.*

AD VESPERAS.

Ant. unica Præcépit *quæ eſt prima II. Veſp.*

Completorium ut in Die.

¶ *Dominicâ intra Octavam, ſi quæ occurrit, totum Officium fit de Dominica ut in Pſalter. incipiendo à I. Veſp. quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum Commemoratione Octavæ in utriſque Veſperis. & Laudibus.*

e XVI.
) C T A V A.
ſancti Procli
piſcopi.
In S. Deip. Or. 5.
t Conc. Epheſ.
avis ómnium ſan-
um memóriæ mi-
nt, nihil tamen
ſolémniis æquále
m. Abel, propter
m, celebrátur;
, propter fidem,
laudibus cumulá-
ſes, tanquam legi-
ædicátur; Elías, ut
teſtimónium ha-
rid, ut pater my-
arne peracti, com-
r: verùm nihil ta-
alis eſt Dei géni-
ia; ipſa enim,
in ænígmate vi-
carnátum in úte-
vit. Cunctas res
ô homo, cogita-
curre, & vide an
n ſit æquále vel
aríâ Deiparâ. Ter-
quo luſtra, cœlos
utáre, inviſibiles
irtútes cógita, ac
num ſit in univer-
ſo áliud ejúſmodi
m.

. *Rocho laïco.*

Lectio iij.

us, apud Montem
ſulánum equeſtri
atus, paréntibus vitâ functis, poſt erogátas magnâ ex parte paupéribus facultátes, peregrinatiónem Románam ſuſcépit. Peſte in Itália tum fervente, ſtrénuam in juvandis eâ infectis óperam naváre cœpit. Ipſe Româ egreſſus, Placéntiæ peſtiléntiâ corrípitur; quâ cùm graviſſimè laboráret, in magna rerum ómnium inópia, mira patiéntiæ dedit indicia. Recuperátâ ſanitáte, in pátriam revértitur: quæ cùm bellis gravibúſque ódiis affligarétur, ipſe tanquàm explorátor comprehénſus, in cárcerem conjícitur, ſoli Deo notus; ubi, per quinquénnium acerba quæque perpeſſus, ánimam Deo réddidit, século décimo quarto jam adulto. Quantis poſt mortem claruerit miráculis, præſertìm erga peſte laborantes, índicant innúmera propè templa, ſacella, altária ſub ejus invocatióne paſsìm erecta, públicis populórum votis & gratiárum actiónibus ubíque celebérrima.

In Laudib. *Pro Commemorat. S. Rochi. Ant.* Stans inter mórtuos & viventes pro pópulo deprecátus eſt, & plaga ceſsávit. *Num.* 16.

℣. Stetit & placávit; ℟. Et ceſsávit quaſsátio. *Pſ.* 105.

Oratio.

POpulum tuum, Dómine, ad te confugientem paternâ récipe pietáte; ut qui tuæ iracúndiæ flagella reformídant, intercedente beáto Rocho, tuâ mereantur misericórdiâ liberári; Per Dóminum.

Ad Vesp. *Comm. S. Mamantis, Mart. Ant.* Qui vícerit. ℣. Juſtus, *pag.* ix. *Orat.* Deus, qui beátum, *pag.* xv.

Die XVII.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Cyrilli Alexandríni.

Hom. contra Neſt. hab. Epheſi in Baſilica majori.

Lectio ij.

SAnctórum cœtum, qui à ſancta Deípara ſemper vírgine María invitáti prompto ánimo hùc confluxérunt, lætum erectúmque conſpício. Quare licèt multâ prémerer triſtitiâ, áttamen hic ſanctórum Patrum cœtus lætítiam mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnógraphi David verbum apud nos implétum eſt: Ecce jam quid bonum aut quid jucundum, niſi habitáre fratres in unum? Salve ítaque à nobis, ſancta myſtica Trínitas, quæ nos omnes convocaſti in hanc Eccléſiam Deíparæ Maríæ. Salve à nobis María Deípara, venerábile cimélium totíus orbis terrárum, lampas inextinguíbilis, ſceptrum rectæ doctrínæ, templum indiſſolúbile, locus ejus qui loco capi non poteſt: Mater & Virgo, per quam nominátur in ſanctis Evangéliis: Benedictus qui venit in nómine Dómini.

De S. Amante, Mart.

Sermo ſancti Baſilii Epíſcopi.

Homil. 26. de Mart. Mamante.

Lectio iij.

HIc Martyr non accépit aliundè quem habet ſplendórem; ſed ipſe, per vitæ converſatiónem, glóriæ fáculam, accendit. A Mamante réliqui, non ab áliis Mamas glóriam habet. Celebrémus virum non aliéno ſed próprio ornamento decorátum. Vides eos qui equeſtri certámine vicérunt? vides ſpléndida illórum monumenta, quómodò lápides ſint neglecti? Ad Mártyris verò memóriam & tota régio mota eſt, & ad illíus Feſtum diem urbs univerſa immutáta geſtit. Vides honórem conſtáre ex virtúte, non ex divítiis? Mémores eſtóte Mártyris, quotquot in hoc loco conſtitúti adjutórem ipſum ad precandum habuiſtis, quotquot aberrantes ad viam reduxit, quoſ-

cumque ſanitáti reſtítuit, quibuſcumque filios jam mórtuos ad vitam reductos réddidit. Collectis in unum his ómnibus, Mártyri encómium conſtrúite. [Cæſaréæ in Cappadócia martyrio coronátus eſt, imperante Aureliáno, circa annum ducentéſimum ſeptuagéſimum quartum].

In Laud. *Commemorat. S. Mamantis. Ant.* Bonum. ℣. Cantábo. *Orat.* Deus, qui beátum, *p.* xv. & xiv.

In Vesper. *Commemor. S. Agapiti, Martyris. Ant.* Qui vícerit. ℣. Juſtus. *in Comm. pag.* ix. *Orat.* Præſta, *p.* xv.

Die XVIII.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Joannis Damaſcéni.

Serm. 2. *in dormitionem B. M. V. n.* 2.

Lectio ij.

HOdiè ſacra & animáta arca Dei viventis, quæ ſuum in útero concépit Creatórem, requieſcit in templo Dómini, quod nullis eſt extructum mánibus. David exſultat ejus parens, & cum eo choros ducunt Angeli, laudant Chérubim, glóriam ejus prædicant Séraphim. Hódie Eden novi Adam paradiſum ſúſcipit animátum, in quo ſolúta eſt condemnátio, in quo plantátum eſt lignum vitæ, in quo operta fuit noſtra núditas. Hódiè Virgo immaculáta, quæ nullis terrénis inquináta eſt affectibus, ſed cœléſtibus educáta cogitatiónibus, non in terram reverſa eſt; ſed, cùm eſſet animátum cœlum, in cœléſtibus tabernáculis collocátur. Ex qua enim ómnibus vera vita manávit, quómodò illa mortem guſtáret?

De S. Agapito.

Lectio iij.

AGapítus ſeu Agapétus Prænestc in Itália martyrium ſúbiit, Aureliáno Imperatóre, ut tráditur. Corpus ejus primo ab ea urbe milliário ſepultum, ibì etiamnùm religióſè & honorificè cólitur. Jam à ſéculo quinto ædificáta eſt Romæ ſub ejus nómine Basílica. Hujus Feſtum século ſexto Eccléſia Románа quotannis recolébat diem, ut conſtat ex Sacramentáriis Gelaſiáno & Gregoriáno. De hoc Mártyre méntio fit in ómnibus Martyrológiis, & in ómnibus ferè Calendáriis Occidentális Eccléſiæ.

In Laud. *Commemorat. S. Agapiti, Mart. Ant.* Bonum. ℣. Cantábo. *Oratio*, Præſta. *in Communi, pag.* xv. & xiv.

Petrus Leónis, uſurpáto Anacléti ſecundi nómine, Româ expúlerat. Cùm enim, coacto apud Stampas Concílio, Rex & Antíſtites rem totam ad uníus Bernardi arbitrium detuliſſent; Innocéntium legítimum eſſe beáti Petri ſucceſsórem declarávit. Ad eúmdem Pontíficem, Henrícum primum Angliæ regem, Anglicanóſque Epíſcopos, partes Anacléti tuentes, reduxit. Tùm ſolútâ Synodo Pisánâ cui affúerat, Mediolanenſes & Aquitános ad unitátem Eccléſiæ revocávit; ducémque Aquitániæ Guillelmum, expóſitâ cum obteſtatióne ob óculos ejus tremendâ Hóſtiâ, ádeò térruit ut ille, abjecto ſchíſmate, ad ſaniórem mentem súbitò redíerit. Imperatórem Lothárium jus inveſtiturárum ſibi vindicantem, sólitâ loquendi libertáte reprehendit, & à ſuſceptis consíliis dimóvit. Romam accítus, Victóri qui Anacléto & ipſe pſeudopóntifex ſubrogátus fúerat, perſuáſit ut Innocéntio obſequerétur.

Lectio vj.

Claravallem reverſus, ſancti Anaſtáſii monaſtério, quod ad Aquas Sálvias propè Romam extrúxerat, eum præfécit Abbátem, qui póſteà ſummus Póntifex creátus, Eugénius tértius appellátus eſt; ad quem ſcripſit Libros de Conſideratióne. Ejuſdem Summi Pontíficis juſſu, ſuis conciónibus, quin étiam miráculis perſuáſit ſacram in Saracénos expeditiónem, quæ tamen felícem éxitum non hábuit. Hinc multórum agitátus eſt calúmniis, quas patientíſſimè tulit. Oblátos quinque Epiſcopátus recusávit. Multa ſcripſit quæ ſingulárem pietátis ſuavitátem ubíque ſpirant. Ab homínibus ómnium órdinum úndique conſultus, oratióni vacáre nunquam intermíſit, Miſſæ ſacrificium celebráre vix aliquandò omíſit. Cùm dénique annum vitæ ſexagéſimum tértium ágeret, miraculórum magnitúdine & número clariſſimus, Claravalle obdormívit in Chriſto, anno milléſimo centéſimo quinquagéſimo tértio; ſepultúſque eſt ante altáre beátæ Vírginis, quam religióne ſinguláre colúerat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Inventi ſunt ſermónes tui, Dómine, & comédi eos; & factum eſt mihi verbum tuum in lætítiam cordis mei. *Jer.* 15.

meum loquétur ſa-
n, ℟. Et meditá-
is mei prudéntiam.

ſancti Evangélii
idùm Marcum.
vij. Cap. 19.
o témpore; Dixit
is ad Jeſum: Ecce
quimus ómnia, &
ùmus te. Et réli-

a ſancti Bernardi
Abbátis.
. 22. de diverſis.
i eſtis, fratres, quæ
ad vitam; in via
impollúta, quæ du-
civitátem ſanctam
em illam quæ líbe-
uæ ſursùm eſt, quæ
er noſtra. Arduus
aſcenſus ejus, út-
er ipſam montis
átem incíſus: ſed
ıpendióſior labóris
údinem vel témpe-
l exclúdit. * Vos au-
n felíci facilitáte,
ácili felicitáte viam
on ſolùm itis, ſed
: quia exoneráti eſ-
ccincti, nihil pón-
per dorſa portantes.

Lectio viij.

ces ígitur vos, qui
& veſtra ſine omni
iúncula reliquiſtis!
ùm montis vérticem
citis ei qui aſcendit
occáſum: Dóminus
illi. Illi verò qui,
quamvis Ægyptum fúge-
rint, tamen ad quæque
Ægyptia teneríımè reſu-
ſpirant, viam civitátis ha-
bitáculi non invenérunt:
ſed voluntátum ſuárum
graviſſimis sárcinis prægra-
váti, vel ſub ónere, vel cum
ónere cadunt, ut vix ad
curſum pervéniant deſti-
nátum. ** Quid enim eſt?
(grátias illi cujus grátiâ
hoc totum factum eſt)
quòd vita veſtra vitam
Apoſtólicam repræſentet?
Illi reliquérunt ómnia, &
in ſchola Salvatóris ſub
ejus præſéntia congregáti
hauſérunt aquas in gáudio
de fonte Salvatóris, ipſum
vitæ fontem in ipſo fonte
bibentes. Beáti óculi qui
vidérunt! Numquid non &
vos, non in præséntia, ſed
in abséntia ipsíus; non ad
verba oris ejus, ſed ad vo-
cem nuntiórum ejus, símile
áliquid feciſtis? Defénditę
vobis hanc prærogatívam,
quòd illi ad viſum & ad
verbum, vos ad audítum
& núntium credidiſtis.

De S. Filiberto, Abbate.

Lectio ix.

Filibertus in Elusáno território natus, ado-
leſcens ab aula Dagoberti
Regis ad Cœnóbium Ras-
bacenſe, conſtructum apud
Meldenſes ab Audoéno, ſe
cóntulit. Ibi monáſticam
vitam amplexus eſt, &, poſt

óbitum Abbátis Aglii, præfectus Abbas Monaſtéria plúrima luſtrávit, ut paſsim óptima quæque vivendi præcepta cólligens, ſuos exindè ad perfectiónem informáret. Póſtmodùm in agro Caletenſi, favente Clodovéo Rege, & Bathilde Auguſtâ cónjuge, Cœnóbium erexit quod Gemméticam appellávit. Sed & áliud Monaſtérium cóndidit, nómine Pauliacum, in quo puellis Chriſto dicátis ſanctíſſimam Auſtrebertam præfécit. Verùm, id agente Ebroíno Palátii Præfecto, cui líbera quædam objurgátio diſplicúerat, tot calúmniis Filibertus impetítus eſt, ut è Monaſtério ſuo Gemmético pulſus, in partes Aquitániæ ſecéſſerit; ibi ab Anſoaldo, Pictavórum Epíſcopo, beniginíſſimè exceptus, Cœnobítas in Hyéro Inſula coadunávit. Poſt Ebroíni necem, Filibertus, ágnitâ prorsùs innocéntiâ, Gemmético reſtitúitur. At verò dilectam Hyéri ſolitúdinem repétere máluit, atque ibi, miráculis clarus, inter diſcipulórum ſuſpíria & gémitus, obdormívit in Dómino.

Oratio.

Deus, qui beátum Bernardum Abbátem, caritátis tuæ igne ſuccenſum, in Ecclésia tua lucére ſi[mul] & ardére feciſti; ejus in[terceſſióne], concéde, u[t ...]dem nos caritátis ſpi[ritu] ferventes, coram te ſe[m]per ut filios lucis ambu[la]re; Per Dóminum... in u[ni]táte ejuſdem.

In Laud. *Commem. Octav. Aſſumptionis.*

Deindè S. Filiberti Ab-bat. Ant. Ecce ego. ℣. Veníte, *Oratio*, Da nobis, *pag.* lviij. & lvij.

In Vesp. *Commemoratio Octavæ Aſſumptionis.*

Die XXI.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Bernardi, Abbátis.

De 12. prærog. B. M. V.

Lectio ij.

Amplectámur Maríæ veſtígia, fratres mei, & devotíſſimâ ſupplicatióne beátis illius pédibus provolvámur. Teneámus eam, nec dimittámus donec benedíxerit nobis; potens eſt enim. Nempè vellus eſt médium inter rorem & áream, múlier inter ſolem & lunam, Maria inter Chriſtum & Eccléſiam conſtitúta. Sed fortè miráris non tàm vellus opertum rore, quàm amictam ſole mulíerem. Magna síquidem familiáritas, ſed mira omninò vicínitas ſolis & mulíeris. Quómodò enim in tam vehementi fervóre tam fri-

ıtúra ſubſiſtit? Non
tútis humánæ, ſed
ıgélicæ quidem: ſu-
ır quædam neceſſá-
:. Spíritus ſanctus,
, ſupervéniet in te.
quàm reſpondéret il-
uóniam Spíritus eſt
, & Deus noſter ignis
mens eſt: Virtus, ait
.us, non mea, non tua,
ltíſſimi obumbrábit
Nihil itaque mirum,
tali obumbráculo ta-
am à muliere ſuſti-
: amictus.

Lectio iij.

Ulier, inquit, ami-
cta ſole. Planè ami-
nine tanquàm veſti-
. Non pércipit fortè
is: nimírum ſpirituá-
ſtultítia illi vidétur.
c videbátur Apóſto-
i dicébat: Induími-
ninum Jeſum Chri-
Quàm familiáris ei
es, Dómina! quàm
na, imò quàm inti-
:ri meruiſti! quàn-
venisti grátiam apud
n te manet, & tu in
veſtis eum & veſti-
eó. Veſtis eum ſub-
carnis, & veſtit ille
ria ſuæ majeſtátis.
ſolem nube, & ſole
eſtitis. Novum enim
Dóminus ſuper ter-
uit mulier circúmda-
um, nec álium quàm
tum de quo dicitur:
Ecce vir: Oriens nomen
ejus. Novum quoque fecit
in cœlo; ut múlier ſole ap-
parére amícta. Dénique
& coronávit eum, & vicíſ-
ſim ab eo méruit coronári.
Ingredímini, & vidéte Re-
gínam in diadémate quo
coronávit eam fílius ſuus.

*Vesperæ de Feſto ſe-
quenti.*

DIE XXII.

Octava

ASSUMPTIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS,

Et Feſtum Gaudiorum ejuſ-
dem B. Virginis.

Duplex III. Claſſis.

[*In Cath. Dupl. II. Cl.*]

*Pſalmi de Feria, in toto
Officio: Cetera ut in die Aſ-
ſumptionis, exceptis quæ
ſequuntur.*

In primis Vesperis.

Capitulum. Iſ. 66.

Exultáte in ea, omnes
qui dilígitis eam. Gau-
déte cum ea gáudio, univer-
ſi qui lugétis ſuper eam,
ut ſugátis & repleámini ab
úbere conſolatiónis ejus,
ut mulgeátis, & delíciis af-
fluátis ab omnímoda gló-
ria ejus.

[*In Cathedr.* ℟. Gau-
dens gaudébo in Dómi-
no, & exultábit ánima mea
in Deo meo. * Quia † In-
duit me veſtiméntis ſalú-
tis, quaſi ſponſam orná-
tam monílibus ſuis. ℣. E-
xultávit Spíritus meus in

óbitum Abbátis Aglii, præfectus Abbas Monaſtéria plúrima luſtrávit, ut paſſim óptima quæque vivendi præcepta cólligens, ſuos exindè ad perfectiónem infórmaret. Póſtmodùm in agro Caletenſi, favente Clodovéo Rege, & Bathilde Auguſtâ cónjuge, Cœnóbium erexit quod Gemméticam appellávit. Sed & áliud Monaſtérium cóndidit, nómine Pauliacum, in quo puellis Chriſto dicátis ſanctiſſimam Auſtrebertam præfécit. Verùm, id agente Ebroíno Palátii Præfecto, cui líbera quædam objurgátio diſplicúerat, tot calúmniis Filibertus impetítus eſt, ut è Monaſtério ſuo Gemmético pulſus, in partes Aquitániæ ſecéſſerit; ibi ab Anſoaldo, Pictavórum Epíſcopo, beniguiſſimè exceptus, Cœnobítas in Hyéro Inſula coadunávit. Poſt Ebroíni necem, Filibertus, ágnitâ prorsùs innocéntiâ, Gemmético reſtitúitur. At verò dilectam Hyéri ſolitúdinem repétere máluit, atque ibi, miráculis clarus, inter diſcipulórum ſuſpíria & gémitus, obdormívit in Dómino.

Orátio.

Deus, qui beátum Bernardum Abbátem, caritátis tuæ igne ſuccenſum, in Eccléſia tua lucére ſimul & ardére feciſti; ejus intercesſióne, concéde, eódem nos caritátis ſpíritu fervéntes, coram te ſemper ut filios lucis ambuláre; Per Dóminum... in unitáte ejuſdem.

In Laud. *Commemor. Octav. Aſſumptionis.*

Deindè S. Filiberti Abbat. Ant. Ecce ego. ℣. Veníte, *Oratio*, Da nobis, *pag.* lviij. *&* lvij.

In Vesp. *Commemoratio Octavæ Aſſumptionis.*

Die XXI.

De Octava.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

De 12. prærog. B. M. V.

Lectio ij.

Amplectámur Mariæ veſtígia, fratres mei, & devotíſſimâ ſupplicatióne beátis illíus pédibus provolvámur. Teneámus eam, nec dimittámus donec benedíxerit nobis; potens eſt enim. Nempè vellus eſt médium inter rorem & áream, múlier inter ſolem & lunam, María inter Chriſtum & Eccléſiam conſtitúta. Sed fortè miráris non tàm vellus opertum rore, quàm amictam ſole mulíerem. Magna síquidem familiáritas, ſed mira omnínò vicínitas ſolis & mulíeris. Quómodò enim in tam veheménti fervóre tam frá-

ōribus ſubli-
mater procul
, non ineſ-
ↄ lætarétur,
m ſuum uni-
ıes cœlos do-
: penetráre,
tris omnipo-
:onfeſſum a-
:ttingere?
o v.
c gaudiórum
ıgnitúdo non-
:nti accépit,
:nte ſuper di-
ritu ſancto,
icatiónem il-
Fílii ſui tanta
ltitúdo ſuſcé-
. præter illud
ɔd de ſalúte
.ui in iſtórum
percipiébat,
um ſuum non
órtuum, cùm
·r operári vi-
mortis ejus,
qui auctóres
ıt. Gaúdium
in cœlo, gaú-
, gaúdium in
ı. Gaúdium in
·uctus ventris
ıs, jam vi-
: orbis in cœ-
ſuâque victó-
rem omnipo-
:cábat, & cun-
:úriæ ágmina
nagnificéntiâ
ıúdium in ter-
eos pro quo-

rum ſalúte matrem Dei ſe factam ſciébat, abjecto jugo diáboli à quo captívi tenebantur, líberos in ipſam ſalútem cúrrere conſpiciébat. Gaúdium dénique in omni creatúra, eò quòd illam à prístina oppreſſióne érui, & in illum ad quem facta fúerat ſtatum redíre vidit.

Lectio vj.

Iſta, fratres, dícimus dulce habentes, & vos dulce habére cupientes, ſæpè revólvere atque recólere in memória amórem, & gaúdium hujus Dóminæ, quibus jugi exundántiâ in Deum & de Deo jucundabátur tota illíus ſubſtántia. Nihil enim poſt Deum utílius memóriâ matris Dei: nihil ſalutárius meditatióne pii amóris quo fervébat in memória & contemplatióne Fílii ſui: nihil jucúndius ſapóre beáti illíus gaúdii quo multiplíciter paſcebátur in eódem & per eumdem Fílium ſuum: ſæpè quippè vídimus plúrimos in ſuis perículis recordári nóminis bonæ illíus Maríæ, & omnis perículi malum íllicò evaſiſſe. Invocáto enim nómine Matris Dei, etſi mérita invocantis non merentur, mérita tamen Matris intercédunt ut exaudiátur. Hoc uſus humánus quotídiè

Deo ſalutári meo. * Quia índuit me. Glória. † Induit me. *Iſ.* 61. *Luc.* 1].

Hymnus.

NATO triumphans réd-
deris;
Lætáre, Mater; & tuo
Qui corde fixit vúlnera,
Nunc pulſus abſiſtat dolor.

FIXUM cruci quem víderas,
Regnantem polo jam vides;
Magnos amor luctus dedit;
Majóra nunc dat gaúdia.

ET ille quàm Feſtus dies,
Quo, longa poſt ſuſpíria,
Mater vocanti Fílio,
Regína Regi júngeris!

AD aſtra mille te vehunt
Pennis miniſtri Spíritus:
Ambit ſuo te Númine
Qui te vocat Matrem Deus.

HOC quid triumpho clárius,
Cujus Deus pars máxima?
Plaudunt ovante Vírgine
Læti, ſtupéntque cœlites.

TU dux olympi prævia,
Solámen eſto flentibus:
Nos éxules, ſi nos amas,
Reddas paternis ſédibus.

SIT Trinitáti glória,
Quæ, te creando, júgiter
Donis replévit grátiæ,
In nos ut indè défluant.
Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Convertiſti planctum meum in gaúdium mihi: circumdediſti me lætitiâ, ut cantet tibi glória mea. *Pſ.* 29.

Oratio, infrà ad Laudes.

Commem. S. Symphoriani, Mart. Ant. Qui vícerit. ℣. Juſtus. *pag.* ii. *Orat.* Sancti Mártyris, *infrà, pag.* 627.

AD MATUTINUM.

Invit. Deum in quo lætábitur cor noſtrum, * Veníte, adorémus. *Pſ.* 32.

Pſalm. Veníte, *pag.* 1.

Hymn. Paráta, *p.* 606.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Anſelmi Epíſcopi.

De excellent. B. M. V. c. 6.

Lectio iv.

SI beáta Virgo gaúdium hábuit ipſo Fílio ſuo naſcente & in carne degente; ſi gaúdium hábuit eódem Fílio ſuo calcátâ morte ab ínferis reſurgente, num minóri gaúdio exultávit ipſo ſuo Fílio in ea carne, quam de ſe aſſumptam nóverat, coram óculis ſuis cœlos penetrante? Imò quis hoc ejus gaúdium ómnibus quæ illud præceſſérunt gaúdiis non credíderit eminére? Bonæ matres ſolent magníficè in hoc mundo exhilarári, cùm vident fílios ſuos

ı honóribus ſubli-
x iſta mater procul
bona, non incſ-
gaúdio lætarétur,
ɔ Fílium ſuum uni-
m omnes cœlos do-
di jure penetráre,
Dei Patris omnipo-
vidit conſeſſum a-
ndo pertíngere?

Lectio v.

& hæc gaudiórum
:um magnitúdo non-
ncrementi accépit,
ıdveniente ſuper di-
s Spíritu ſancto,
l prædicatiónem il-
fidem Fílii ſui tanta
um multitúdo ſuſcé-
ıi enim præter illud
m quod de ſalúte
s humáni in iſtórum
:ſióne percipiébat,
tur Fílium ſuum non
ratìs mórtuum, cùm
ficáciter operári vi-
fidem mortis ejus,
in eis qui auctóres
:itíterant. Gaúdium
ei crat in cœlo, gaú-
n terra, gaúdium in
reatúra. Gaúdium in
quia fructus ventris
nedictus, jam vi-
ıortis & orbis in cœ-
ıábat, ſuâque victó-
um Patrem omnipo-
ı glorificábat, & cun-
.lcſtis cúriæ ágmina
ıábıli magnificéntiâ
ibat. Gaúdium in ter-
óniam eos pro quo-
rum ſalúte matrem Dei ſe
factam ſciébat, abjecto ju-
go diáboli à quo captívi te-
nebantur, líberos in ipſam
ſalútem cúrrere conſpiciébat.
Gaúdium dénique in
omni creatúra, eò quòd
illam à prístina oppreſſióne
érui, & in illum ad quem
facta fúerat ſtatum redíre
vidit.

Lectio vj.

Iſta, fratres, dícimus dulce habentes, & vos dulce habére cupientes, ſæpè revólvere atque recólere in memória amórem, & gaúdium hujus Dóminæ, quibus jugi exundántiâ in Deum & de Deo jucundabátur tota illíus ſubſtántia. Nihil enim poſt Deum utílius memóriâ matris Dei: nihil ſalutárius meditatióne pii amóris quo fervébat in memória & contemplatióne Fílii ſui: nihil jucúndius ſapóre beáti illíus gaúdii quo multiplíciter paſcebátur in eódem & per eúmdem Fílium ſuum: ſæpè quippè vídimus plúrimos in ſuis perículis recordári nóminis bonæ illíus Maríæ, & omnis perículi malum íllicò evaſiſſe. Invocáto enim nómine Matris Dei, etſi mérita invocantis non mereantur, mérita tamen Matris intercédunt ut exaudiátur. Hoc uſus humánus quotídiè

probat, cùm quis propóſito amíci ſui nómine efficáciter id ímpetrat, quod ſimpliciter ſuâ prece impetráre non valébat.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 11.

IN illo témpore: Loquente Jeſu ad turbas extollens vocem quædam múlier de turba dixit: Beátus venter qui te portávit. Et réliqua.

Homília beáti Amédei, Lauſanenſis Epíſcopi.

In S. Leon. P. T. Rainaldi. Hom. 6.

Intuére, rex acerbíſſime, tuo ſpectácula digna convívio. Pórrige déxteram, ne quid ſævítiæ tuæ deſit, ut inter dígitos tuos rivi défluant ſancti cruóris. Et quóniam non exſaturári épulis fames, non reſtingui póculis pótuit inaudítæ ſævítiæ ſitis; bibe sánguinem ſcaturiéntibus adhuc venis exſecti cápitis profluentem. Cerne óculos in ipſa morte ſcéleris tui teſtes, averſantes conſpectum deliciárum. Clauduntur lúmina, non tam mortis neceſſitáte, quàm horróre luxúriæ. Os áureum illud exangue, cujus ſenténtiam ferre non póteras, conticeſcit, & adhuc timétur.

AD LAUDES.

Antiphona, 3. *toni*, *a.*

Heródes ténuit Joannem, & alligávit eum, & póſuit in cárcerem propter Herodiadem. *Matth.* 14.

Ant. 8. G. Die natális Heródis ſaltávit filia Herodíadis, & plácuit Heródi; undè cum juramento pollícitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo. *Matth.* 14.

Ant. 7. d. Illa præmónita à matre ſua : Da mihi, inquit, hîc in diſco caput

Joannis Baptiſtæ. *Matth.* 14.

Cantic. Confitébor tibi, Dómine rex, *in Communi unius Martyris*, *pag.* xiv.

Ant. 6. C. Contriſtátus eſt rex; propter juramentum autem, & eos qui páriter recumbébant, juſſit dari. *Matth.* 14.

Ant. 1. a. Miſſo ſpiculatóre, præcépit afferri caput ejus in diſco. *Marc.* 6.

Capitulum. Jerem. 1.

EGo dedi te hódie in civitátem munítam, & in columnam férream, & in murum æreum ſuper omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, & ſacerdótibus, & pópulo terræ.

Hymnus.

OMNIBUS manat cruor ecce venis:
Hinc ſitim longam sátia, tyranne;
Et cibos inter paterásque puro
Sánguine liba.

UT caput vidit dápibus parátis
Triſte fumanti natitáre tabo,
Hæſit, impaſtis fremuítque menſis
Fúneris auctor.

NON tamen frontis grávitas serénæ
Ceſſit immíti violáta ferro:
Dura miteſcit plácido ſub ore
Mortis imágo.

SIC ſuo rurſùm Deus hunc præíre
Núntium Chriſto jubet, inferíſque
Ferre præcónem nova liberandi
Gaúdia mundi.

SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque nexus
Spíritus ſemper, Deus unus, omni
Temporis ævo. Amen.

℣. Superbi iniquè agébant uſquequáque; ℟. A lege autem tuâ non declinávi. *Pſ.* 118.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. MIſit Heródes, & decollávit Joannem in cárcere: & allátum eſt caput ejus in diſco, & datum eſt puellæ, & puella dedit matri ſuæ. *Matth.* 14. *Marc.* 6.

Oratio.

DEus, qui beátum Joannem Baptiſtam, & naſcentis & morientis Fílii tui Præcursórem eſſe voluiſti; concéde, ut ſicut ille veritátis & juſtítiæ Martyr occúbuit, ita nos pro veritáte & juſtítiâ ad mortem uſque certémus; Per eumdem.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Heródes.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Die natalis Heródis.

Capitulum. Eccleſ. 5.

Ne temerè quid loquáris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermónem coram Deo; Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram.

℟. *br.* Deus, iníqui * Inſurrexérunt ſuper me; ℣. Et ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam. * Inſurrexérunt ſuper me. Glória. * Deus. *Pſ.* 85.

℣. Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; ℟. Et qui laudábant me, adversùm me jurábant. *Pſ.* 101.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Illa præmónita.

Capitulum. Iſ. 5.

Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietátem: qui juſtificátis ímpium pro munéribus, & juſtítiam juſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut dévorat ſtípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; ſic radix eórum quaſi favilla erit; & germen eórum ut pulvis aſcendet.

℟. *br.* Adversùm me loquebantur, * Qui ſedébant in porta; ℣. Et in me pſallébant qui bibébant vinum, * Qui ſedébant in porta. Glória. * Adversùm me. *Pſ.* 68.

℣. Fortes quæſiérunt ánimam meam: ℟. Et non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum. *Pſ.* 53.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Miſſo ſpeculatóre.

Capitulum. Eccli. 49.

Malè tractavérunt illum, qui à ventre matris conſecrátus eſt Prophéta, evértere & erúere & pérdere, & íterùm ædificáre & renováre.

℟. *br.* Príncipes * Perſecúti ſunt me gratìs; ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum. * Perſecúti ſunt me gratìs. Glória. Príncipes. *Pſ.* 118.

℣. Eripe me, Dómine, de operántibus iniquitátem; ℟. Et de viris ſánguinum ſalva me. *Pſ.* 58.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 3. *toni*, 2.

Accedentes diſcípuli Joannis tulérunt corpus ejus, & ſepeliérunt illud. *Matth.* 14.

Ant. 1. f. Audívit Heródes famam Jeſu, & ait: Hic eſt Joannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mórtuis. *Matth.* 14.

Ant. 5. C. Hæſitábat, & ait: Joannem ego decollávi:

vi: Quis eſt iſte de quo tália audio? Et quærébat vidére eum. *Luc.* 9.

Ant. 8. G. Venientes diſcípuli Joannis, nuntiavérunt Jeſu. Quod cùm audiſſet Jeſus, ſeceſſit inde in navícula in locum deſertum ſeorsùm. *Matth.* 14.

Ant. 6. F. Venérunt multi ad Jeſum, & dicébant: Joannes quidem ſignum fecit nullum: ómnia autem quæcumque dixit de hoc, vera erant: & credidérunt in eum. *Joann.* 10.

Capitulum. Iſ. 57.

Juſtus perit, & non eſt qui recógitet in corde ſuo. Et viri miſericórdiæ colliguntur, quia non eſt qui intélligat: à fácie enim malítiæ collectus eſt juſtus.

Hymn. Omnibus manat. ſupra *pag.* 655.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum: ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Venit Joannes in via juſtítiæ, & non credidiſtis ei; publicáni autem & meretríces credidérunt ei: vos autem videntes, nec pœniténtiam habuiſtis póſteà, ut crederétis ei. *Matth.* 21.

Orat. Deus, qui beátum, ad *Laudes*, *pag.* 655.

Fit Commem. S. Fiacrii. *Ant.* Habitábit. ℣. Pingueſcent. *pag.* lij. *Orat.* Deus, qui nos ádmones, *p.* lviij.

Die XXX.

In Feſto S. FIACRII, Solitarii.

Simplex.

Omnia de Communi SS. Monachorum, pag. lj. *Orat.* Deus, qui nos ádmones, *pag.* lviij.

Lectio iij.

Fiácrius, qui & Feſvrus, in Hibérnia quam véteres Scótiam appellábant, nobílibus paréntibus ortus, Meldos ad ſanctum Farónem, ſolitáriæ vitæ deſidério, cum áliquot sóciis venit. Cujus votis ánnuens beátus Póntifex, locum à turbis remótum, & ſylvis circumtectum, è património ſuo, nómine Brógilum, illi conceſſit. Ibi Fiácrius, evulſis arbóribus, monaſtérium in honórem ſanctiſſimæ Vírginis conſtruxit, in quo peregrínos & hóſpites excipiébat; exíguâ ſibi ſeorsùm ædificátâ domo. Cùm autem virtútum ejus fama longè diffunderétur, undequáque ad eum adducebantur infirmi quos ſolâ

Communi SS. Pontif. pag. xxv.

Oratio.

OStende nobis, quæſumus, Dómine, miſericórdiam tuam, intercedente beáto Lupo Pontífice; &, quæcumque præci-

bue nos, Deu
ut, quæ piè cr
támus, &, qu
rávit, conſeq
Dóminum.

[In Cath
de S. Ægidi
S. Lupi].

OMMUNE
ANCTORUM.

IMUNE APOSTOLORUM.

is Vesperis.
c Communi & in
ad I. Veſperas
mper de Feriâ].
iphona, 1. G.
acerdótes Dómi-
ocabímini, mini-
ioſtri : fortitúdi-
tium comedétis.

. F. Vocabuntur
títiæ, plantátio
d glorificandum.

. g. Ædificábunt
ſéculo, & ruí-
uas érigent, &
unt civitátes diſ-
. 61.
. D. Pópulos vo-
montem : ibi im-
víctimas juſtí-
33.
d. Omnes quî ví-
, cognoſcent il-
iſti ſunt ſemen
ixit Dóminus. Iſ.

ılum. Iſ. 66.
dicit Dóminus:
untiábunt gló-
Eſtiva.

riam meam géntibus, & addúcent omnes fratres ve-ſtros de cunctis géntibus donum Dómino.

In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà, ℟. Póſuit Dóminus óculum ſuum ſuper corda illórum, oſténdere illis magnália óperum ſuórum; * Ut nomen ſanctificatiónis collaudent, & magnália enarrent óperum ejus. ℣. Fecit ut eſſent duódecim cum illo, & ut mítteret eos prædicáre * Ut nomen. Glória Patri. * Ut nomen. *Eccli.* 17. *Marc.* 3.

[*In Duplic.* 1. *Claſſ. & ſuprà, poſt* ℣. Glória Patri. *reſumitur, non reclamatio, ſed* ℟. *uſque ad* ℣.

Et ſic pro alio quolibet Communi].

Hymnus.

Cœlestis aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Biſſéna mundi lúmina,
Olim futúri júdices:
Mersis gravi calígine

manûs impoſitióne ſanitáti reſtituébat. Mulíeres Oratórii ſui áditu omnínò prohíbuit. Miráculis illuſtris, labente séptimo século, vitâ functus eſt.

DIE XXXI.

Vesp. *de Feria : à Capit. de S. Lupo, Pontif. ut in Communi SS. Pontif. pag.* xxv.

Oratio.

OStende nobis, quæſumus, Dómine, miſericórdiam tuam, intercedente beáto Lupo Pontífice; &, quæcumque præcipis ut agámus, ipſe ut implére poſsim Dóminum.

Commemor. S. A Abbatis. Ant. Eg ℣. Potens, *pag.* lij.

Oratio.

SAncti Abbátis ſupplicatiónibu bue nos, Deus, ad ut, quæ piè crédidit támus, &, quod ju rávit, conſequámu Dóminum.

[In Cathedr. *de S. Ægidio. Co S. Lupi*].

COMM

MMUNE
ICTORUM.

NE APOSTOLORUM.

: S P E R I S.
nuni & in
. *Veſperas*
le Feriâ].
, 1. G.
tes Dómi-
ini, mini-
fortitúdi-
:omedétis.

ocabuntur
plantátio
ficandum.

dificábunt
, & ruí-
igent, &
itátes diſ-

pulos vo-
m: ibi im-
nas juſtí-

nes qui ví-
noſcent il-
int ſemen
minus. *Iſ.*

ſ. 66.
Dóminus:
unt gló-

riam meam géntibus, & addúcent omnes fratres veſtros de cunctis géntibus donum Dómino.

In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà, ℟. Póſuit Dóminus óculum ſuum ſuper corda illórum, oſténdere illis magnália óperum ſuórum; * Ut nomen ſanctificatiónis collaudent, & magnália enarrent óperum ejus. ℣. Fecit ut eſſent duódecim cum illo, & ut mítteret eos prædicáre * Ut nomen. Glória Patri. * Ut nomen. *Eccli.* 17. *Marc.* 3.

[*In Duplic.* 1. *Claſſ. & ſuprà, poſt* ℣. Glória Patri. *reſumitur, non reclamatio, ſed* ℟. *uſque ad* ℣.

Et ſic pro alio quolibet Communi].

Hymnus.

Cœlestis aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Biſſéna mundi lúmina,
Olim futúri júdices:
Mersis gravi calígine

Per vos dies renáſcitur:
Quos vanus error lúſerat,
Illuſtrat ipſa Véritas.
Non vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus,
Verbo ſed irríſæ Crucis
Chriſto rebelles súbditis.
Quibus gemébat súbditus,
Rumpuntur orbis víncula:
Jam gaudet excuſſo jugo,
Liber Dei ſub légibus.
Vulgata terris ómnibus
Per vos Dei myſtéria;
Sic veſtra terris ómnibus
Præclára facta pérſonant.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra;
℟. Et annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur. *Pſ.* 21.

Duplicatur Ant. ſequens in Feſtis Duplicib. 2. Claſſ. & ſuprà; & ſic in quolibet Communi.

Ad Magníficat *Ant.* 5. a. Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit quid fáciat dóminus ejus; vos autem dixi amícos, quia ómnia quæcumque audívi à Patre meo, nota feci vobis. *Joann.* 15.

Oratio propria eſt.

Ad Completorium, *ſemper dicuntur Pſalmi Feriales.*

[*In Annualibus, Ant.* 3. c. Vos eſtis lux mundi: lúceat lux veſtra coram homínibus. *Matth.* 5.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Vox ſpeculatórum Sion: parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium. *Iſ.* 52.]

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joann.* 13.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

Supreme, quales, Arbiter,
Tibi miniſtros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vaſis amas committere!
Hæc nempe plena lúmine
Tu vaſa frangi præcipis:
Lux inde magna rúmpitur,
Ceu nube ſciſsâ fúlgura.
Totum per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant:
Verbo graves, Verbo Deo,
Tonant, coruſcant, pérpluunt.
Christum ſonant, verſæ ruunt
Arces ſuperbæ dæmonum.
Circùm tubis clangéntibus,
Sic verſa quondam mœnia.

Chriſte, cœleſtes
:
;raves nos éxcitent:
de te lúmina
tenébras méntium.
it & trino Deo
ı laus, ſummum
us,
e qui nos ad ſuæ
vocávit glóriæ.
ıen.
Annualibus & Du-
. Claſſ. ad Officium
& ad II. Veſperas
de Dominica, niſi
leſignentur.
ıaudes, Horas &
orium, ſemper Pſal-
ominica.
Duplicib. 2. Claſſ.
, Pſalmi Feriales
Officio, & ſic in quo-
mmuni].

NOCTURNO.

;. a. Erat Jeſus per-
in oratióne Dei :
dies factus eſſet,
diſcípulos ſuos.

ſ. a. Elégit duóde-
ipſis, quos & Apó-
ominávit. *Luc. 6.*
6. F. Dedit illis vir-
t poteſtátem ſuper
dæmónia, & ut lan-
curárent; & miſit il-
licáre regnum Dei.

nſtítues eos prínci-
er omnem terram :
mores erunt nómi-
Dómine. *Pſ.* 44.

Pater noſter.

Abſolutio & Benedictiones habentur ad calcem Pſalterii.

Tres primæ Lectiones de Scriptura occurrente, ſi propriæ non aſſignentur. [In Annualibus poſt repetitam j. iij. vj. & viij. Reſp. reclamationem, dicitur Glória Patri. *Deinde reſumitur, non reclamatio, ſed Reſponſor. uſque ad* ℣. *In Duplicib. autem* 1. *Claſſis, illud idem obſervatur in ultimo Matutini Reſponſorio tantùm.*

Et ſic in quolibet Communi].

℟. *j.* Non vos me elegiſtis; ſed ego elégi vos, & póſui vos ut eátis, & fructum afferátis, * Et fructus veſter máneat. ℣. In hoc clarificátus eſt Pater meus, ut fructum plúrimum afferátis. * Et fructus. *Joann.* 15.

℟. *ij.* In viam géntium ne abiéritis; ſed pótiùs * Ite ad oves quæ periérunt domûs Iſrael. ℣. Diſperſæ ſunt oves meæ, eò quòd non eſſet paſtor; & factæ ſunt in devoratiónem. * Ite. *Matth.* 10. *Ezech.* 34.

℟. *iij.* Ecce ego mitto vos ſicut oves in médio lupórum: * Eſtóte ergo prudentes ſicut ſerpentes, & símplices ſicut columbæ. ℣. Ex ore Dómini prudén-

tia & ſciéntia ; & próteget gradientes ſimplíciter. * Eſtóte. Glória. * Eſtóte. *Matth.* 10. *Prov.* 2.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : & quod in aure audítis, prædicáte ſuper tecta. *Matth.* 10.

Ant. 1. G. Qui vos audit, me audit ; & qui vos ſpernit, me ſpernit : qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. *Luc.* 10.

Ant. 8. c. Dico vobis amícis meis : Ne terreámini ab his qui occídunt corpus, & poſt hæc non habent ámpliùs quid fáciant. *Luc.* 12.

℣. Eruet eos Dóminus à peccatóribus, & ſalvábit eos ; ℟. Quia ſperavérunt in eo. *Pſ.* 36.

Pater noſter.

Abſolutio & Benedictiones habentur ad calcem Pſalterii.

Tres Lectiones in Proprio Sanctorum.

℟. *iv.* Mementóte ſermónis mei, quem ego dixi vobis ; * Non eſt ſervus major dómino ſuo : ſi me perſecúti ſunt, & vos perſequentur. ℣. Locúti ſunt adversùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me. * Non eſt. *Joann.* 15. *Pſ.* 108.

℟. *v.* Nolíte timére opprobrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis : * Salus autem mea in ſempiternum erit : ego, ego ipſe conſolábor vos. ℣. Tradémini à paréntibus & amícis ; & morte affícient ex vobis ; & éritis ódio ómnibus propter nomen meum. * Salus. *Iſ.* 51. *Luc.* 21.

℟. *vj.* Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodò aut quid loquámini : * Non enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri qui lóquitur in vobis. ℣. Spíritus meus erit in médio veſtrûm, nolíte timére. * Non enim. Glória Patri. * Non enim. *Matth.* 10. *Agg.* 2.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Quicumque volúerit inter vos major fíeri, ſit veſter miniſter : ſicut Fílius hóminis non venit miniſtrári, ſed miniſtráre. *Matth.* 20.

Ant. 2. D. Ego Dóminus & Magiſter exemplum dedi vobis, ut quemádmodùm ego feci vobis, ita & vos faciátis. *Joann.* 13.

Ant. 8. g. Cùm fecéritis ómnia quæ præcepta ſunt vobis, dícite : Servi inútiles ſumus ; quod debúimus fácere, fécimus. *Luc.* 17.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis ; ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113.

Pater noſter.

Abſolutio & Benedictiones ad calcem Pſalterii.

Evangelium & Homilia in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Ecce dedi vobis poteſtátem ſuper omnem virtútem inimíci:* Verúmtamen in hoc nolíte gaudére; gaudéte autem quòd nómina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. ℣. Dabo vos in nomen & in laudem ómnibus pópulis terræ.* Verúmtamen. *Luc.* 10. *Soph.* 3.

℟. *viij.* In regeneratióne, cùm séderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ, * Sedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, judicantes duódecim tribus Iſrael. ℣. Judícium ſedébit, ut poteſtas & magnitúdo regni detur pópulo ſanctórum. * Sedébitis. Glória.* Sedébitis. *Matth.* 19. *Dan.* 7.

[*Poſt ix. Lectionem dicitur immediatè* Te Deum. *& ſic in quolibet Communi*].

AD LAUDES.

Antiphona, 6. F.

JEſus locútus eſt úndecim Diſcípulis dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra; euntes ergo docéte omnes gentes. *Matth.* 28.

Ant. 8. c. Prædicáte Evangélium omni creatúræ; baptizantes eos, docentes ſerváre ómnia quæcumque mandávi vobis. *Marc.* 16. *Matth.* 28.

Ant. 8. g. Quorum remiſéritis peccáta, remittuntur eis: & quorum retinuéritis, retenta ſunt. *Joann.* 20.

Ant. 1. G. Accipiétis.

Canticum Iſ. 52.

QUàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis * & prædicantis pacem;

Annuntiantis bonum, prædicantis ſalútem, * dicentis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox ſpeculatórum tuórum: * levavérunt vocem, ſimul laudábunt.

Quia óculo ad óculum vidébunt, * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte ſimul, deſerta Jerúſalem; * quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, redémit Jerúſalem.

Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum * in óculis ómnium géntium.

Et vidébunt omnes fines terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Ant. Accipiétis virtútem ſupervenientis Spiritûs ſancti in vos, & éritis mihi teſtes uſque ad últimum terræ. *Act.* 1.

Ant. 5. a. Ecce ego vobiſcum ſum ómnibus diébus uſque ad conſummatiónem ſéculi. *Matth.* 28.

Capitulum. Epheſ. 4.

CHriſtus dedit quoſdam quidem Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas; álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres & Doctóres ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

Hymnus.

QUI venit in terras
Deus,
Ut morte nos ſervet ſuâ,
Amóris hic fidos ſui
Vos éligit vicários.

Occisus Agnus à lupis
Vos miſit agnos ad lupos:
Mores feríuos éxuunt,
Agni repentè de lupis.

Quæ victimárum cædibus
Tellus madébat ímpiis,
Veſtris eam ſudóribus,
Veſtro piaſtis ſánguine.

Hoc rore facta pínguior
Quot illa fructus prótulit!
Quæ, quanta ſurrexit ſeges!
Et iſta nos ſeges ſumus.

Quam ſi bonus reſpéxeris,
Qui das rigátis créſcere,
Frumenta nos cœléſtibus
Matúra condes hórreis.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, in ómnibus pópulis mira[bilia] ejus. *Pſ. 95.*

Duplicatur Antiph[ona ad] Bened. in Feſtis Dupli[cibus] 2. Claſſ. & ſuprà; & [in] quolibet Communi.

Ad Benedictus, *Ant.* Prædicábant ut pœ[ni]tiam ágerent, & dæ[monia] multa ejiciébant, & [unge]bant óleo multos ægr[os, &] ſanábant. *Marc. 6.*

Oratio propria [...]

[*Ad Horas, Ant[iphonæ]* *ſumuntur ex Laudibus*[...] *tâ prætermiſsâ, &* [...] *omni alio Communi*]

AD PRIMA[M]

Antiph. 6. F. Jeſ[u] [...]

Capitulum, Regi [sæcu]lórum.

CANON Feriali[...]

Cætera ut in Pſal[terio]

AD TERTI[AM]

Antiph. 8. c. Præd[...]

Capitulum. Rom.

PEr Jeſum Chriſtu[m ac]cépimus grátia[m &] Apoſtolátum, ad obe[dien]dum fidei in ómnibu[s gen]tibus pro nómine eju[s].

[*In Duplicib. 2. Cl*[aſſ.] *ſuprà, ac per Octava*[s] [...]*cumque, (niſi aliter* [...]*tur) adduntur* ℟℟. [...] *vibus Tertiæ, Sextæ* [...] *næ, duo* Allelúia; & [in] *quolibet Communi*].

℟. *br.* In omnem te[rram] * Exívit ſonus eórum. Et in fines orbis terræ

. * Exívit. Gló-
ı omnem.
n ſunt loquélæ
mónes, ℟. Quo-
audiantur voces
Pſ. 18.
propria eſt.

E X T A M.

. 8. g. Quorum.
um. 2. *Cor.* 5.
in nobis Deus
ım reconciliatió-
Chriſto ergo lega-
gimur, tanquam
ortante per nos.
ıus pro Chriſto,
ımini Deo.
Veníte, * Et vi-
a Dómini. ℣. Quæ
odígia ſuper ter-
:t vidéte. Glória.
e. *Pſ.* 45.
jécit pópulos no-
Et gentes ſub pé-
ſtris. *Pſ.* 46.

N O N A M.

. 3. a. Ecce.
um. Epheſ. 2.
n eſtis hóſpites &
e; ſed eſtis cives
n & doméſtici
eræadificáti ſuper
ntum Apoſtoló-
ophetárum, ipſo
angulári lápide
Jeſu.
. In converten-
ınus captivitátem
Facti ſumus ſicut
. ℣. Magnificávit
fácere cum eis.
* Facti ſumus. Glória. ℟.
In convertendo.

℣. Magnificávit Dómi-
minus fácere nobiſcum;
℟. Facti ſumus lætantes.
Pſ. 125.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 6. F.

INjecérunt manus in A-
póſtolos, & poſuérunt
eos in cuſtódia. *Act.* 5.

Ant. 2. D. Cæſis denun-
tiavérunt, ne omninò lo-
querentur in nómine Jeſu.
Act. 5.

Ant. 4. E. Ibant gau-
dentes à conſpectu concí-
lii, quóniam digni hábi-
ti ſunt pro nómine Jeſu
contuméliam pati. *Act.* 5.

Ant. 1. G. Loquebantur
verbum Dei cum fidúcia;
& virtúte magnâ reddé-
bant teſtimónium reſur-
rectiónis Jeſu Chriſti. *Act.*
4.

Ant. 3. a. Tradidérunt
ánimas ſuas pro nómine
Dómini noſtri Jeſu Chriſti.
Act. 15.

Capitulum. 1. *Cor.* 4.

DEus nos Apóſtolos no-
viſſimos oſtendit, tan-
quam morti deſtinátos;
quia ſpectáculum facti ſu-
mus mundo, & Angelis,
& homínibus.

Hymnus, Qui venit in
terras, Deus, &c. *ut ad
Laudes ſuprà, pag.* vj.

℣. Nimis honorificáti
ſunt amíci tui, Deus; ℟.

Nimis confortátus eſt principátus eórum, *Pſ.* 138.

Duplicatur Ant. in Feſtis Dupl. 2. *Claſſ. & ſuprà. Et ſic in quolibet Communi.*

Ad Magníficat *Ant.* 5. C. In fundamentis duódecim civitátis ſanctæ Jerúſalem nómina duódecim Apoſtolórum Agni. *Apoc.* 21.

Oratio ut in Proprio.

[*In Annualibus,* AD COMPLET. *& ad* Nunc dimittis *Ant. propria ut ſuprà, ad Complet. poſt* I. *Veſp. Et ſic in omni alio Communi*].

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN PRIMIS VESPERIS.

[*In Feſtis Semiduplicibus , Antiphona unica, eaque prima , niſi aliter notetur : & ſic in quolibet Communi*].

Antiphona , 1. *toni.* D.

SI quis venit ad me , & non odit ánimam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcípulus. *Luc.* 14.

Ant. 4. E. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt. *Matth.* 10.

Ant. 2. D. Qui perdíderit ánimam ſuam propter me, & Evangélium , ſalvam fáciet eam. *Marc.* 8.

Ant. 3. a. Hæc eſt grátia , ſi propter Dei conſciéntiam ſúſtinet quis triſtítias , pátiens injuſtè. 1. *Petr.* 2.

Ant. 3. g. Uſque in tempus ſuſtinébit pátiens ; & póſteà rédditio jucunditátis. *Eccli.* 1.

Capitulum. Apoc. 3.

QUi vícerit, veſtiétur veſtimentis albis, & non delébo nomen ejus de libro vitæ , & confitébor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà , ℟. Beátus vir qui ſuffert tentatiónem , quóniam * Cùm probátus fúerit , † Accípiet corónam vitæ quam repromíſit Deus diligéntibus ſe. ℣. Pro certo habet omnis qui te colit, Dómine, quòd vita ejus , ſi in probatióne fúerit , coronábitur. * Cùm. Glória. † Accípiet. *Jac.* 1. *Tob.* 3.

Hymnus.

EX quo , ſalus mortálium ,
Fluxit ſacer Dei cruor,
Homo redemptus æmulum
Deo litávit ſánguinem.

NON jam crucis Chriſti pudet ;
Quin ſurgit ingens glória,

ſri mórtuum,
io mori Deo.
te plenus Spíritu
ias, ridet neces;
retus déxterâ,
lemptor, mílitat.
A ſpectans præ-
l,
d pœnas volat;
t, ut ſperet mori,
mortem víncere.
tot armátas ma-

aſſat júdice;
ipſis qui cadit,
ibus ſit fórtior.
hriſte, tanti mí-
s
acta fórtia:
éré pro tuo
ique durum n ó
ne.
IE tu Verbi Pater,
ili par Patri,
íque Spíritus,
ómni témpore.
n.
us cùm cecíderit,
détur; ℟. Quia
ſuppónit manum
36.
níficat, *Ant.* 3. a.
it, dabo ei ſedére
i throno meo; ſi-
vici, & ſedi cum
o in throno ejus.

ut infrà ad Lau-
propria ſit.
die occurrat Com-
o alterius Marty-
er Ant. ad Bene-

dictus, & ℣. *ex Laudibus, cum ea Oratione quæ in Proprio Sanctorum aſſignata eſt. Quod ſervatur in omni alio Communi.*

[*In Annualibus*, AD COMPLET. (*in quo ſemper dicuntur Pſalm. Feriales.*) *Ant.* 3. c. Qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris; ſed habébit lumen vitæ. *Joann.* 8.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 5. a. Ego ad Dóminum aſpíciam; expectábo Deum Salvatórem meum. *Mich.* 7].

AD MATUTINUM.

Invitat. Chriſtum qui dat vincenti manna abſcónditum, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 2.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

FELIX morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam;
Et ſignáre cruóre
Quam Chriſto déderas, fidem.

PŒNIS victa quibus deficeret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas:
Cui non ſufficit una,
Ambis innúmeras neces.

TE pro lege ſua magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpectat ab æthere;
Ne ſuccúmbere poſſis,

Tecum prælia ſúſtinet.
Et nos delicias vana per
ótia,
Gens infida Deo, quærimus
ánxii:
Quid torpémus? inertes
Sanguis Mártyris éxcitat
Semper máxima laus ingénito
Patri;
Semper laus génito máxima
Filio:
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

[*In Duplicibus ſimpliciter dicitur Antiphona unica in unoquoque Nocturno, eaque prima de tribus uniuscujuſque Nocturni, ſi Feſtum occurrat Feriâ II. aut V. ſecunda, ſi Feriâ III. aut VI. & tertia, ſi Feriâ IV. aut Sabbato. In Semiduplicibus & Simplicibus, tres Antiphonæ ad Nocturnum, Verſiculus & duo* ℟℟. *ſumuntur ex uno eodemque Nocturno, juxta Feriam, id eſt, ſi Feſtum occurrat Feriâ II. vel V. tres Antiph. Verſiculus & Reſponſoria* j. *&* iij. *de I. Nocturno: ſi Feriâ III. aut VI. tres Ant. Verſic. &* ℟℟. iv. *&* vj. *de II. Noct. ſi autem Feriâ IV. aut Sabbato, tres Ant. Verſic. &* ℟℟. *de III. Noct. & ſic in quolibet Communi*].

Ant. 1. a. Bonus Dóminus, & confortans in die tribulatiónis, & ſciens ſperantes in ſe. *Nahum.* 1.

Ant. 3. c. Qui confidit in Dómino, & erit Dóminus fidúcia ejus; non timébit cùm vénerit æſtus. *Jerem.* 17.

Ant. 2. D. In tentatióne Deus illum conſervábit, & liberábit à malis. *Eccli.* 33.

℣. Parátum cor ejus ſperáre in Dómino; ℟. Confirmátum eſt cor ejus, non commovébitur. *Pſ.* 111.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Probávit me Dóminus quaſi aurum quod per ignem tranſit: * Veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea. ℣. Omnia detrimentum feci ad cognoſcendum Chriſtum & ſocietátem paſſiónum illíus, configurátus morti ejus: * Veſtígia. *Job.* 23. *Philipp.* 3.

℟. *ij.* Certámen forte dedit illi Dóminus, * Ut vínceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. ℣. Confortatus eſt fide, dans glóriam Deo, * Ut vínceret. *Sap.* 10. *Rom.* 4.

℟. *iij.* Cuſtodívit illum Dóminus ab inimícis: * Deſcendit cum illo in fóveam, & † In vínculis non dereliquit illum. ℣. Erat

ı eo, & eripuit ómnibus tribula- ejus. * Deſcendit. In vínculis. *Sap.* 7.
NOCTURNO.
c. Non mihi con- rcere ánimæ meæ témpore tribula- *Mach.* 13.
F. Víncula & tri- es me manent; ſed um véreor. *Act.*
G. Non fácio áni- am pretioſiórem :, dúmmodò con- curſum meum.
Deo ſperávi; ℟. nébo quid fáciat no. *Pſ.* 55.
ſancti Auguſtíni Epíſcopi.
11. *in nat. Cypr. rt. Lectio iv.*
ıobis feſtum diem beatíſſimi Márty- cujus nos victóriæ s in iſtum locum mos congregávit. brátio ſolemnitá- tyrum, imitátio e virtútum. Fácile rem Mártyris cele- magnum eſt fidem tiéntiam Mártyris Hoc ſic agámus, optémus : hoc ſic ıus, ut illud pótiùs ıs. Quid laudámus Mártyris? Quia uſ- que ad mortem pro veritáte certávit, & ídeò vicit. Blandientem mundum contempſit, ſævienti non ceſſit : ídeò victor ad Deum acceſſit.

℟. *iv.* Pláceo mihi in infirmitátibus meis, in contuméliis, in neceſſitátibus, in perſecutiónibus, in angúſtiis pro Chriſto; * Cùm enim infirmor, tunc potens ſum. ℣. In Dómino ſperans, non infirmábor. * Cùm enim. 2. *Cor.* 12. *Pſ.* 25.

Lectio v.

Abundant in iſto ſéculo errores & terróres : beatíſſimus Martyr errores ſapiéntiâ, terróres patiéntiâ ſuperávit. Magnum eſt quod fecit: ſecútus Agnum, leónem vicit. Quando perſecútor ſæviébat, leo fremébat : ſed quia Agnus ſursùm attendebátur, leo deorsùm calcabátur. Cogitáte, fratres, quale fuit mitti hómines per orbem terrárum prædicáre hóminem mórtuum reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe, & pro iſta prædicatióne pérpeti ómnia quæ insániens mundus inferret, damna, exília, víncula, tormenta, flammas, béſtias, cruces, mortes.

℟. *v.* Ego non ſolùm alligári, ſed * Et mori parátus ſum propter nomen Dómini Jeſu. ℣. Ego áni-

nens deſtinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. 2. *Mach.* 6.

Ant. 1. a. Magis éligens afflígi cum pópulo Dei, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, invisíbilem tanquam videns ſuſtínuit. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Gloriosíſſimam.

Canticum. Eccli. 51.

CONfitébor tibi, Dómine rex, * & collaudábo te Deum ſalvatórem meum.

Confitébor nómini tuo, * quóniam adjútor & protector factus es mihi.

Et liberaſti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium; * & in conſpectu aſtántium factus es mihi adjútor.

Et liberaſti me ſecundùm multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui * à rugiéntibus præparátis ad eſcam:

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me.

Ant. Gloriosíſſimam mortem magis quàm odíbilem vitam compléctens, voluntárie præíbat ad ſupplícium. 2. *Mach.* 6.

Ant. 6. F. Hoc modo vitâ deceſſit, univerſæ genti memóriam mortis ſuæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis derelinquens. *II. Mach.* 6.

Capitulum. Rom. 8.

FRatres, exíſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis.

Hymnus.

JAM non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas Cœlituum choros:
Nunc pro cárcere cæco
Fulgentes hábitas domos.

NON jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber Súperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

NEC te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus, & índuit.

SIC tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet;
Confundíſque tyrannum,
Dum quos déprimit, élevas.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máximo Fílio:
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Cantábo, Dómine

rantur : ita Dómi-
:er contrária oppó-
dicamenta peccá-
lúbricis continén-
ıácibus largitátem,
is manſuetúdinem,
:æcíperet humilitá-

j. Eſto fidélis uſque
tem, & dabo tibi
n vitæ : * Qui ví-
on lædétur à morte
. ℣. Uſque ad mor-
ta pro juſtítia, &
pugnábit pro te ini-
ıos. * Qui vícerit.
. *Eccli.* 4.
Lectio viij.
è cùm ſe ſequénti-
nova mandát; pro-
, dixit : Niſi quis
ıverit ómnibus quæ
, non poteſt meus
:ipulus. Ac ſi apertè
Qui per vitam vete-
éna concupíſcitis,
væ converſatiónis
ı & veſtra largími-
d verò in hac le-
licat, audiámus :
lt poſt me veníre,
ſemetipſum. Ibi
ut abnegémus no-
ic dícitur ut abne-
ıos. Et fortaſſe la-
m non eſt hómini
:re ſua : ſed valde
ſum eſt relínquere
ſum. Minus quippe
:gáre quod habet ;
utem multum eſt,
:e quod eſt.

℟. *viij.* Liberávit me Dóminus ab omni ópere malo ; * Et ſalvum fáciet in regnum ſuum cœleſte. ℣. In die tribulatiónis exultábo in Deo Jeſu meo : ſuper excelſa dedúcet me victor, * Et ſalvum. Glória. * Et. 2. *Tim.* 4. *Hab.* 3.

Lectio ix.

AD ſe autem nobis veniéntibus Dóminus præcépit, ut renuntiémus noſtris : quia quicumque ad fidei agónem venímus, luctámen contra malignos ſpíritus súmimus. Nihil autem maligni ſpíritus in hoc mundo próprii póſſident ? nudi ergo cum nudis luctári debémus. Nam ſi veſtítus quiſquam cum nudo luctátur, cítiùs ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid enim ſunt terréna ómnia, niſi quædam córporis indumenta ? Qui ergo contra diábolum ad certámen próperat, veſtimenta abjíciat, ne ſuccumbat.

AD LAUDES.

[*In Semiduplicibus & infrà Antiphona unica, eaque quarta ; & ſic inquolibet Communi*].

Antiphona, 8. g.

PRopter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit, tradens ánimam ſuam. *Philipp.* 2.

Ant. 3. a. Patienter ſuſti-

mea & ſalus mea; ℟. Quem timébo? *Pſ.* 26.

AD NONAM.

Antiph. 6. F. Hoc modo.

Capitulum. Tob. 3.

POſt tempeſtátem tranquillum facis, Dómine; & poſt lacrymatiónem & fletum exultatiónem infundis. Sit nomen tuum, Deus Iſrael, benedíctum in ſécula.

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Suſceptor meus. ℣. Et refúgium meum in die tribulatiónis. * Suſceptor. Glória. ℟. Factus es. *Pſ.* 58.

℣. Tu, Dómine, adjuviſti me, ℟. Et conſolátus es me. *Pſ.* 85.

AD II. VESPERAS.

[*In Semiduplicibus, Antiph. unica, eaque prima, niſi aliter notetur. Et ſic in quolibet Communi*].

Antiphona, 4. f.

CUm à morte poſſem liberári, duros córporis ſuſtíneo labóres; ſecundùm ánimam verò libenter hæc pátior. 2. *Mach.* 6.

Ant. 7. a. Gaúdeo in paſſiónibus, & adímpleo ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti in carne mea. *Col.* 1.

Ant. 5. a. Replétus ſum conſolatióne, ſuperabúndo gáudio in omni tribulatióne. 2. *Cor.* 7.

Ant. 8. g. Dóminus mihi áſtitit, & confortávit me; & ſalvum fáciet in regnum ſuum cœleſte. 2. *Tim.* 4.

Ant. 4. f. Eripuiſti me de témpore iníquo; proptéreà confitébor & laudem dicam tibi, & benedícam nómini Dómini. *Eccli.* 51.

Capitulum. 1. *Joann.* 5.

OMne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victória quæ vincit mundum, fides noſtra.

Hymnus, Jam non te lácerant, *ut in Laudibus, pag.* xiv.

℣. Dóminus exaudívit eum; ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum. *Pſ.* 33.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Juſtum à peccatóribus liberávit Dóminus, & non derelíquit illum, & dedit illi claritátem ætemam. *Sap.* 10.

;OMMUNE PLÚRIUM MARTYRUM.

I PRIMIS VESPERIS.
Antiphona, 2. D.
VEnit hora ut omnis qui intérficit vos, arstrétur obſéquium ſe præire Deo. *Joann.* 16.
Ant. 3. a. Injícient vos manus ſuas, & perſeientur trahentes ad reges præſides. *Luc.* 21.
Ant. 4. f. Occídent os, & éritis ódio ómnis géntibus propter noen meum. *Matth.* 24.
Ant. 5. a. In mundo eſſúram habébitis; ſed nfidite, ego vici munim. *Joann.* 16.
Ant. 1. D. In patiéntia ſtra poſſidébitis ánimas ſtras. *Luc.* 21.
Capitulum. 1. *Petr.* 4.
I exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éri; quóniam quod eſt hoóris, glóriæ & virtútis ei, & qui eſt ejus Spíris, ſuper vos requieſcit.
In Duplicibus 2. *Claſſis supra.* ℟. Dignè Evanlio Chriſti conversámi, & in nullo terreámi i ab adversáriis; * Quia Vobis donátum eſt pro hriſto, non ſolùm ut in im credátis, ſed ut étiam ro illo patiámini. ℣. A ıbis viri peccatóris ne timuéritis: confortámini, & viríliter ágite in lege. * Quia. Glória. † Vobis. *Philipp.* 1. 1. *Mach.* 2.

Hymnus.

FORTES cadendo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœleſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.
IMPLERE vos omnes decet
Paſſo Deo quod défuit:
Per tot neces læſo Patri
Fit plena Chriſtus hóſtia.
QUEM lictor insánus ſitit,
Quem cæcus effundit furor;
Amor ſacerdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.
ET ille mixtus ſánguini
Quem fudit in ligno Deus,
Fundéntibus placábilem
Oráre non ceſſat Deum.
SIC, Chriſte, robur Mártyrum,
Certáre das & víncere;
Tuóſque múnerans, tua
Æquus corónas múnera.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

℣. Multæ tribulatiónes juſtórum; ℟. Et de ómni-

bus his liberábit eos Dóminus. *Pſ.* 33.

Ad Magníficat *Ant.* 8. G. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte; ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. *Luc.* 6.

Oratio, ut infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

In Annualibus, AD COMPLETORIUM. *Ant.* 3. c. Complebuntur dies luctûs tui, Sion: non óccidet ultrà ſol tuus. *Iſ.* 60.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Sérvient Deo ſervi ejus, & vidébunt fáciem ejus; & nomen ejus in fróntibus eórum. *Apoc.* 22.

AD MATUTINUM.

Invitat. Dóminum legítimè certantes coronantem, * Veníte, adorémus. *II. Tim.* 2.

Pſalmus Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

QUAM vincla ſunt hæc fórtia
Quæ Mártyres Deo ligant!
Non vita, mille non neces
A caritáte séparant.

VIX corpus unum súfficit:
Non eſt ſatis ſemel mori;
Quot ſciſſa membra, tot litant
Deo placentes víctimas.

SÆVIT tyrannus, állicit;
Temnunt minas, temnunt preces
Deum minantem dum timent,
Dum munerantem díligunt.

ACTI procellis ómnibus,
Sui cruóris flúmine
Vehuntur; &, Chriſto duce,
Portus beátos óccupant.

FAC, Chriſte, ſemper mens tibi
Inter cruces adhæreat:
Fac dura quæ corpus premunt,
Ad te magis nos érigant.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni tempóre.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Ecce natiónes convenérunt advérsùm nos, ut nos diſperdant: quómodò potérimus ſubſíſtere, niſi tu, Deus, ádjuves nos? 1. *Mach.* 3.

Ant. 5. a. Séquimur te in toto corde, & timémus te, & quærimus fáciem tuam: érue nos, & da glóriam nómini tuo, Dómine. *Dan.* 3.

Ant. 8. g. Omnes qui oſtendunt ſervis tuis mala, confundantur in omnipoténtia tua, & ſciant quia tu es Dóminus Deus ſolus. *Dan.* 3.

℣. Da nobis, Dómine, auxílium de tribulatióne;
℟. Quia vana ſalus hóminis. *Pſ.* 59.

es de Scriptura

ſos ſtulti propter
: maledícimur,
:imus; * Perſe-
pátimur, & ſu-
blaſphemámur,
.mus. ℣. Propter
ıc, mortificámur
æſtimáti ſumus
occiſiónis. * Per-
m. 1. *Cor.* 4. *Pſ.*

Quis nos ſepará-
táte Chriſti? tri-
an angúſtia? an
ı perſecútio? an
* Neque mors,
:a póterit nos ſe-
caritáte Dei. ℣.
ıia venérunt ſu-
nec oblíti ſumus
nine. * Neque
m. 8. *Pſ.* 43.
Deus omnis grá-
. vocávit nos in
ſuam glóriam in
eſu, * Módicùm
ſe perfíciet: ipſi
impérium † In
:ulórum. ℣. Rex
efunctos nos pro
us in ætérnæ vitæ
ióne ſuſcitábit: *
n. Glória. † In ſé-
'etr. 5. *II. Mach.* 7.
NOCTURNO.
r. b. In mortem
propter Jeſum,
ı Jeſu manifeſté-
ırne noſtra mor-
'or. 4.

Ant. 3. b. Paráti ſumus mori, magis quàm pátrias Dei leges prævaricári. 2. *Mach.* 7.

Ant. 6. F. Propítius ſit nobis Deus: non eſt nobis útile relínquere legem, & juſtítias Dei, ut eámus álterâ viâ. 1. *Mach.* 2.

℣. In Deo faciémus virtútem; ℟. Et ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos. *Pſ.* 59.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 335. *in nat. Mart.*

Lectio iv.

QUóniam dies ſanctórum Mártyrum eſt, unde pótiùs áliquid delectet nos dícere, niſi de glória ipsórum? Adjuvet nos Dóminus Mártyrum. Audívimus pauló ante beátum Apóſtolum Paulum prædicantem: Quis nos ſeparábit à caritáte Chriſti? (Iſta vox eſt Mártyrum.) Tribulátio? an angúſtia? an perſecútio? an fames? an núditas? an perículum? an gládius? Sicut ſcriptum eſt: Propter te morte affícimur totâ die; deputáti ſumus ut oves occiſiónis. Sed in his ómnibus ſuperámus per eum qui diléxit nos. Hæc eſt vox Mártyrum, ómnia toleráre, & de ſe nihil præſúmere: illum dilígere qui glorificátur in ſuis; ut qui gloriá-

tur, in Dómino gloriétur.

℟. *iv.* Abſit à nobis ut relinquámus Dóminum, & ſerviámus diis aliénis: * Dómino Deo noſtro ſerviémus, & obedientes érimus præceptis ejus. ℣. Et ſi ſunt qui dicántur dii, ſive in cœlo, ſive in terra, nobis tamen unus Deus.* Dómino. *Joſ.* 24. 1. *Cor.* 8.

Lectio v.

NOvérunt & illud quod nos cantávimus pauló antè: Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti. Si juſti in Dómino lætantur, injuſti non novérunt lætári niſi in ſéculo. Sed ipſa eſt prima ácies debellanda: primò vincendæ ſunt delectatiónes, & póſteà dolóres. Quómodo poteſt ſuperáre mundum ſævientem, qui non poteſt ſuperáre blandientem? Blanditur hic mundus pollicendo honóres, divítias, voluptátes: minátur hic mundus intentando dolóres, egeſtátes, humilitátes. Qui non contemnit quod pollicétur, quómodò ſuperáre poteſt quod minátur?

℟. *v.* Dóminus Deus aſpíciet veritátem, & conſolábitur in nobis.* Pótius eſt ab homínibus morti datos ſpem expectáre, à Deo, iterùm ab ipſo reſuſcitandos. ℣. Sicut abundant paſſiónes Chriſt[i] nobis, ita & per Chri[ſtum] abundat conſolátio no[ſtra]. * Pótius eſt. 2. *Mach.* 2. *Cor.* 1.

Lectio vj.

HAbent delectati[ó]... ſuam divítiæ: ... néſciat? Sed plus ... delectatiónis juſtítia. ... lectáre divítiis cum j[uſti]tia. Ubi autem talis ... culus tentatiónis incid[it] ut duo hæc véniant in ... tentiónem, divítiæ & [ju]ſtítia, & non poſſis ha[bere] utrumque; ſed ſi m[ittis] manum ad divítias, [ne]céſſe eſt ut admittas j[uſti]tiam; ſi míſeris manu[m ad] juſtítiam, péreant div[itiæ] modò élige, modò pu... modò videámus ſi non ... cauſa cantaſti: Lætá[mini] in Dómino, & exul[táte] juſti: modò videám[us] non ſine cauſa audi[...] Quis nos ſeparábit à ... táte Chriſti? Et qu... prætermíſit ómnia q[uibus] blanditur mundus, ... vóluit ea commemo[ráre] quibus ſævit mundus. ... re? Quia certámina ... tyrum prænuntiábat ... útique certámina ubi ... runt perſecutiónem ... mem, ſitim, egeſtá[tem] ignomíniam; ad extré[mum] timórem mortis & h[oc] ſævíſſimum.

℟. *vj.* Exhibeámus

ut Dei mini-
ılta patiéntia,
nibus, * In ne-
in angúſtiis,
in carcéribus.
qui placuérunt
ultas tribula-
iérunt fidéles.
átibus, in an-
lagis, in car-
ória. * In ne-
2. *Cor.* 6. *Ju-*

OCTURNO.

d. Elegérunt
, & noluérunt
gem Dei ſan-
cidáti ſunt. *I.*

f. Et ſi coram
tormenta paſſi
lórum immor-
a eſt. *Sap.* 3.
Módico nunc
ntáto, ſub te-
æ ætérnæ effe-
Mach. 7.
erelinquet Dó-
os ſuos; ℟. In
nſervabuntur.

ti Evangélii
m Lucam.
. Cap. 21.
pore: Dixit Je-
lis ſuis: Cùm
ælia & ſeditió-
terréri: opor-
hæc fieri, ſed
im finis. Et ré

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 35. *in Evang.*

AUdítis tot terróribus, turbári póterant infirmórum corda, atque ídeò conſolátio adjúngitur: Pónite ergo in córdibus veſtris non præmeditári quemádmodum reſpondeátis. Ego enim dabo vobis os & ſapiéntiam, cui non póterunt reſíſtere & contradícere omnes adversárii veſtri. Ac ſi apertè membris ſuis infirmántibus dicat: Nolíte terréri, nolíte pertiméſcere; vos ad certámen accéditis, ſed ego prælior: vos verba éditis, ſed ego ſum qui loquor.

℟. *vij.* Ludíbria & vérbera experti, ínſuper & víncula & cárceres: * Lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt. ℣. Tradidérunt córpora ſua ne ſervírent, & ne adorárent omnem Deum, excepto Deo ſuo. * Lapidáti ſunt. *Hebr.* 11. *Dan.* 3.

Lectio viij.

SEquitur: Tradémini autem à paréntibus, & frátribus, & cognátis, & amícis, & morte afficient ex vobis. Sed quia dura ſunt quæ prædicuntur de afflictióne mortis, prótinùs conſolátio ſúbditur de gáudio reſurrectiónis, cùm dícitur;

Capillus de cápite veſtro non períbit; vidélicet apertè dicens: Cur timétis ne péreat quod incíſum dolet, quando & illud in vobis períre non poteſt, quod incíſum non dolet? Séquitur: In patiéntia veſtra poſſidébitis ánimas veſtras. Idcircò poſséſſio ánimæ in virtúte patiéntiæ pónitur, quia radix ómnium cuſtoſque virtútum patiéntia eſt. Per patiéntiam verò poſſidémus ánimas noſtras; quia dum nobis ipſis domінári díſcimus, hoc ipſum incípimus poſſidére quod ſumus.

℟. *viij.* Antíquus diérum judícium dedit ſanctis Excelſi; * Et † Regnum obtinuérunt ſancti. ℣. Per fidem operáti ſunt juſtítiam, adepti ſunt repromiſſiónes. * Et. Glória. † Regnum. *Dan.* 7. *Hebr.* 11.

Lectio ix.

ET nos ſine ferro eſſe póſſumus Mártyres, ſi patiéntiam veráciter in ánimo cuſtodímus.... Serváte ergo, fratres, in mente patiéntiam, eamque, cùm res éxigit, exercéte in operatióne. Nullum veſtrùm ad ódium próximi contumelióſa verba commóveant, nullum periturárum rerum damna perturbent. Si enim manſúra damna pertiméſcitis; damna rerum tranſeúntium grávia non putátis. Si ætérnæ retributiónis glóriam concupíſcitis, de temporáli injúria non dolétis. Toleráte ergo adversários veſtros: ſed ut fratres dilígite, quos tolerátis. Ætérna præmia pro damnis temporálibus quærite.

AD LAUDES

Antiphona, 7. d.

VIdi ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter teſtimónium quod habébant. *Apoc.* 6.

Ant. 1. a. Stabant ante thronum in conſpectu Agni, & palmæ in mánibus eórum. *Apoc.* 7.

Ant. 2. D. Datæ ſunt illis ſíngulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis ut requiéſcerent. *Apoc.* 6.

Ant. 6. F. Hi ſunt.

Canticum. Sap. 3.

JUſtórum ánimæ in manu Dei ſunt, * & non tanget illos tormentum mortis.

Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, * & æſtimáta eſt afflíctio éxitus illórum;

Et quod à nobis eſt iter, extermínium: * illi autem ſunt in pace.

Et ſi coram homínibus tormenta paſſi ſunt, * ſpes illórum immortalitáte plena eſt.

In paucis vexáti, in mul-

diſponentur ; * Deus tentávit eos, it illos dignos ſe. iam aurum in for- obávit illos , & locauſti hóſtiam llos ; * & in tém- it reſpectus illó-

ount juſti, * & tan- intillæ in arundi- currènt.
bunt natiónes & untur pópulis ; * bit Dóminus illó- erpétuum.
Hi ſunt ante thro- , & sérviunt ei die in templo ejus.

. c. Non esúrient tient ámpliùs, nec per illos ſol, neque tus. *Ibid.*
tulum. Jac. 1.
ie gaúdium exiſti- te , Fratres mei , tentatiónes várias is : ſcientes quòd fidei veſtræ pa- operátur ; patién- m opus perfectum

Hymnus.

м, Chriſte, ſigna-
ſti viam
profúſo sánguine,
c tui te fórtiter
ſequuntur mílites.
s manus , foſſus
des,
d aſtra tránſvolas ;
Et membra trunci Mártyres ,
Addunt triumpho ſe tuo.

Omnes in oſtro ſpléndidi
Tuum tribúnal ámbiunt :
Accepta monſtrant vúlnera ,
Et per tot ora súpplicant.

Audire ſi nos réſpuis ,
Quos críminum moles gravat ;
Audi tuos, qui sánguinem
Fudére pro te , Mártyres.

Fac , ſi tyrannus déficit ,
Ne blandiendo mólliùs
Frangat voluptas péctora,
Ipſis tyrannis ſævior.

Æterne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri ,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

℣. Salus juſtórum à Dómino : ℟. Et protector eórum in témpore tribulatiónis. *Pſ.* 36.

Ad Bened. *Ant.* 8. g. Beáti qui perſecutiónem patiuntur propter juſtítiã, quóniam ipsórum eſt regnum cœlórum. *Matth.* 5.

Oratio.

Concéde , quæſumus , omnípotens Deus, ut ſanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* quorum celebrámus victórias, participémus & præmiis ; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátiâ ſancti Mártyres tui N. & N. mundi nec blandítiis, nec terróribus devicti ſunt; da nobis ut te ſolum diligentes, próſpera mundi ſimul & adverſa deſpiciámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Vidi.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a. Stabant.

Capitulum. Sap. 3.

TAnquam aurum in fornáce probávit illos, & quaſi holocauſti hóſtiam accépit illos, & in témpore erit reſpectus illórum.

℟. *breve.* Probaſti nos, Deus: * Igne nos examinaſti. ℣. Sicut examinátur argentum. * Igne. Glória. ℟. Probaſti. *Pſ.* 65.

℣. Lætáti ſumus pro dié bus quibus nos humiliaſti, ℟. Annis quibus vídimus mala. *Pſ.* 89.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Datæ ſunt.

Capitulum. Sap. 10.

REddidit juſtis Deus mercédem labórum ſuórum, & deduxit illos in via mirábili, & fuit illis in velamento diéi: tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvexit illos per aquam nímiam.

℟. *br.* Transívimus * Per ignem & aquam. ℣. Et eduxiſti nos, Deus, in refrigérium. * Per. Glória. ℟. Transívimus. *Pſ.* 65.

℣. Salvaſti nos, Dómine, de affligéntibus nos; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſal.* 43.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Non esúrient.

Capitulum. Iſ. 9.

LÆtabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victóres captâ prædâ, quando dívidunt ſpólia.

℟. *breve.* Qui séminant in lácrymis, * In exultatióne metent. ℣. Euntes ibant & flebant mittentes sémina ſua. * In. Glória. ℟. Qui.

℣. Venientes vénient cum exultatióne, ℟. Portantes manípulos ſuos. *Pſ.* 125.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 5. a.

LÆtítia ſempiterna ſuper caput eórum, gáudium & lætítiam obtinébunt, & fúgiet dolor & gémitus. *Iſ.* 35.

Ant. 3. c. In perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum. *Sap.* 5.

Ant. 1. D. Judicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis, & regnábit Dóminus illórum in perpétuum. *Sap.* 3.

Ant. 4. E. Qui vicérunt, habent cítharas Dei, & cantant

icum Agni. *Apoc.*
8. g. Agnus qui
) throni eſt, re-
: & dedúcet eos
fontes aquárum.

tulum. Iſ. 65.
ióni tráditæ ſunt
júſtiæ priores, &
t in memória prió-
n aſcendent ſuper
gaudébitis & exul-

tábitis uſque in ſempiternum.

Hymnus. Quam, Chriſte, *ut in Laudibus, pag. xxiij.*

℣. Exultent juſti in conſpectu Dei, ℟. Et delectentur in lætítia. *Pſ. 67.*

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Ecce quómodò computáti ſunt inter fílios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt. *Sap. 5.*

IMUNE SS. PONTIFICUM.

MIS VESPERIS.
iphona, 5. a.
ábo ſuper oves
Paſtórem unum;
et eas, & ipſe erit
ſtórem. *Ezech.* 34.
8. g. Elégi eum ex
s mihi in ſacerdó-
: aſcénderet ad al-
um, & adoléret
enſum. 1. *Reg.* 2.
6. F. Pones tiáram
e ejus, & ſanctifi-
n ut ſacerdótio fun-
ihi. *Exod.* 29.
2. D. Juxta cor
& ánimam meam
t ambulábit coram
meo cunctis dié-
Reg. 2.
3. c. Geſtábit judí-
iórum Iſrael in pé-
o in conſpectu Dó-
mper. *Exod.* 28.
Æſtiva.

Capitulum. Hebr. 5.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocátur à Deo tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificávit ut Póntifex fieret, ſed qui locútus eſt ad eum: Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm órdinem Melchíſedech.

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Locútus es ſanctis tuis, Dómine, & dixiſti: Invéni ſervum meum, * Oleo ſancto meo unxi eum: † Manus mea auxiliábitur ei. ℣. Huic Deus teſtimónium péſhibens dixit: Invéni virum ſecundùm cor meum. * Oleo. Glória. † Manus. *Pſ.* 88. *Act.* 13].

Hymnus.

CHRISTE, Paſtórum caput atque princeps,
Præſulis feſtam venerata lucem,
Débitis ſupplex tua templa votis
Turba frequentat.

ILLE non vano ténuit tremendam
Spíritu ſedem, próprio nec auſu;
Sed ſacrum juſſus, Dómino vocante,
Sumpſit honórem.

STRENUUM bello púgilem ſuperni
Chríſmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, poſuítque ſanctam
Páſcere gentem.

FIT gregis Paſtor, pater atque forma.
Omnium curas levat & labóres;
Lætus impendit ſua ſeque, cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit gementes,
Erigit lapſos, tenebráſque pellit.
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hoſtem.

FAC, ut illíus précibus juvémur,
Chriſte; fac, Patrem paritérque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Elégit Dómin[i]
vum ſuum, ℟. Páſce[…]
reditátem ſuam. *Pſ.*

Ad Magníficat. *An[…]*
Ipſum elégit Dómin[…]
omni vivente, offer[…]
crifícium Deo, ince[…]
& bonum odórem, i[…]
móriam placáre pro p[…]
lo ſuo. *Eccli.* 45.

Oratio, ut infrà ad
des, niſi propria aſſign[…]

[*In Annualib.* AD C[…]
PLETORIUM, *Ant.* 3. 2[…]
nebræ tuæ erunt ſicut[…]
dies; & réquiem tibi[…]
Dóminus ſemper. *Iſ.* 5[…]

Ad Nunc dimittis.
7. G. Cùm vénerit Dóm[…]
& pulſáverit, beáti[…]
quos invénerit vigila[…]
Luc. 12].

AD MATUTIN[…]

Invitat. Chriſtum
ſcopum animárum no[…]
rum, * Veníte, adoré[…]
1. *Petr.* 2.

Pſalmus Veníte, p[…]

Hymnus.

CHRISTE, decret[…]
tris inſtitútus
Póntifex ſummo, ti[…]
gregátos
Ponis, & formas p[…]
regendis
Ipſe miniſtros.

HUNC juvat feſto c[…]
re cantu,
Qui licèt magnis[…]
coruſcans,

nvítus, trepidante
extrâ,
s honóris.
ıт quantis páteat
eríclis
, ſummos ápices
ſeptus,
ı curas, ſibi raptus
ni,
et omnes.
: fervens amor in-
uiétum.
gis cari pia cura
oſcit,
promptus; mora
on euntem
retardat.
r, vitâ præeunte,
ıonſtrat;
pat factis ſua dicta
ıagnis,
ım ſanctam bene
lente Chriſti
t odóre.
t cæco, cólumen
ıbanti,
lapſo, míſero le-
ámen,
; cunctis pater,
mnibúſque
a factus.
e, Paſtórum bo-
us ipſe Paſtor,
ges paſcis próprio
:uóre,
æternæ súbeant
píma
ı vitæ.
.men.
NOCTURNO.
ı. D. Vocávit eum
s; & ait: Vidi affli-
ctiónem pópuli mei; veni, & mittam te ut edúcas pópulum meum. *Exod.* 3.

Ant. 1. G. Dixit ad Deum: Quis ſum ego ut vadam & edúcam fílios Iſraël? Qui dixit ei: Ego ero tecum. *Exod.* 3.

Ant. 8. G. Vade in hac fortitúdine tua, & liberábis Iſraël: ſcito quòd míſerim te. *Jud.* 6.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Póntifex ſuper cujus caput fuſum eſt unctiónis óleum, * Non contaminábitur, ne pólluat ſanctuárium Dómini. ℣. Oportet Epíſcopum ſine crímine eſſe, ſicut Dei diſpenſatórem. * Non. *Levit.* 21. *Tit.* 1.

℟. *ij.* Speculatórem dedi te dómui Iſraël: * Aúdiens ergo ex ore meo ſermónem, annuntiábis eis ex me. ℣. In mente habe quáliter accéperis & audíeris, & ſerva. * Aúdiens ergo. *Ezech.* 33. *Apoc.* 3.

℟. *iij.* Accéde ad altáre, & ímmola pro peccáto tuo: * Offer holocauſtum, & † Deprecáre pro te & pro pópulo. ℣. Debet Póntifex quemádmodùm pro pópulo, ita étiam & pro ſemetipſo offerre pro peccátis.

* Offer. Glória. † Deprecáre. *Levit.* 9. *Hebr.* 5.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Dedit illi Dóminus in præceptis ſuis poteſtátem, docére Jacob teſtimónia, & in lege ſua lucem dare Iſrael. *Eccli.* 45.

Ant. 5. a. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & in fide ſua probátus eſt Prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis. *Eccli.* 46.

Ant. 6. F. Confirmávit omnes húmiles pópuli ſui, & legem exquiſívit, & ábſtulit omnem iníquum & malum. 1. *Mach.* 14.

℣. Invocábant Dóminum ſacerdótes ejus : ℟. Ipſe exaudiébat eos, & loquebátur ad eos. *Pſ.* 98.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 10. *in Epiſt.* 1. *ad Tim.*

Lectio iv.

SI quis Epiſcopátum áppetit, non principátus ac dominatiónis faſtu, ſed pro cura regíminis & caritátis affectu, non ímprobo: bonum quippe desíderat opus. Quippe & Móyſes eamdem rem appetiviſſe cognóſcitur. Verùm ille hujúsmodi poténtiam ambitúm que dominandi nequáquam quæsívit ; ſed eam rem ita cupívit, ut nec contuméliam audíre refúgeret, cùm illi dicerétur: Quis te conſtítuit príncipem & júdicem ſuper nos ? Si quis ígitur ita desíderat, desíderat bene. Epiſcopátus enim ex eo dícitur, quòd omnes inſpíciat, cúnctaque ſpeculétur. Oportet ígitur Epíſcopum irreprehensíbilem eſſe. Hoc único verbo genus omne virtútum expreſſit. Itaque qui ſibi vel levis culpæ conſcius eſt, malè profectò facit, eam rem áppetens, quâ indignum ſe per ópera facit. Non enim decet hujúſmodi régere, ſed pótius regi. Eum quippe qui regendos álios ſúſcipit, tantâ decet glóriâ virtútis excéllere ut, inſtar ſolis, céteros, véluti ſtellárum ignículos, in ſuo fulgóre obſcúret. Debet hujúſmodi vitam habére immaculátam atque compóſitam, ut omnes in illum & in ejus vitam, véluti in exemplum áliquod excellens, intueantur.

℟. iv. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis ; & dedi ei timórem, & tímuit me. * Lex veritátis fuit in ore ejus, & iníquitas non eſt inventa in lábiis ejus. ℣. Fidélis erat in tota domo ejus tanquam fámulus, in teſtimónium eórum quæ dicenda erant: * Lex. *Malach.* 2. *Hebr.* 3.

Lectio v.
ilantem eſſe neceſſe
t eum qui non tan-
l curam habet, ve-
am reliquórum. De-
e pervígilem eum
ıſmodi eſt, ac ſpí-
vere, & affectûs ſui
ım opéribus ipſis oſ-
:, ſollicitúdine at-
dúſtriâ præcéllere;
ıoctúque exércitum
ra perluſtret, labó-
: ſui officii munus
tiſſimè ímpleat, at-
nium curam & ſol-
inem gerat. Pudí-
ıddit, ornâtum, &
ılitátis amatórem.
in súbditis plerum-
deas. Verùm quó-
oportet eum & ea
nt rectóris habére,
ſubjunxit: Aptum
endum. Hoc quippe
tis nequáquam exí-
céterùm illi ante
adeſſe debet, qui
diſuſcépit offícium.
. Dedit pópulis le-
ne obliviſcerentur
ta Dómini; &, ut
errárent méntibus,
itur * Ne legem
ent à corde ſuo.
erat edoctus viam
i, & fervens Spíritu
átur. * Ne legem.
h. 2. *Act.* 18.
Lectio vj.
cò nos elégit Deus,
mus quaſi luminá-

ria, ut véluti fermentum
evadámus, ut magiſtri ce-
terórum efficiámur, ut vé-
luti Angeli cum hómini-
bus versémur in terris, ut
tanquam viri cum infánti-
bus & púeris, quaſi ſpiri-
tuáles cum animálibus, ut
ex contubérnio noſtro in-
géntia lucra conquírant;
ut ſémina ſimus, ut fru-
ctum lætíſſimũ afferámus.
Non opus eſſet verbis, ſi
in hunc modum vita noſtra
ſanctitátis luce fulgéret.
Nihil magiſtris opus eſſet,
ſi virtútis probos actus præ-
ferrémus. Nemo profectò
Gentílis eſſet, ſi ipſi, ut
oportet, Chriſtiáni eſſe cu-
rarémus; ſi Dei mónitis ac
ſcitis obtemperarémus; ſi
injúrias perpeſſi, vicem non
referrémus; ſi maledictis
laceſſiti, benediceremus;
ſi pro malis bona redderé-
mus. Nemo eſſet ita fera
béllua, ut non ſtatim ad
cultum veræ religiónis ac-
cúrreret, ſi vidéret hæc ab
ómnibus fieri. Atque ut
diſcas ita eſſe, unus Pau-
lus qui talis fuit, tot pó-
pulos attraxit ad Dei no-
títiam. Si omnes eſſémus
hujúsmodi, quot terrárum
orbes & ipſi attráhere poſ-
ſémus?

℟. vj. In pace & in æqui-
táte ambulávit, & multos
avertit ab iniquitáte. * Lá-
bia enim ſacerdótis cuſtó-

dient ſciéntiam, & legem requírent ex ore ejus, quia † Angelus Dómini exercítuum eſt. ℣. Oportet Epíſcopum amplecti eum qui ſecundùm doctrínam eſt, fidélem ſermónem, ut potens ſit exhortári in doctrína ſana. * Lábia. Glória. † Angelus. *Malach.* 2. *Tit.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Quæſívit bona genti ſuæ; & plácuit illis poteſtas ejus & glória ejus ómnibus diébus. 1. *Mach.* 14.

Ant. 4. A. In omni ópere dedit confeſſiónem Sancto & Excelſo in verbo glóriæ. *Eccli.* 47.

Ant. 1. a. Inventus eſt perfectus, juſtus, & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. *Eccli.* 44.

℣. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi; ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Pſ.* 111.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Homo péregrè proficiſcens vocávit ſervos ſuos, & trádidit illis bona ſua. Et uni dedit quinque talenta, álii autem duo, álii verò unum. Et réliqua.

Homília ſancti [illegible] Papæ.

Homil. 9. *in E*[illegible]

LEctio ſanct[illegible] lii, fratres ſollícitè conſid[illegible] ádmonet, ne n[illegible] céteris in hoc [illegible] cepiſſe áliquid[illegible] ab auctóre m[illegible] viùs inde judic[illegible] enim augentu[illegible] tiónes étiam [illegible] nórum. Tant[illegible] humílior, at[illegible]qu[illegible] viendum De[illegible] pr[illegible] quiſque debet ex [illegible] quantò ſe obligatió[illegible] ſe cónſpicit in red[illegible] ratióne. Ecce hom[illegible] péregrè proficíſcitur. [illegible] vos ſuos vocat, iiſq[illegible] negótium talenta part[illegible] Poſt multum verò tém[illegible] ris poſitúrus cum eis r[illegible] nem revértitur: benè [illegible] rantes pro apportáto l[illegible] remúnerat, ſervum [illegible] à bono ópere torpe[illegible] damnat.

℟. *vij.* Super ſpé[illegible] Dómini ego ſum, ſta[illegible] giter per diem; & * custódiam meam eg[illegible] ſtans totis nóctibu[illegible] Nocte & die non c[illegible] cum lácrymis mo[illegible] numquemque; * *Iſ.* 21. *Act.* 20.

Lectio viij.

QUis ítaque iſ[illegible] eſt, qui pére[illegible]

tur ; niſi Redemptor
r qui ſervis ſuis bona
rádidit, quia fidéli-
iis ſpirituália dona
ſſit ? Et uni quidem
quinque talenta,
uo, álii verò com-
unum.... Sed is qui
que talenta accéperat,
uinque lucrátus eſt....
autem unum accépe-
ábiens fodit in ter-
, & abſcondit pecú-
Dómini ſui.
viij. Omnibus óm-
ctus ſum, ut omnes
em ſalvos : * Omnia
propter Evangélium,
rticeps ejus efficiar.
látus ſum bonum, &
onfundar ; proptéreà
n poſſidébo poſſeſſió-
* Omnia. Glória. *
ia. 1. *Cor.* 9. *Eccli.* 51.

Lectio ix.

lentum in terra abſ-
óndere eſt acceptum
ium terrénis áctibus
cáre, lucrum ſpiritá-
n quærere ; cor à ter-
cogitatiónibus nun-
leváre. Servus qui
áta talenta rétulit,
mino laudátur, at-
d æternam remune-
em intromíttitur. Pi-
verò ſervus per pœ-
, in exterióres téne-
adit, qui per culpam
ſponte in inteŕióres
it. Et illic coactus pá-
ténebras ultiónis, qui
hìc libenter ſuſtínuit téne-
bras voluptátis. Sciendum
verò eſt, quòd nullus piger
ab hac talenti acceptióne
ſecúrus eſt. Nullus namque
eſt qui veráciter dicat :
Talentum mínimè accépi,
non eſt unde ratiónes pó-
nere cogar. Talenti enim
nómine cuílibet paúperi
étiam hoc ipſum reputábi-
tur, quod vel mínimum
accépit.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. f.

SAcerdos magnus in vi-
ta ſua ſuffulſit domum,
& in diébus ſuis corrobo-
rávit templum. *Eccli.* 50.

Ant. 2. D. Zelando ze-
lum Dei, accépit teſtamen-
tum ſacerdótii æterni. 1.
Mach. 2.

Ant. 3. a. De omni cor-
de ſuo laudávit Dóminum,
& diléxit Deum qui fecit
illum, & dedit in celebra-
tiónibus decus. *Eccli.* 47.

Ant. 7. d. In aſcenſu.

Canticum. Eccli. 50.

SAcerdos magnus in
aſcenſu altáris ſancti, *
glóriam dedit ſanctitátis
amíctum.

In accipiendo autem par-
tes de manu Sacerdótum, *
& ipſe ſtans juxta aram.

Et circa illum coróna
fratrum, * quaſi plantátio
cedri in monte Líbano.

Sic circa illum ſtetérunt
quaſi rami palmæ ; * &

omnes filii Aaron in glória ſua.

Oblátio autem Dómini in mánibus ipsórum, * coram omni ſynagóga Iſrael.

Et conſummatióne fungens in ara, * amplificáre oblatiónem excelſi Regis.

Porrexit manum ſuam in libatióne, * & libávit de ſánguine uvæ.

Effúdit in fundamento altáris odórem divínum * excelſo príncipi.

Ant. In aſcenſu altáris ſancti, glóriam dedit ſanctitátis amictum. *Eccli.* 50.

Ant. 6. F. Abſtulit abominatiónes, & fecit omnes ſervíre Dómino Deo ſuo. 2. *Paral.* 34.

Capitulum. Eccli. 45.

FActum eſt illi in teſtamentum æternum ſicut dies cœli, fungi ſacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum ſuum in nómine ejus.

Hymnus.

JEsu Sacerdótum decus,
In hac die quâ glóriâ
Sanctum corónas Præſulem,
Votis adeſto súpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páſcere.

Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páſcua,
Victumque præbet: audiunt,
Sequuntur, & vivunt oves.

Quam ſentit errantem, jugis
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet inventam ſuo
Portans ovíli réddere.

Arcet frementes béſtias,
Lupi retundit ímpetus,
Dolóſque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.

Offert frequentem victimam
Cum plebe Paſtor innocens;
Secumque devótum gregem
Pius Sacerdos ímmolat.

Supreme Chriſte Póntifex,
Jugis tibi ſit glória:
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſǽcula.
Amen.

℣. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo;
℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Pſ.* 88.

Ad Benedictus *Ant.* 5. C. Sacerdótes tui induantur ſalútem: Dómine Deus, ne avérteris fáciem Chriſti tui: memento miſericordiárum ſervi tui. 2. *Paral.* 6.

Oratio.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, intercedente beáto *N.* Pontífice, Spíritum ſapiéntiæ, quibus præeſſe dediſti Eccléſiæ

de profectu ſan-
ıvium fiant gaúdia
'aſtórum; Per... in
ejuſdem Spíritûs.
lia Oratio.
di, quæſumus,
ıine, preces noſ-
ıs in beáti *N.* Pon-
'eſtivitáte deféri-
:jus qui tibi dignè
amulári, interce-
méritis, ab óm-
ɔs abſolve peccá-
Dóminum.
P R I M A M.
ı. 1. f. Sacerdos.
T E R T I A M.
. 2. D. Zelando.
ulum. Hebr. 5.
nis Póntifex ex ho-
nibus aſſumptus,
ínibus cónſtitúitur
æ ſunt ad Deum,
ıt dona & ſacrifi-
peccátis.
Introíbo * Ad al-
. ℣. Ad Deum qui
juventútem meã.
lória Patri. ℟. In-
Pſ. 42
tária tua, Dómi-
tum, ℟. Rex meus
meus. *Pſ.* 83.
S E X T A M.
. 3. a. De omni.
ulum. Eccli. 50.
ıus ſuas éxtulit in
ınem congregatió-
ɔrum Iſrael, dare
Deo à lábiis ſuis,
minc ipsíus glorią
terávit oratióne

ſuam, volens oſténdere virtútem Dei.

℟. *br.* In ſancto, Dómine, * Appárui tibi. ℣. Ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam. * Appárui. Glória. ℟. In. *Pſ.* 62.

℣. Dómine, dilexi decórem domûs tuæ, ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Pſ.* 25.

AD NONAM.

Antiph. 6. F. Abſtulit.

Capitulum Eccli. 49.

IPſe eſt directus divinitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis; & gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum deduxit eos. * In. Glória. ℟. Pavit. *Pſ.* 77.

℣. Deduxit eos in viam rectam, ℟. Ut irent in civitátem habitatiónis. *Pſ.* 106.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. a.

DEdit illi Dóminus ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45.

Ant. 2. D. Curávit gentem ſuam, & liberávit eam à perditióne. *Eccli.* 50.

Ant. 7. d. Sacrificia ipsíus conſumpta ſunt igne quotídie. *Eccli.* 45.

Ant. 5. C. Quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei. *Eccli.* 50.

Ant. 8. g. Ad ejus eruditiónem omnis Iſrael ſanctificabátur Dómino. 2. *Paralip.* 35.

Capitulum. Eccli. 45.

IN bonitáte & alacritáte ánimæ ſuæ plácuit Deo pro Iſrael: ídeo ſtátuit illi teſtamentum pacis, príncipem ſanctórum & gentis ſuæ, ut ſit illi ſ dígnitas in ætern

Hymnus, Jeſu tum decus, *ut in L* *pag.* xxxij.

℣. Magna eſt gl in ſalutári tuo, ℟. & magnum decóre nes ſuper eum. *Pſ*

Ad Magníficat A Beatificávit illu in glória, & índ ſtolam glóriæ, & vit eum in vaſis *Eccli.* 45.

COMMUNE SS. DOCTORU

In primis Veſperis.

Antiphona, 5. a.

MElior eſt ſapiéntia cunctis pretioſíſſimis; & omne deſiderábile ei non poteſt comparári. *Prov.* 8.

Ant. 4. D. Doctrix eſt diſciplínæ Dei: prudéntiam docet, & juſtítiam & virtútem. *Sap.* 8.

Ant. 8. g. Beátus vir qui in ſapiéntia morábitur, & in ſenſu cogitábit circumſpectiónem Dei. *Eccli.* 14.

Ant. 1. D. Danti mihi ſapiéntiam, dabo glóriam: dedit mihi Dóminus linguam mercédem meam, & in ipſa laudábo eum. *Eccli.* 51.

Ant. 3. a. Quò introíbit ſapiéntia, benedícet Deus: qui audit illam, gentes. *Eccli.* 4.

Capitulum. Sa

DEus ipſe ſapié eſt, & ſa emendátor. In ma illíus & nos & noſtri, & omnis ſa & óperum ſciénti ciplína.

[*In Duplicibus Claſſis & ſuprà*, minus dat ſapién piéntibus, & ſcié telligéntibus diſci * Ipſe revélat pro abſcóndita; & lu eſt. ℣. Spíritus óm tátur, étiam profu * Ipſe. Glória. *Dan.* 2. *I. Cor.* 2

Hymnus.

O Qui perpét mónitor d

Vox æterna Patris Chriſte, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm bene ſúfficis!
Hi ſemper vígilant, ne quid adúlterum
Corrumpat fidei virgíneũ decus.
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His cuſtódibus íntegra.
Infames ábolent rellíquias deûm,
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.
Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides.
Quæ ſunt priſca, docent; quæ nova, súbruunt:
Servant depóſitum Dei.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens corda doces ſono,
Et te méntibus ínſeris. Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine; ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93.

Ad Magníficat *Ant.* 6. F. Sápiens in pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in ætérnum. *Eccli.* 37.

Oratio ut infrà ad Laudes, p. xlj. *niſi ſit propria.*

[*In Annualibus*, ad Complet. *Ant.* 6. ç. Qui vigiláverit propter ſapiéntiam, citò ſecúrus erit. *Sap.* 6.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 2. D. Oriétur in ténebris lux tua. *Iſ.* 58].

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Fontem ſapiéntiæ Verbum Dei, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

Jam nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer ſidéreum, Relígio, caput.
Quot ſunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi laúreas.
Cum per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore Mártyres;
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi súſcitas.
Quando ſparſa lues úndique críminum;
Hi gliſcens vítium prótinùs ámputant.
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.
Firmant inſtábiles, & dúbios regunt;

℟. *iv.* Cùm eſſet ſapientíſſimus, dócuit pópulum: quæsívit verba utília, * ſcripſit ſermónes re- ac veritáte plenos. xhortári in do- os qui con- * Con- .. *Tit.* 1.
. Lectio v.
pi ſunt docti, ſancti, veritá- ani defenſóres ad- gárrulas vanitátes; uorum ratióne, erudi- one, libertáte, quæ tria dona júdici tribuiſti, non potes inveníre quod ſpernas. Si epiſcopális ſynodus ex toto orbe congregarétur, mirum ſi tales poſſent illîc fácilè tot ſedére. Quia nec iſti uno témpore fuérunt: ſed fidéles, & multis excellentióres paucos diſpenſatóres ſuos Deus per diverſas ætátes témporum, locorúmque diſtántias, ſicut ei placet atque expedíre júdicat, ipſe diſpenſat. Hos ítaque de áliis atque áliis tempóribus atque regiónibus ab Oriente & Occidente congregátos vides, non in locum quo navigáre cogantur hómines, ſed in librum qui navigáre poſſit ad hómines.

℟. *v.* Fuit gratus Deo, & erudítus omni ſapiéntia, & erat potens in verbis & in opéribus ſuis. * Hic eſt

Monſtrant tuta procul líttora naúfragis.
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.
Quæ dixére tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprime.
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens corda doces ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapiéntia non eſt multis manifeſta; quibus autem cógnita eſt, pérmanet uſque ad conſpectum Dei. *Eccli.* 6.

Ant. 4. E. Os prudentis quæritur in Eccléſia; & verba illíus cogitábunt in córdibus ſuis. *Eccli.* 21.

Ant. 2. D. Vir ſápiens plebem ſuam érudit, & fructus ſenſûs illíus fidéles ſunt. *Eccli.* 37.

℣. Os juſti meditábitur ſapiéntiam; ℟. Et lingua ejus loquétur judícium. *Pſ.* 36.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Sápiens apériet os ſuum in oratióne: * Si enim Dóminus magnus volúerit, ſpíritu intelligéntiæ replébit illum. ℣. Si quis veſtrûm índiget ſapiéntiâ, póſtulet à Deo, qui dat ómnibus affluenter: * Si enim. *Eccli.* 39. *Jac.* 1.

℟. *ij.* Ipſe tanquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ: ipſe * Palàm fáciet diſciplínam doctrínæ ſuæ, & in lege teſtamenti Dómini gloriábitur. ℣. Bonus miniſter Chriſti Jeſu, enutrítus verbis fidei, & bonæ doctrínæ. * Palàm. *Eccli.* 39. 1. *Tim.* 4.

℟. *iij.* Omnis ſcriba doctus in regno cœlórum, * Símilis eſt hómini patrifamílias, qui † Profert de theſauro ſuo nova & vétera. ℣. In corde prudentis requieſcit ſapiéntia, & indoctos quoſque erúdiet: * Símilis eſt. Glória. † Profert. *Matth.* 13. *Prov.* 14.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Sciéntia ſapientis tanquam inundátio abundábit, & consílium ejus ſicut fons vitæ pérmanet. *Eccli.* 21.

Ant. 5. a. Beátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ. *Proverb.* 3.

Ant. 7. d. Qui moderátur ſermónes ſuos, doctus & prudens eſt, & pretióſi ſpíritûs vir erudítus. *Prov.* 17.

Beátus vir qui diſpó-
rmónes ſuos in judí-
℣. In æternum non
ovébitur. *Pſ.* 111.
ro ſancti Auguſtini
pi contra Juliánum.
libro 2. *Cap.* 10.
Lectio iv.
ctos & in ſancta Ec-
ſia illuſtres Antíſtites
non Platónicis & A-
licis & Zenónicis a-
: hujuſcémodi, vel
s vel Latínis, quan-
& iſtis áliquos eó-
verùm omnes ſacris
; erudítos, nominá-
ut oportébat expreſ-
rumque ſenténtias,
ùm ſufficere videbá-
ne ulla éditas ambi-
e digeſſi; ut in eis tí-
non ipſos, ſed illum
i eos utília vaſa for-
, & ſancta templa
uxit: qui tunc de iſta
judicavérunt, quan-
nemo poteſt dícere
am cuíquam vel ad-
i vel favére potuiſ-
ullas nobiſcum vel
um amicítias atten-
: vel inimicítias exer-
it; neque nobis ne-
obis iráti ſunt; ne-
s, neque vos miſerá-
:. Quod invenérunt
léſia, tenuérunt:
didicérunt, docué-
quod à pátribus ac-
nt, hoc fíliis tradi-
:.

℟. *iv.* Cùm eſſet ſapien-
tíſſimus, dócuit pópulum:
quæsívit verba utília, *
Conſcripſit ſermónes re-
ctíſſimos ac veritáte plenos.
℣. Potens exhortári in do-
ctrína ſana, & eos qui con-
tradícunt argúere. * Con-
ſcripſit. *Eccli.* 12. *Tit.* 1.
Long. poſt præd. Lectio v.

ISti Epíſcopi ſunt docti, graves, ſancti, veritátis acérrimi defenſóres adversùs gárrulas vanitátes; in quorum ratióne, eruditióne, libertáte, quæ tria bona júdici tribuiſti, non potes inveníre quod ſpernas. Si epiſcopális ſynodus ex toto orbe congregarétur, mirum ſi tales poſſent illîc fácilè tot ſedére. Quia nec iſti uno témpore fuérunt: ſed fidéles, & multis excellentióres paucos diſpenſatóres ſuos Deus per diverſas ætátes témporum, locorúmque diſtántias, ſicut ei placet atque expedíre júdicat, ipſe diſpenſat. Hos ítaque de áliis atque áliis tempóribus atque regiónibus ab Oriente & Occidente congregátos vides, non in locum quo navigáre cogantur hómines, ſed in librum qui navigáre poſſit ad hómines.

℟. *v.* Fuit gratus Deo, & erudítus omni ſapiéntia, & erat potens in verbis & in opéribus ſuis. * Hic eſt

qui accépit verba vitæ dare nobis. ℣. Doctrínam ſapiéntiæ & diſciplínæ ſcripſit in códice; renovávit ſapiéntiam de corde ſuo. * Hic eſt. *Act.* 7. *Eccli.* 50.

Lectio vj.

Quantò tibi eſſent iſti júdices optabilióres, ſi tenéres cathólicam fidem; tantò tibi ſunt terribilióres, quia oppugnas cathólicam fidem; quam in lacte ſuxérunt, quam in cibo ſumpſérunt, cujus lac & cibum parvis magníſque miniſtravérunt; quam contra inimícos, étiam vos tunc nondum natos, unde nunc revelámini, apertíſſimè ac fortíſſimè defendérunt. Tálibus poſt Apóſtolos ſancta Eccléſia plantatóribus, rigatóribus, ædificatóribus, paſtóribus, nutritóribus crevit. Ideò profánas voces veſtræ novitátis expávit; & cauta ac ſóbria, ex admonitióne apoſtólica, ne ſicut ſerpens Evam ſeduxit aſtútiâ ſuâ, ſic & mens ejus corrumperétur à caſtitáte quæ eſt in Chriſto; cathólicæ fídei virginitáte insídias veſtri dógmatis ſurrepentis exhórruit, & tanquam caput cólubri, calcávit, obtrívit, abjécit.

℟. vj. Qui fécerit & docúerit, hic * Magnus vocábitur in regno cœlórum. ℣. Parávit cor ſuum ut inveſtigáret legem Dómini, & fáceret & docéret. * Magnus. Glória. * Magnus. *Matth.* 5. *I. Eſdr.* 7.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Propóſui ſapiéntiam addúcere mihi ad convivendum; ſciens quóniam mecum communicábit de bonis. *Sap.* 8.

Ant. 7. d. Quæsívi ſapiéntiam palàm in oratióne mea; & efflóruit tanquam præcox uva. *Eccli.* 51.

Ant. 1. f. Inventi ſunt ſermónes tui, Dómine, & comédi eos; & factum eſt mihi verbum tuum in lætítiam cordis mei. *Jerem.* 15.

℣. Os meum loquétur ſapiéntiam, ℟. Et meditátio cordis mei prudéntiam. *Pſ.* 48.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Lib. 1. *de Serm. Domini in Monte. Cap.* 6

Oſtendit Dóminus fátuos eſſe judicandos, qui temporálium bonórum vel cópiam ſectantes, vel inópiam metuentes, amit-

æterna, quæ nec daſſunt ab homínibus, auferri. Itaque ſi ſal iátum fúerit, in quo ur? id eſt, ſi vos, quos condiendi ſunt ámmodò pópuli, meerſecutiónum temponamiſéritis regna cœ; qui erunt hómines, uos à vobis error auır, cùm vos elégerit, per quos errórem at ceterórum?

℟. vij. Super ſalútem & m dilexi Sapiéntiam, ropóſui pro luce haillam: venérunt aunihi ómnia bona pám illa. ℣. Quæ den eſt ſapiéntia, pueſt, pacífica, plena icórdiâ & frúctibus. * Propóſui. *Sap.* 7.

Lectio viij.

gò ad níhilum valet il infatuátum, niſi ut tur foras, & calcétur mínibus. Non ítaque ur ab homínibus qui ır perſecutiónem, ſed erſecutiónem timennfatuátur. Calcári non poteſt niſi inféſed inférior non eſt, iamvis córpore multerra ſuſtíneat, cornen fixus in cœlo eſt.

℟. viij. Optávi, & da: mihi ſenſus; & ini, & venit in me ſpíritus ſapiéntiæ: & præpóſui illam regnis & ſédibus, * Et divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus. ℣. Exíſtimo ómnia detrimentum eſſe propter eminentem ſciéntiam Jeſu Chriſti Dómini mei. * Et divítias. Glória. * Et divítias. *Sap.* 7. *Philipp.* 3.

Lectio ix.

VOs eſtis lumen mundi. Quómodò dixit ſupériùs Sal terræ, ſic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque ſupériùs iſta terra accipienda eſt, quam pédibus corpóreis calcámus; ſed hómines qui in terra hábitant, vel étiam peccatóres, quorum condiendis & extinguendis putóribus Apoſtólicum ſalem Dóminus miſit in mundum. Et hìc mundum, non cœlum & terram, ſed hómines qui ſunt in mundo vel díligunt mundum, oportet intélligi, quibus illuminandis Apóſtoli miſſi ſunt.

AD LAUDES.

Antiphona, 8. *Toni*, g.

DEdit ſe ad diligéntiam lectiónis legis & Prophetárum, & aliórum librórum qui nobis à paréntibus noſtris tráditi ſunt. *Prolog. Eccli.*

Ant. 4. f. Vóluit & ipſe ſcríbere áliquid eórum quæ ad doctrínam & ſa-

piéntiam pértinent. *Prolog. Eccli.*

Ant. 7. d. Dedit illi Sapiéntia ſciéntiam ſanctórum, honeſtávit illum in labóribus. *Sap.* 10.

Ant. 1. a. Fuit máximus.

Capitulum. Eccli. 15.

CIbávit illum Deus pane vitæ & intellectûs, * & aquâ ſapiéntiæ ſalutáris potábit illum.

Et firmábitur in illo, & non flectétur; * & continébit illum, & non confundétur.

Et exaltábit illum apud próximos ſuos, * & in médio eccléſiæ apériet os ejus.

Et adimplébit illum ſpíritu ſapiéntiæ & intellectûs, * & ſtolâ glóriæ véſtiet illum.

Jucunditátem & exultatiónem theſaurizábit ſuper illum, * & nómine ætérno hæreditábit illum.

Ant. Fuit máximus in ſalútem electórum Dei, expugnáre inſurgentes hoſtes, ut conſequerétur hæreditátem Iſrael. *Eccli.* 46.

Ant. 2. D. Collaudábunt multi ſapiéntiam ejus, & uſque in ſéculum non delébitur. *Eccli.* 39.

Capitulum. Eccli. 51.

A Juventúte mea inveſtigábam ſapiéntiam; inclinávi módicè aurem meam, & excépi illam: multam invéni in meipſo ſapiéntiam, & multùm proféci in ea.

Hymnus.

VOs ſuccenſa Deo
ſplendida lúmina:
Vos ſal, nos hómines qui
ſápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in ſæculorum.

PER vos Relígio atque Véritas,
Per vos virgíneis fulget honóribus.
Per vos Chriſtus amat ſplendere dívites
Theſauros ſapiéntiæ.

VESTRIS unda fluit pura canálibus;
Chriſti floret ager, candidè nitet ſeges.
Lac aptum púeris, & ſolidum viris
Cauti ſufficitis cibum.

HI ſunt, ſumme Deus, qui tibi mílitant,
Hi ſunt, qui ſtábiles ædificant domos;
Unâ docta cohors arma tenet manu,
Muros cónſtruit álterâ.

VICISTIS ſtygias vos quibus hæreſes,
Hæc nos accípimus tela ſupérſtites.
His pugnámus adhuc ancípite dúbio éxitu;
His armis quoque víncimus.

ſupréma tibi gló-
:ia, Véritas,
per ſcripta Patrum
quando forìs ſonas,
vocis egens corda
doces ſono,
iéntibus ínſeris.
Amen.
)eus, docuiſti me à
ıte mea; ℟. Et uſ-
nc pronuntiábo mi-
tua. *Pſ.* 70.
Benedictus *Ant.* 1. J.
tia & fortitúdo Dó-
únt. Tibi, Deus,
:or, teque laudo,
ıpiéntiam & fortitú-
dediſti mihi. *Dan.* 2.
Oratio.
:ita, quæſumus, Dó-
ne, intercedente beá-
tuórum corda fidé-
ut ſacris intenta do-
, & ſtúdeant amáre
amávit, & ópere
re quod dócuit; Per.
Alia Oratio.
'a nos, quæſumus,
ómine, interceden-
o *N.* véritas ſemper
net, & ab omni pra-
defendat; Per.

PRIMAM.
:*iph.* 8. g. Dedit.

TERTIAM.
:*iph.* 4. f. Vóluit.
itulum. Eccli. 24.
)ctrínam quaſi pro-
hetíam effundam,
inquam illam quæ-
us ſapiéntiam; & non
déſinam in progénies illó-
rum uſque in ævum ſan-
ctum.

℟. *br.* Os meum annun-
tiábit * Juſtítiam tuam,
Dómine. ℣. Totâ die ſa-
lutáre tuum. * Juſtítiam.
Glória. ℟. Os meum an-
nuntiábit. *Pſ.* 70.

℣. Pronuntiábit lingua
mea elóquium tuum, ℟.
Quia ómnia mandáta tua
æquitas. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Antiph. 7. d. Dedit.

Capitulum. Eccli. 51.

ANimam meam direxi ad ſapiéntiam, & in agnitióne invéni eam: poſſédi cum ipſa cor ab inítio; propter hoc non derelinquar.

℟. *br.* Bonum mihi * Lex oris tui. ℣. Super míllia auri & argenti. * Lex. Glória. ℟. Bonum.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui; ℟. In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Collaudábunt.

Capitulum. Eccli. 39.

NOn recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: ſapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Eccléſia.

℟. *br.* Annuntiávi juſtítiam tuam * In eccléſia

magna. ℣. Veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi. * In. Glória. ℟. Annuntiávi. *Pſalm.* 39.

℣. Eructávit cor meum verbum bonum : ℟. Dico ego ópera mea regi. *Pſal.* 44.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 2. D.

DOminus dedit mihi linguam erudítam, ut ſciam ſuſtentáre eum qui laſſus eſt, verbo. *Iſ.* 50.

Ant. 5. a. Doctrínam quaſi antelucánum illúmino ómnibus, & enarrábo illam uſque ad longinquum. *Eccli.* 24.

Ant. 3. c. Auxílio adjútus Dei ſto, teſtíficans minóri atque majóri, nihil extrà dicens quàm ea quæ Prophétæ locúti ſunt. *Act.* 26.

Ant. 6. F. Sermo meus non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne & virtútis. 1. *Cor.*

Ant. 4. f. Non me ſcire áliquid in niſi Jeſum Chri hunc crucifixum. 1

Capitulum. Ecc

BEátus vir qui tat vias ſapi corde ſuo, vadem lam quaſi inveſtig in viis illíus co protegétur ſub te líus, & in glória quieſcet.

Hymnus, O qu tuus, *ut in primi ris, pag.* xxxiv.

℣. Ignítum tuum, Dómine; vus tuus diléxit il 118.

Ad Magníficat.

Qui docti fuerint bunt quaſi ſplend menti : & qui ad erúdiunt multos, læ in perpétuas æt *Dan.* 12.

COMMUNE SS. PRESBYTERO

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 7. *d.*

LOcútus eſt Dóminus ad Móyſen : Tribum Levi conſtítue ſuper tabernáculum teſtimónii, & quidquid ad cæremónias pértinet. *Num.* 1.

Ant. 6. F. Cunctórum conſecrábis man ficabíſque illos, tio fungantur n 28.

Ant. 1. a. S conſpectu meo rant mihi ádipe ſtódiant cæremó *Ezech.* 44.

nt. 3. *a.* Tuli eos pro
:is primogénitis Iſ-
ut ſérviant mihi pro
l in tabernáculo fœ-
, & orent pro eis.
. 8.
nt. 5. a. Sancti erunt
ſuo, & non pólluent
:n ejus: incenſum enim
ini & panes Dei ſui
unt. *Levit.* 21.
ıpitulum. Hebr. 7.
Eprobátio fit præce-
dentis mandáti pro-
infirmitátem ejus &
litátem; nihil enim ad
ctum adduxit lex.
Duplicib. II. Claſſ. &
, ℟. Jurávit Dómi-
& non pœnitébit eum:
. es ſacerdos in ætér-
ſecundùm órdinem
híſedech. ℣. Non ſe-
ùm legem mandáti
ılis factus. * Tu es.
ia. * Tu es. *Pſ.* 109.
. 7].

Hymnus.

M ſatis fluxit cruor
hoſtiárum:
næ ceſſent holocauſta
legis.
te, quos formas, me-
ióra libant
:ra miniſtri.
CIT flammas Elías
ab alto:
a nunc major jubet,
& potenti
quens verbo Deus
aſtat aris,
ſtia factus.

PINGUE libámen, novus & Sacerdos,
Orbe jam toto Deus immolátur:
Se manu noſtrâ litat incruento
Fúnere Chriſtus.

TALE nil priſcis pátribus tribútum:
Angelis nuſquam data par poteſtas.
Se manu noſtrâ Deus ipſe cunctis
Præbet in eſcam.

CHRISTE, fac ſemper tua ſacra puro
Corde tractémus, manibuſque puris.
Cáritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

LUMINIS ſplendor, Patris una proles
Chriſte, te pronus venerétur orbis;
Qui Sacerdótes per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Iſrael, non accípiam de domo tua vítulos; ℟. Immola Deo ſacrifícium laudis. *Pſ.* 49.

Ad Magníficat *Ant.* 5. a. Ab ortu ſolis uſque ad occáſum, in omni loco ſacrificátur & offertur nómini meo oblátio munda, dicit Dóminus. *Malach.* 1.

Oratio, infrà ad Laudes, p. xlix. *niſi ſit propria.*

[*In Annualib.* AD COM-

PLET. *Ant.* 3. c. Lucerna pédibus meis verbum tuũ, Dómine. *Pſ.* 118.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 6. C. Verbum tuum, Dómine, lumen ſémitis meis. *Pſ.* 118].

AD MATUTINUM.

Invitat. Sacerdótem in æternum Jeſum Chriſtum, *Veníte, adorémus. *Heb.* 5.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus, Jam ſatis fluxit, *ut in I. Veſperis*, *pag.* xliij.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Sacerdótes qui accédunt ad Dóminum, ſanctificentur. *Exod.* 19.

• *Ant.* 1. a. Qui habúerit máculam, non ófferet panes Deo ſuo, nec accédet ad miniſtérium ejus. *Levit.* 21.

Ant. 2. D. Diſcant bonis opéribus præeſſe, ut non ſint infructuóſi. *Tit.* 3.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine; ℟. In ſécula seculórum laudábunt te. *Pſ.* 83.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Notum fáciet Dóminus qui ad ſe pertíneant, & ſanctos applicábit ſibi; & * Quos elégerit, appropinquábunt ei. ℣. Hi probentur primùm, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. *Quos. *Num.* 16. 1. *Tim.* 3.

℟. *ij.* Non erit eis hæréditas; * Ego hæréditas eórum: & poſſeſſiónem non dábitis eis in Iſrael; ego enim poſſéſſio eórum. ℣. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. *Ego. *Ezech.* 44. *Joann.* 17.

℟. *iij.* Surrexit quaſi ignis, * Et verbum ipſíus † Quaſi fácula ardébat. ℣. Docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu. * Et. Glória. † Quaſi. *Eccli.* 48. *Act.* 18.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Impleſtis manus veſtras Dómino: accédite, & offerte víctimas & laudes in domo Dómini. 2. *Paral.* 29.

Ant. 8. g. Date Dómino glóriam: leváte ſacrifícium, & veníte in conſpectu ejus; & adoráte Dóminum in decóre ſancto. 1. *Paral.* 16.

Ant. 4. f. Erit vobis hoc legítimum ſempitérnum, ut orétis pro filiis Iſrael, & pro cunctis peccátis eórum. *Levit.* 16.

℣. Sacrificáte ſacrifícium juſtítiæ, ℟. Et ſperáte in Dómino. *Pſ.* 4.

Lectio iv.

Sermo ſancti Gregórii Papæ.

7. *in Ev. ad Epiſcopos, in Fonte Lateranenſi.*

DEbémus penſáre continuò quod à Dómino ſanctis dícitur Apóſtolis, & per Apóſtolos nobis: Vos eſtis ſal terræ. Si

l ſumus, condíre fidélium debémus. namque Sacerdó- :eſſe eſt, quæ sín- icat, unumquem- áliter admóneat : ḷuis Sacerdóti jún- quaſi è ſalis tactu vitæ ſapóre con- Sal étenim terræ nus, ſi corda au- m non condímus. ırofectò condímen- : próximo veráciter it, qui prædicatió- ›um non súbtrahit.

›. Nolíte neglígere; elégit Dóminus ut ɔram eo, & mini- lli. ℣. Superædifi- domus ſpirituális, ıtium ſanctum, of- pirituáles hóſtias, ıbiles Deo. * Vos. *l.* 29. 1. *Petr.* 2.

Lectio v.

:unc verè áliis recta dicámus, ſi dicta : exemplis oſténdi- ſi nos ipſi divíno compúngimur, & æ vitæ quæ ſine cul- ſíri nequáquam po- ıotidiánas lácrymis s lavámus. Nullum puto, fratres cha- , ab áliis majus præ- m quàm à ſacerdó- ɔlerat Deus : quan- , quos ad aliórum iónem póſuit, dare :xempla pravitátis cernit : quando ipſi peccámus, qui compéſcere peccáta debúimus : nulla animárum lucra quærimus, ad noſtra quotídie ſtúdia vacámus, terréna concupíſcimus, humánam glóriam intentâ mente captámus.

℟. *v.* Miniſtráte in ſanctuário, & ſanctificáti immoláte : * Fratres étiam veſtros, ut poſſint juxta verba quæ locútus eſt Dóminus fácere, præparáte. ℣. Dignè Evangélio Chriſti conversámini, collaborantes fídei Evangélii. * Fratres. 2. *Par.* 35. *Phil.* 1.

Lectio vj.

ET quia eo ipſo quo cæteris præláti ſumus ad agenda quælibet majórem licéntiam habémus; ſuſceptæ benedictiónis miniſtérium vértimus ad ambitiónis argumentum : Dei cauſas relínquimus ; ad terréna negótia vacámus : locum ſanctitátis accípimus & terrénis áctibus implicámur. Implétum eſt in nobis profectò quod ſcriptum eſt : Et erit ſicut pópulus, ſic ſacerdos. Sacerdos enim non diſtat à pópulo, quando nullo mérito vitæ ſuæ vulgi tranſcendit actiónem.

℟. *vj.* Invocávit Dóminum omnipoténtem * In oblatióne Agni inviolati,

℣. Debet pro pópulo & pro ſemetipſo offerre pro peccátis * In oblatióne. Glória. * In oblatióne. *Eccli.* 46. *Hebr.* 5.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Secundùm eum qui vocávit vos, Sanctum, & ipſi in omni converſatióne ſancti ſitis. 1. *Petr.* 1.

Ant. 8. g. Qui benè præſunt Presbyteri, dúplici honóre digni habeántur; máximè qui labórant in verbo & doctrína. 1. *Tim.* 5.

Ant. 6. F. Qui benè miniſtráverint, gradum bonum ſibi acquírent, & multam fidúciam in fide quæ eſt in Chriſto Jeſu. 1. *Tim.* 3.

℣. Qui ſtatis in domo Dómini, ℟. In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta. *Pſ.* 133.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap.* 10.

IN illo témpore; Deſignávit Dóminus & álios ſeptuaginta duos; & miſit illos binos ante fáciem ſuam, in omnem civitátem & locum, quò erat ipſe ventúrus. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 17. *in Evang. n.* 3.

MIſſis prædicatóribus quid Dóminus dicat, audiámus. Meſſis quidem multa; operárii autem pauci: rogáte Dóminum meſſis, u tat operários in meſſ Ad meſſem multam rii pauci ſunt; qu gravi mœróre loq póſſumus: quia, e qui bona áudiant, tamen qui dicant mundus Sacerdóti nus eſt; ſed tamen i Dei rarus valdè in operátor; quia o quidem ſacerdotál pimus, ſed opus off implémus. Sed p fratres caríſſimi, quod dícitur: Rog minum meſſis ut operários in meſſe Vos pro nobis pét digna in vobis op leámus; ne ab ex ne lingua tórpeat quam prædicatió ſuſcépimus, apı júdicem noſtra n nitas addícat.

℟. *vij.* Vos eſt di: * Sic lúcea coram hómini deant ópera v & gloríficent ſtrum qui in Juſtórum ſém ſplendens pro ſcit uſque a diem.* Sic lú *Prov.* 4.

Lecti

SÆpè eni quitia,

:eſtríngitur : ſæpè
ſubjectórum culpa
ut eis qui præſunt
.tiónis ſermo ſub-
r. Ex ſua quippe ne-
prædicántium lin-
ríngitur, ſicut Pſal-
lit : Peccatóri au-
cit Deus : Quare tu
juſtítias meas ? Et
ex vítio ſubjectó-
x prædicántium ſub-
r, ſicut ad Ezechié-
óminus dicit : Lin-
tuam adhæréſcere
i paláto tuo, & eris
, nec quaſi vir ob-
is; quia domus exá-
is eſt. Ac ſi apertè
Idcircò tibi prædi-
is ſermo tóllitur,
um me in ſuis ácti-
ebs exáſperat, non
gna cui exhortátio
is fiat. Ex cujus ergo
prædicatóri ſermo
látur, non fácilè
citur; quia verò
s tacitúrnitas, ali-
ſibi, ſemper autem
is, nóceat, certíſ-
átur.

iij. Sitis ſine repre-
ne in médio natió-
avæ & perverſæ;
quos † Lucétis ſicut
ária in mundo. ℣.
te lumen ſapiéntiæ,
qui præeſtis pópu-
Inter quos. Glória.
etis ſicut. *Philipp.* 2.

Lectio ix. n. 8.

SEd quid nos (quod tamen ſine dolóre dícere non poſſum) quid nos, ô Paſtóres, ágimus, qui & mercédem conſéquimur, & tamen operárii nequáquam ſumus? Fructus quippe ſanctæ Eccléſiæ in ſtipéndio quotidiáno percípimus; ſed tamen pro ætérna Eccléſia mínimè in prædicatióne laborámus. Penſémus cujus damnatiónis ſit, ſine labóre hîc percípere mercédem labóris. Ecce in oblatióne fidélium vívimus; ſed quid pro animábus fidélium laborámus? Illa in ſtipéndium noſtrum súmimus, quæ pro redimendis peccátis ſuis fidéles obtulérunt; nec tamen contra peccáta éadem, vel oratiónis ſtúdio, vel prædicatiónis, ut dignum eſt, inſudámus. Vix pro ſua culpa quémpiam apertâ voce reprehéndimus. Et adhuc (quod grávius eſt) aliquando ſi perſóna in hoc mundo potens ſit, ejus fórſitan erráta laudámus, ne ſi adverſétur, per iracúndiam munus ſúbtrahat, quod impendébat.

AD LAUDES.

Antiphona, 8. c.

O Homo Dei, ſectáre juſtítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiá, manſuetúdinem. 1. *Tim.* 6.

Ant. 1. G. Noli neglígere grátiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi cum impoſitióne mánuum presbytérii. 1. *Tim.* 4.

Ant. 7. *d.* Nemo adoleſcéntiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidélium. 1. *Tim.* 4.

Ant. 5. a. Vígila.

Canticum. Malach. 2.

PActum meum fuit cum eo vitæ & pacis; * & dedi ei timórem, & tímuit me, & à fácie nóminis mei pavébat.

℟. Lex veritátis fuit in ore ejus, * & iníquitas non eſt invénta in lábiis ejus.

In pace & in æquitáte ambulávit mecum, * & multos avertit ab iniquitáte.

Lábia enim Sacerdótis cuſtódient ſciéntiam, & legem requírent ex ore ejus; * quia Angelus Dómini exercítuum eſt.

Ant. Vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangeliſtæ, miniſtérium tuum imple: ſóbrius eſto. 2. *Tim.* 4.

Ant. 7. G. Beátus ille ſervus, quem cùm vénerit Dóminus ejus, invénerit ſic faciéntem. *Matth.* 24.

Capitulum. 2. *Tim.* 3.

PErmane in iis quæ didiciſti, & crédita ſunt tibi, ſciens à quo didíceris; & quia ab infántia ſacras lítteras noſti, quæ te poſſunt inſtrúere ad ſalútem per fidem ‹
Chriſto Jeſu.

Hymnu

O Sacerdótum
da jura!
Ceu vices Chriſ
ſalútis
Arbitri claudun
que nobi
Atria cœli.

OMNE pendent
ſtatéra,
Cùm reum ſol
ipſe ſolv
Cùm ligant ſo
ipſe ſon
Víncula nec

QUAM man
ádhiben
Cùm ſecant,
dextra c
Cùm fovent;
lenit un
Vúlnera dex

VERBA dum
pópulus
Excipit vocem
docéri:
Nempè divínæ
legis
Mente recon

IRRUENS p
hibére ſ
Stant ab adver
númque
Víndices in no
alto
Déplu it iras.

DUM Sacerdó
cra tract
Chriſte, fac ſ
applicaſt

Conſonent mores; populique fiat
Forma Sacerdos.
[D]ominis ſplendor, Patris una proles,
[C]hriſte, te pronus veneretur orbis;
[Q]ui Sacerdótes per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Voluntáriè ſacrificábo [ti]bi, ℟. Et confitébor nó[m]ini tuo, Dómine. *Pſ.* 53.

Ad Benedictus *Ant.* 1. J. [E]uge, ſerve bone & fidé[li]s; quia ſuper pauca fuiſti [fi]délis, ſuper multa te con[ſt]ituam: intra in gáudium [D]ómini tui. *Matth.* 25.

Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui fámulum [tu]um N. ut Sacerdótio tibi [u]ngerétur à pópulo ſegre[g]aſti; præſta, quæſumus, [u]t ejus exempla ſectantes, [r]egále Sacerdótium, gens [ſ]ancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; [P]er Dóminum.

Alia Oratio.

PRæſta, quæſumus, miſéricors Deus, ut beáti N. Sacerdótis tui précibus [a]djúti, hóſtia ſancta tibi [c]onſecrémur; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. O homo Dei.

AD TERTIAM.

Ant. 1. G. Noli.

Capitulum. II. Tim. 1.

ADmóneo te ut reſúſcites grátiam Dei, quæ eſt in te per impoſitiónem mánuum meárum.

℟. *br.* Quid retríbuam Dómino * Pro ómnibus quæ retríbuit mihi? ℣. Cálicem ſalutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. * Pro ómnibus. Glória. ℟. Quid.

℣. Vota mea Dómino reddam, ℟. Coràm omni pópulo ejus. *Pſ.* 115.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Nemo.

Capitulum. Tit. 2.

IN ómnibus teipſum præbe exemplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte: verbum ſanum, irreprehenſíbile; ut is qui ex adverſo eſt, vereátur, nihil habens malum dícere de nobis.

℟. *br.* Dómine, diléxi * Decórem domûs tuæ; ℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. * Decórem domûs tuæ. Glória. ℟. Dómine.

℣. Ego in innocéntia mea ingreſſus ſum: ℟. Rédime me, & miſerére meî. *Pſ.* 25.

AD NONAM.

Ant. 7. G. Beátus.

Capitulum. I. Tim. 4.

EXerce teipſum ad pietátem: nam corporális

exercitátio : ad módicum útilis eſt; píetas autem ad ómnia útilis eſt, promiſſiónem habens vitæ quæ nunc eſt, & futúræ.

℟. *br.* Hic accípiet * Benedictiónem à Dómino. ℣. Et miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo. * Benedictiónem. Glória. ℟. Hic. *Pſ.* 23.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 1. G.

NAtus eſt homo firmaméntum gentis, rector fratrum, ſtabiliméntum pópuli. *Eccli.* 49.

Ant. 2. D. De omni corde ſuo laudávit Dóminum; & diléxit Deum qui fecit illum, & dedit in celebratiónibus decus. *Eccli.* 47.

Ant. 3. a. Operátus eſt bonum & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo in univérſa cultúra miniſtérii domûs Dómini; & proſperátus eſt. *II. Paral.* 31.

Ant. 1. D. Obtulit holocauſta ſuper altáre; odoratuſque eſt Dómi[…]rem ſuavitátis. *Ge*[…]

Ant. 5. d. Con[…] omnes húmiles pó[…] & legem exquiſivi[…] ſtulit omnem iniq[…] malum : ſancta gl[…]vit. *I. Mach.* 14.

Capitulum. Eccli[…]

COnſummatión[…] gens in ara, a[…]cáre oblatiónem Regis, porrexit […] ſuam in libatióne, […]bávit de ſánguine […] effúdit in fundamen[…]tis odórem divinum […]ſo Príncipi.

Hymnus, O Sacerd[…] *ut in Laudibus, pag*[…]

℣. Memor ſit Dó[…] omnis ſacrifícii tui […] holocauſtum tuu[…] fiat. *Pſ.* 19.

Ad Magníficat. *An*[…]

In lege Dómini con[…]tiónem judicávit, […]gnitus eſt in verbis […]délis; & invocávit […]num omnipoténtem […] oppugnando hoſt[…]cumſtántes úndique […] oblatióne agni in[…] *Eccli.* 46.

MUNE SS. ABBATUM, Ionachorum, Cœnobitarum & Anachoretarum.

ɪɪs Vesperis.
hona, 1. D.
ıus ponet deſer-
Sion quaſi delí-
olitúdinem ejus
um Dómini. *Iſ.*

a. Gaúdium &
veniétur in ſoli-
gratiárum áctio
dis. *Iſ.* 51.
g. In cubílibus
priùs dracónes
t, oriétur viror
unci; & erit ibi
via, & Via ſan-
itur. *Iſ.* 35.
ı. Exultábit ſoli-
lorébit quaſi lí-
ninans germiná-
ltábit lætabunda
. *Iſ.* 35.
a. Erit opus ju-
, & cultus juſtí-
ım, & ſecúritas
empiternum. *Iſ.*

ım. II. Cor. 6.
e médio eórum,
arámini, dicit
, & immundum
tis: & ego recí-
& ero vobis in
c vos éritis mihi

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Suſceptor meus es tu, Dómine, & in verbum tuum ſuperſperávi; * Declináte à me, maligni, & † Scrutábor mandáta Dei mei. ℣. Magiſter, ſequar te quocúmque íeris. * Declináte. Glória. † Scrutábor. *Pſ.* 118. *Matth.* 8].

Hymnus.

Felices némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio ſecli
Mores læderet íntegros.

Ut te poſsídeant, quem ſítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,
Dum cœléſtia cógitant.

Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vaſtum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.

Æternas ut opes cértaque gaúdia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra:

Sano péctore temnunt,
Cenſíſi melióribus.
Illis ſumma fuit glória déſpici;
Illis divítiæ paupériem pati;
Illis ſumma voluptas
Longo ſupplício mori.
Fac nos, ſumme Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam ſcélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relictâ,
Immortália quærere.
Æternus ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio.
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

Si ſit Abbas, ℣. Potens in terra erit ſemen ejus; ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Pſ.* 111.

Ad Magníficat *Ant.* 3. E. Egrédere * de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi. *Gen.* 12.

Si non ſit Abbas, ℣. Pinguefcent ſpecióſa deſerti; ℟. Et exultatióne colles accingentur. *Pſ.* 64.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. c. Habitábit in ſolitúdine judícium; & ſedébit pópulus meus in pulcritúdine pacis, & in tabernáculis fidúciæ. *Iſ.* 32.

Oratio, ut infrà des, *niſi propria a*
[*In Annual. ad* Co
Ant. 4. c. Qui háb
deſerto, ſecúri dó
Ezech. 34.
Ad Nunc dimitti
2. A. Ponam in c
collis mei benedicti
Ezech. 34].

AD MATUTIN

Invit. Jeſum qui c
eſt in deſertum à Sp
* Veníte, adorémus. A
Pſalmus, Veníte, p
Hymnus, Felíces n
rum, *ut in I. Veſperi*

IN I. NOCTURN

Ant. 1. G. Dixit ill
minus: Séquere me; &
lictis ómnibus, ſecut
eum. *Luc.* 5.
Ant. 7. *d.* Fugiébat
sórtia hóminum, &
rábat Dóminum Deu
rael. *Tob.* 1.
Ant. 8. c. Abjécit v
mentum ſuum à ſe, i
dútus eſt ſacco, & ſe
cínere. *Jonæ*, 3.
℣. Beátus vir, cuj
nomen Dómini ſpes
℟. Et non reſpexit in
tátes & insánias f
Pſ. 39.
Lect. de Script. occu
℟. j. Fúgite de
Babylónis, & ſalve
quiſque ánimam
* Quóniam tempu
nis eſt à Dómino.
de illa, pópule m

ticipes ſitis delictó-
ius, & de plagis ejus
cipiátis. * Quóniã.
51. *Apoc.* 18.
j. Fide in cáſulis ha-
lo cum cohærédibus
niſſiónis ejuſdem,
ectábat fundamenta
tem civitátem cujus
: & cónditor Deus.
céſſerat in deſertum
, ibíque inter feras
cum ſuis agébat.
ectábat. *Hebr.* 11.
ach. 5.
iij. Opéruit cilício
n ſuam: * Jejunávit
mívit in ſacco, &
ávit demiſſo cápite.
vigíliis multis, in
& ſiti, in frígore &
ite.*Jejunávit. Gló-
Jejunávit. *II. Reg.*
. *Cor.* 11.
I. NOCTURNO.
. 2. D. Ecce nos re-
ius ómnia, & ſecúti
te. *Matth.* 19.
. 8. g. Eſurímus &
s, & nudi ſumus, &
mus operantes má-
noſtris. *I. Cor.* 4.
. 7. b. Non defíci-
ſed licèt is qui foris
ſter homo, corrum-
; tamen is qui intùs
enovátur de die in
II. Cor. 4.
Quàm magna multi-
lulcédinis tuæ, Dó-
, ℟. Quam abſcon-
méntibus te! *Pſ.* 30.

Sermo ſancti Paulíni Epí-
ſcopi.
Epiſt. 24. ad Sulpit. Sever. aliàs II. §. 5. 6.
Lectio iv.

BOna quæ nobiſcũ non
intulerámus in hunc
mundum, nec poterámus
efferre, quaſi mutuáta red-
dídimus; nec ut cutem à
carne diſtráximus, ſed ut
veſtem à córpore deposúi-
mus. Nunc opus eſt, ut
quæ verè noſtra ſunt, de-
pendámus Deo: hoc eſt,
cor & ánimam, & córpora
noſtra exhibentes in hó-
ſtiam vivam, ut ſcriptum
eſt, Dómino; noſque ipſos
ædificantes ei in templum
ſanctum, in ipſo lápide
anguári, qui nobis ſan-
ctificatiónis noſtræ fórmu-
lam in ſemetipſo dedit, &
ait: Sancti eſtóte, quó-
niam ego ſanctus ſum.
Quæ ígitur nobis grátia,
ſi in aliéno tantùm fidéles
fuérimus? niſi de próprio
ſerviámus, id eſt, de líbero
voluntátis arbítrio, ex toto
corde noſtro, ex totis áni-
mæ noſtræ, ut ſcriptum eſt,
víribus diligentes Deum.

℟. *iv.* Exeámus ad Je-
ſum extra caſtra, im-
propérium ejus portantes;
* Non enim habémus hîc
manentem civitátem, ſed
futúram inquírimus. ℣. Pe-
regríni ſumus coràm te,
Deus: dies noſtri quaſi um-

bra ſuper terram. * Non. *Hebr.* 13. *I. Paral.* 29.

§. 7. *Lectio v.*

QUámobrem temporálium, quæ in hoc ſéculo habentur, bonórum relíctio, ſive diſtráctio, non decurſus ſtádii, ſed ingreſſus; nec ut meta, ſed ut jánua eſt. Non enim athléta tum vincit, cùm exúitur; qui ídeò nudátur ut incípiat dimicáre, cùm legítimè certáverit coronandus. Et natátor amnem interpóſitum ſuperatúrus, exúitur, nec tamen hoc tanto apparátu quòd ſe deſpoliáverit, tranſnatábit, niſi totíus córporis niſu torrentis ímpetum ſcindat, & labórem natatiónis exháuriat. Vídeo & in Jacob hujus expeditiónis órdinem proluſiſſe; cùm illum lego, poſteáquàm torrente tranſmiſſo, præmiſſis curárum ſuárum onéribus, id eſt, facultátum & neceſſitúdinum impedimentis, ſolus in tabernáculi loco remánſerat, Deo colluctátum.

℟. *v.* Non ſecundùm carnem ambulámus, ſed ſecundùm Spíritum; quóniam ſapiéntia carnis inimíca eſt Deo: * Qui autem in carne ſunt, Deo placére non poſſunt. ℣. Excelſus Deus, & hábitans cum contríto & húmili ſpíritu. * Qui autem. *Rom.* 8. *Iſ.* 57.

Lectio vj.

ITaque ad corripiendum vitæ viam, capiendúmque Dei verbum, & prævalendum in regnum cœlórum, quod à diebus Joannis vim pátitur, & à diripiéntibus obtinétur, idónei eſſe non póſſumus, niſi ómnia quæ vel amóre, vel curâ, ſi in itínere iſtíus ſéculi nobis adhæreant, impédiunt & retardant, ante óbitûs noſtri véſperam præmittámus, & inde per totam hujus ſéculi noctem apprehéndere & tenére Chriſtum ſollícitâ ſpirituálium óperum ac ſtudiórum contentióne luctémur: nec divellámur à caritáte Chriſti, ſicut Jacob ab ejus amplexu, niſi extorqueámus benedictiónem. Atque útinam ad ſalutáris inſigne luctáminis, nervum fémoris noſtri majeſtátis ſuæ timóre percútiat; quo obſtupeſcente, infirmábitur virtus carnis, & ſpiritális grátia convaleſcet.

℟. *vj.* Benedictus Deus, qui * Elégit nos ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus in caritáte. ℣. Dóminus noſter pépigit nobiſcum fœdus. * Elégit. Glória. * Elégit. *Epheſ.* 1. *Deut.* 5.

II. NOCTURNO.
℣. 8. c. Omnes erant
rerantes unanímiter
tióne. Act. 1.
℣. 1. a. Plorábant &
bant & orábant in
ectu Dómini. Bar. 1.
℣. 6. F. Multitúdinis
cor unum & ánima
nec quiſquam áliquid
eſſe dicébat, ſed e-
llis ómnia commú-
Act. 4.
Ecce quàm bonum &
jucúndum, ℟. Ha-
fratres in unum!
32.
ſancti Evangélii
ndùm Matthæum.
ctio vij. Cap. 19.
illo témpore: Re-
ndens Petrus, dixit
Ecce nos relíquimus
, & ſecúti ſumus te;
ergo erit nobis? Et
a.
lia ſancti Hierónymi
Presbyteri.
ent. in Matth. cap. 19.
andis fidúcia. Petrus
iſcátor erat, dives
ierat, cibos manu &
quærébat; & tamen
ur confidenter: Re-
mus ómnia. Et quia
ufficit tantùm relin-
, jungit (quod per-
n eſt): Et ſecúti ſu-
: fécimus quod juſ-
quid ígitur nobis da-
æmii?
vij. Sapiéntia direxit
ópera eórum: * Iter fecé-
runt per deſerta quæ non
habitabantur; & in locis
deſertis fixérunt caſas. ℣.
Circuiérunt in péllibus ca-
prínis, egentes, anguſtiá-
ti, afflicti, quibus dignus
non erat mundus, in ſoli-
tudínibus errantes & in ca-
vernis terræ. *Iter. Sap. 11.
Hebr. 11.

Lectio. viij.

JEſus autem dixit illis:
Amen dico vobis, quòd
vos qui ſecúti eſtis me, in
regeneratióne, cùm ſéde-
rit Fílius hóminis in ſede
majeſtátis ſuæ, ſedébitis
& vos ſuper ſedes duóde-
cim, judicantes duódecim
tribus Iſrael. Non dixit:
Qui reliquiſtis ómnia; hoc
enim & Crates fecit philó-
ſophus, & multi álii diví-
tias contempſérunt; ſed:
Qui ſecúti eſtis me (quod
própriè Apoſtolórum eſt,
atque credéntium) in re-
generatióne, cùm ſéderit
Fílius hóminis in ſede ma-
jeſtátis ſuæ, quando &
mórtui de corruptióne re-
ſurgent incorrupti, ſedé-
bitis & vos in ſóliis judi-
cántium, condemnantes
duódecim tribus Iſrael;
quia, vobis credéntibus,
illi crédere noluérunt.

℟. viij. Dediſti eis, Dó-
mine, judícia recta & le-
gem veritátis; & ſpíritum
tuum bonum dediſti, qui

docéret eos : * Paviſti eos in deſerto, nihilque eis défuit. ℣. Erant perſeverantes in doctrína, & communicatióne fractiónis panis & oratiónibus. * Paviſti. Glória. * Paviſti eos. *II. Eſdr. 9. Act. 2.*

Lectio ix.

ET omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætermam poſſidébit. Locus iſte cum illa ſenténtia cóngruit, in qua Salvátor lóquitur: Non veni pacem míttere, ſed gládium; veni enim ſeparáre hóminem à patre ſuo, & matrem à fília, & nurum à ſocru; & : Inimíci hóminis doméſtici ejus. Qui ergo propter fidem Chriſti, & prædicatiónem Evangélii, omnes affectus contémpſerint, atque divítias & ſéculi voluptátes; iſti céntuplum recípient, & vitam æternam poſſidébunt.

AD LAUDES.

Antiphona, 8. c.

DEus dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatióne tua, & tunc éxiit. *Act.* 7.

Ant. 1. a. Majóres divítias æſtimans theſauro Ægyptiórum impropérium Chriſti, fide relíquit Ægyptum. *Hebr.* 11.

Ant. 6. F. Flétibus & lúctui apta indumenta ſuſcépit, cínere implévit caput, & corpus ſuum humiliávit jejúniis. *Eſth.* 14.

Ant. 5. a. Nocte.

Canticum. Thren. 3.

PArs mea Dóminus, dixit ánima mea; * proptéreà expectábo eum.

Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum, * ánimæ quærenti illum.

Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio * ſalutáre Dei.

Bonum eſt viro, * cùm portáverit jugum ab adoleſcéntia ſua.

Sedébit ſolitárius, & tacébit; * quia levávit ſuper ſe.

Ant. Nocte & ante lucem egrediebátur ad oratiónem, & deprecabátur Dóminum. *Judith.* 12.

Ant. 2. A. In loco ſolitúdinis Dóminus dócuit eum, & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui. *Deut.* 32.

Capitulum. Hebr. 12.

OMnis diſciplína in præſenti quidem vidétur non eſſe gaúdii, ſed mœróris : póſteà autem fructum pacatíſſimum exercitátis per eam reddet juſtítiæ.

…ancto Abbate, Mo-
& Cœnobita.

Hymnus.

…ULCHRAS ácies,
cáſtraque fórtia,
…es, una fides, unus
amor regit!
… lege ſub una,
…ib duce mílitant.
…U! quantis rápiunt
aſtra labóribus!
…t perpétuis quéſti-
bus æthera.
…únia longa
…órporis átterunt.
…TIS unánimes, vi
quoque flétuum
…, & sócias ingémi-
nant preces,
…córdibus armis
…ælo ſimul ínferunt.
… vis grata Deo: ſic
amat óptimus
per lácrymas, per
gémitus, Pater:
…ris reſerátur
…a conditiónibus.
…VENT quando die
cuncta tumúltibus,
…turba ſilet: cétera
dum tacent,
cántica rumpunt
longa ſiléntia.
…ERCET vígiles con-
tínuus labor;
…bunt óperi non ré-
ſides manus.
…culta colónis
…ſuppéditat ſuis.
…IN regína ſuî mens
quoque ſúbditur:
Rectoriſque ſtudet nútibus
óbſequi:
Nil ſervat ſibi juris,
Capto libérior jugo.
ÆTERNUS ſit honor
ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória
Fílio.
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.

Pro ſancto Anachoreta & Solitario,

Hymnus.

QUID tu, relictis úrbibus,
Mortálium consórtia
Timens fugis? Quid tu vides,
Solúſque tecum cógitas?
MENTIS volátu líbero
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.
PRÆSENS choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo númini;
Totus colendo tu vacas.
QUAM pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Sinu recondis in tuo.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Si ſit Abbas, ℣. Veníte, filii, audíte me; ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Pſ.* 33.

Ad Benedictus *Ant.* 1. J. Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in ſignum & in portentum Iſrael à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion. *Iſ.* 8.

Oratio.

INtercéſſio nos, quæſumus, Dómine, beáti *N.* Abbátis commendet; ut quod noſtris méritis non valémus, ejus patrocínio aſſequámur; Per Dóminum noſtrum.

Alia Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti Abbátis *N.* interceſſiónibus ſublevári; ut per quem ſervis tuis perfectiónis evangélicæ documenta donaſti, per eum nobis ſubsídia perpétuæ ſalútis impendas; Per Dóminum.

Si non ſit Abbas, ℣. Cogitávi dies antíquos; ℟. Et annos æternos in mente hábui. *Pſ.* 76.

Ad Benedictus *Ant.* 4. E. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Galat.* 6.

Oratio.

DEus, qui nos ádmones exemplo beáti *N.* temporália deſpícere & ad ætérna feſtináre; da fámulis tuis, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipſo pro nobis intercedente, implére valeámus; Per.

Alia Oratio,

DEus, qui nos ánnua beáti *N.* feſtivitate lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Deus.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a. Majóres.

Capitulum. Baruch, 4.

EXui me ſtolâ pacis, índui autem me ſacco obſecratiónis, & clamábo ad Altíſſimum in diébus meis.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum,* Ego cuſtodívi vias duras. ℣. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis.* Ego. Glória. ℟. Propter. *Pſ.* 16.

℣. Induébar cilício; ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Pſ.* 34.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Flétibus.

Capitulum. Iſ. 26.

NOmen tuum & memoriále tuum, Dómine, in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

℟. *br.* Clamávi ad te, Dómine; * Dixi: Tu es ſpes mea. ℣. Pórtio mea in terra vivéntium.* Dixi. Glória. ℟. Clamávi. *Pſ.* 141.

In umbra alárum
ı ſperábo, Dómine,
nec tránſeat iníqui-
. 54.
l NONAM.
t. 2. A. In loco.
itulum. Deut. 7.
minus Deus ipſe eſt
ortis & fidélis, cu-
is pactum & miſeri-
m diligéntibus ſe,
qui cuſtódiunt præ-
jus in mille genera-

r. A judíciis tuis *
leclinávi. ℣. Quia
em poſuiſti mihi.
. Glória. ℟. A judí-

Viam mandatórum
ı cucurri, ℟. Cùm
ti cor meum. Pſ. 118.
I. VESPERAS.
ntiphona. 5. a.
oce laudis immolá-
ibi: quæcumque vo-
dam pro ſalúte Dó-
Jon. 2.
. 4. D. Póſui fáciem
ad Dóminum Deum
rogáre, & deprecári
niis, ſacco & cínere.
l. 9.
. 8. g. Quæ retrò
blivíſcens, perſe-
d bravíum ſupernæ
ónis Dei in Chriſto
Philipp. 3.
. 1. D. Curro, non
n incertum; pugno,
uaſi áerem vérbe-
rans: ſed caſtígo corpus
meum, & in ſervitútem ré-
digo, ne réprobus efficiar.
I. Cor. 9.

Ant. 6. F. Spem habens in Deum, ſtúdeo ſine offendículo conſciéntiam habére ad Deum. Act. 24.

Capitulum. I. Cor. 9.

Omnis qui in agóne contendit, ab ómnibus ſe ábſtinet: & illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant; nos autem incorruptam.

Hymnus, Felíces némorum, ut in primis Veſperis, pag. lj.

Si ſit Abbas, ℣. Juſtus ut palma florébit: ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Pſ. 91.

Ad Magníficat Ant. 1. J. Circa illum coróna fratrum: quaſi plantátio cedri in Líbano, ſic circa illum ſtetérunt quaſi rami palmæ. Eccli. 50.

Si non ſit Abbas, ℣. Abſcondit me in tabernáculo ſuo; ℟. In die malórum protexit me. Pſ. 26.

Ad Magníficat Ant. 7. d. Omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſoróres, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſſidébit. Matth. 19.

COMMUNE JUSTORU

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 7. a.

TEnébit juſtus viam ſuam, & mundis mánibus addet fortitúdinem. *Job.* 17.

Ant. 2. D. Fortitúdo símplicis via Dómini, juſtis in æternum non commovébitur. *Prov.* 10.

Ant. 6. c. Cor ſuum tradet ad vigilandum dilúculò ad Dóminum qui fecit illum. *Eccli.* 39.

Ant. 8. c. Quaſi virens fólium germinábit; fructus juſti, lignum vitæ. *Prov.* 11.

Ant. 3. a. Timenti Dóminum bene erit, & in diébus conſummatiónis illius benedicétur. *Eccli.* 1.

Capitulum. Eccli. 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi; & non evacuábitur merces veſtra. Qui timétis Dóminum, ſperáte in illum; & in oblectatiónem véniet vobis miſericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum; & illuminabuntur c . veſtra.

[*I. Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Qui timent Dóminum, non erunt incredíbiles verbo illius: * Et † Qui díligunt illum, conſervábu illius. ℣. Qui ſer bum ejus, verè in ritas Dei perfecta Glória. † Qui d *Eccli.* 2. *I. Joann.*

Hymnus.

SUMMI puſill
Patris,
Timóre méntem
Sui paternus vos a
Vult eſſe regni có

EN regnat inter
Qui vixit olim séc
Ignótus, exóſus fi
Qui pauper, & ſci

ANGUSTA por
Ingreſſus, & viam
Per dura Chriſtum
Per damna non
qui.

CARNEM terit
Linguam domat ſ
In páuperum, par
Abſcondit & ſpar

SAPORE verbi p
Totóque legem pé
Scrutátus, orat pé
Mens cellâ versán

HAC ſurgit ad
viâ;
Et nos eâdem da,
Da, Nate, da cum S
Ad te veníre sém
Amen.

℣. In nómine tu
tábunt juſti, Dómi

Et in juſtítia tua exaltabuntur. *Pſalm.* 88.

Ad Magníficat *Ant.* 8. g. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, aſſimilábitur viro ſapienti, qui ædificávit domum ſuam ſuprà petram. *Matth.* 7.

Oratio ut infrà ad Laudes.

[*In Annual.* AD COMPLET. *Ant.* 2. A. Vigiláte, & eſtóte paráti; quia quâ neſcítis horâ Fílius hóminis ventúrus eſt. *Matth.* 24.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 6. C. Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectántibus te. *Iſ.* 64.].

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Diligentem juſtos Dóminum, * Veníte, adorémus. *Pſ.* 145. *Pſalmus*, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

NON parta ſolo ſánguine
Ornat Beátos púrpura:
Sunt incruenta, quæ ſuos
Habent triumphos, prælia.

NON iſte flammas, non cruces,
Non ſentit uncos péctines;
Crudélis & durus ſibi,
Se morte lentâ cónficit.

SI lictor illi défuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;
Paráta pro Chriſto mori
Hoc ſupplet omne cáritas.

CORPUS ſubégit cáſtitas,
Et líberam mentem fides;
Amor ſupernis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.

VENIS apertis ómnibus
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fuſus in fletum cruor.

DA, Chriſte, ſic nos vívere,
Diſcámus ut ſemper mori;
Da, poſt brevis vitæ dies,
Vitæ perennis gáudia.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Qui habet mandáta mea, & ſervat ea, ille eſt qui díligit me. *Joann.* 14.

Ant. 8. g. Qui díligit me, diligétur à Patre meo; & ego díligam eum. *Joann.* 14.

Ant. 4. A. Qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam ætemam. *Joann.* 5.

℣. Univerſæ viæ Dómini miſericórdia & véritas. ℟. Requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus. *Pſ.* 24.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. 1. Inítium viæ bonæ

fácere juſtítiam : * Miſericórdiâ & veritáte redímitur iníquitas ; & in timóre Dómini declinátur à malo. ℣. Qui vult vitam dilígere & dies vidére bonos, declínet à malo ; & fáciat bonum. * Miſericórdiâ. *Prov.* 16. *I. Petr.* 3.

℟. *ij.* Nihil mélius eſt quàm timor Dei, & nihil dúlcius quàm reſpícere in mandátis Dómini. * Glória magna eſt ſequi Dóminum. ℣. Qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris ; ſed habébit lumen vitæ. * Glória magna eſt. *Eccli.* 23. *Joann.* 8.

℟. *iij.* Qui ámbulat in juſtítiis, & lóquitur veritátem, & claudit óculos ſuos ne vídeat malum ; * Iſte in excelſis habitábit : † Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus. ℣. Qui perſpéxerit in legem perfectam libertátis, non audítor obliviόſus factus, ſed factor óperis, hic beátus in facto ſuo erit. * Iſte. Glória. † Regem. *Iſ.* 33. *Jac.* 1.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Qui ſperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem, current & non laborábunt, ambulábunt & non defícient. *Iſ.* 40.

Ant. 2. D. Turris fortíſſima nomen Dómini ; ad ipſum currit juſtus, & exaltábitur. *Prov.* 18.

Ant. 5. a. Benedíctio Dei in mercédem juſti feſtínat, & in hora velóci proceſſus illíus fructíficat. *Eccli.* 11.

℣. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, ℟. Quóniam tu benedíces juſto. *Pſ.* 5.

Ex libro Morálium ſancti Gregórii Papæ.

Lib. 10. *Cap.* 16. *Lectio iv.*

DEridétur juſti ſimplícitas. Hujus mundi ſapiéntia eſt, cor machinatiónibus tégere, ſenſum verbis veláre ; quæ falſa ſunt, vera oſténdere ; quæ vera ſunt, fallácia demonſtráre. Hæc nimirùm prudéntia uſu à juvénibus ſcitur, hæc à púeris prétio díſcitur : hanc qui ſciunt, céteros deſpiciendo ſupérbiunt ; hanc qui néſciunt, ſubjecti & tímidi in áliis mirantur : quia ab eis hæc eádem duplícitas iniquitátis nómine palliáta dilígitur, dum mentis perverſitas, urbánitas vocatur. Hæc ſibi obſequéntibus præcipit honórum cúlmina quærere, adeptâ temporális glóriæ vanitáte gaudére, irrogáta ab áliis mala multipliciùs réddere ; cum vires súppetunt, nullis reſiſténtibus cédere ; cum virtútis poſſibílitas deeſt,

uid explére per ma-
ı non valent, hoc
cífica bonitáte ſimu-

iv. In fraude circum-
ntium áffuit illi, &
tum fecit illum. *
dívit illum ab inimí-
& à ſeductóribus tu-
illum. ℣. Novit Dó-
s pios de tentatióne
:e. * Cuſtodívit. *Sap.*
I. Petr. 2.

Lectio v.

T contrà, ſapiéntia
juſtórum eſt, nil per
ſiónem fingere, ſen-
verbis aperíre, vera
it dilígere, falſa de-
:, bona gratis exhi-
, mala libéntiùs tole-
quàm fácere; nullam
æ ultiónem quærere,
eritáte contuméliam
m putáre. Sed hæc
:um ſimplícitas deri-
: quia ab hujus mun-
iéntibus puritátis vir-
itúitas créditur. Om-
iim quod innocenter
r, ab eis procul dú-
ſtultum putátur: &
quid in ópere véritas
bat, carnáli ſapién-
átuum ſonat. Quid
que ſtúltius vidétur
lo, quàm mentem
s oſténdere; nil cál-
machinatióne ſimulá-
nullas injúriis contu-
is réddere; pro male-
ntibus oráre; pauper-
tátem quærere; poſſeſſa
relínquere; rapienti non
resíſtere; percutienti ma-
xillam álteram præbére?

℟. *v.* Oculus Dei reſpe-
xit illum in bono, & *
Erexit eum ab humilitáte
ipsíus, & exaltávit caput
ejus. ℣. Omnis qui ſe hu-
míliat, exaltábitur. * Ere-
xit. *Eccli.* 11. *Luc.* 18.

Poſt pauca. Cap. 16. & 17.

Lectio vj.

QUæ nimírùm juſti ſim-
plícitas bréviter ſed
ſufficienter exprímitur,
cùm prótinùs ſubinfertur:
Lampas contempta apud
cogitatiónes dívitum. Sæ-
pè namque contingit ut
electus quiſque, qui ad
æternam felicitátem dúci-
tur, contínuâ hìc adver-
ſitáte deprimátur; non
hunc rerum abundántia
fúlciat, non dignitátum
glória honorábilem oſten-
dat, nulla ei obſequén-
tium frequéntia ſuppetat,
nulla hunc humánis óculis
véſtium pompa compó-
nat: à cunctis verò deſ-
picábilis cérnitur, & hu-
jus mundi glóriâ indignus
æſtimátur: ſed tamen an-
te occulti júdicis óculos
virtútibus émicat, vitæ
méritis coruſcat; honorári
métuit, déſpici non réfu-
git; corpus continéntiâ
ámicit, ſolâ in ánimo di-
lectióne pingueſcit: men-

tem ſemper ad patiéntiam præparat, & erectus pro juſtítia de perceptis contuméliis exultat; afflictis ex corde compátitur; de bonórum proſperitátibus quaſi de própriis lætátur; ſacri verbi pábula in mente ſollícitus rúminat; & inquíſitus, quódlibet éloqui duplíciter, ignórat.

℟. vj. Ambulávit in conſpectu tuo in veritáte & juſtítia & recto corde tecum; * Cuſtodiſti ei, Dómine, miſericórdiam tuam grandem. ℣. Ecce verè Iſraelíta in quo dolus non eſt. * Cuſtodiſti. Glória. * Cuſtodiſti. *III. Reg.* 3. *Joann.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Vetus homo noſter crucifixus eſt, ut deſtruátur corpus peccáti, & ultrà non ſerviámus peccáto. *Rom.* 6.

Ant. 4. f. Ipſe Spíritus teſtimónium reddit ſpíritui noſtro, quòd ſumus filii Dei; ſi autem filii, & hærédes. *Rom.* 8.

Ant. 8. C. Ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum expectántes, redemptiónem córporis noſtri. *Rom.* 8.

℣. Anima noſtra ſuſtinet Dóminum; ℟. Quia in eo lætábitur cor noſtrum. *Pſ.* 32.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in mánibus veſtris. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Hom. 13.

DOminus dicit: Sint lumbi veſtri præcincti. Lumbos præcíngimus cùm carnis luxúriam per continéntiam coarctámus. Sed quia minùs eſt mala non ágere, niſi étiam quiſque ſtúdeat & bonis opéribus inſudáre, prótinùs ádditur: Et lucernæ ardentes in mánibus veſtris. Lucernas quippè ardentes in mánibus tenémus, cùm per bona ópera próximis noſtris lucis exempla monſtrámus. De quibus profectò opéribus Dóminus dicit: Lúceat lux veſtra coram homínibus, ut vídeant ópera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Duo autem ſunt quæ jubentur, & lumbos reſtríngere, & lucernas tenére; ut & munditia ſit caſtitátis in córpore, & lumen veritátis in operatióne. Redemptóri étenim noſtro unum ſine áltero placére nequáquam

, ſi aut is qui bona
adhuc lúxuriæ inqui-
ata non déſerit; aut
caſtitáte præéminet,
m ſe per bona ópera
et.

vij. Hæç eſt cáritas
ut mandáta ejus cuſ-
nus, & * Mandáta
grávia non ſunt. ℣.
te & vidéte quó-
ſuávis eſt Dóminus.
andáta.] *I. Joann.* 5.
.

Lectio viij.

Ec cáſtitas ergo ma-
gna eſt ſine bono ó-
nec opus bonum eſt
od ſine caſtitáte. Sed
utrumque ágitur, re-
t quiſquis ille eſt, ſpe
pernam pátriam ten-
& nequáquam ſe à
pro mundi hujus ho-
e contíneat. Qui etſi
am bona aliquandò
honeſtáte ínchoat;
us tamen intentióne
lebet permanére, nec
ona ópera præſentis
i glóriam quærere;
otam ſpem in redem-
i ſui adventum con-
t. Unde & prótinùs
tur: Et vos ſimiles
nibus expectántibus
inum ſuum quando
átur à núptiis. Ad
as quippe Dóminus
; quia reſurgens à
iis, aſcendens in cœ-
ſupernam ſibi An-
gelórum multitúdinem no-
vus homo copulávit. Qui
tunc revértitur, cùm no-
bis jam per judícium ma-
nifeſtátur.

℟. *viij.* Noſtra conver-
sátio in cœlis eſt, unde ſal-
vatórem expectámus Dó-
minum noſtrum Jeſum
Chriſtum, qui * Refor-
mábit corpus humilitátis
noſtræ, configurátum cór-
pori claritátis ſuæ. ℣. Fí-
lii ſanctórum ſumus, &
vitam illam expectámus
quam Deus datúrus eſt his
qui fidem ſuam nunquam
mutant ab eo. * Reformá-
bit. Glória. * Reformábit.
Philipp. 3. *Tob.* 2.

Lectio ix.

BEne autem de ſervis
expectántibus ſúbdi-
tur: Ut cùm vénerit & pul-
sáverit, confeſtim apériant
ei. Venit Dóminus, cùm
ad judícium próperat: pul-
ſat verò, cùm jam per
ægritúdinis moléſtias mor-
tem vicínam eſſe deſignat.
Cui confeſtim aperímus,
ſi hunc cum amóre ſuſcípi-
mus. Aperíre enim júdici
pulſanti non vult, qui
exíre de córpore trepídat;
& vidére eum quem con-
tempſiſſe ſe méminit, jú-
dicem formídat. Qui au-
tem de ſua ſpe & operatió-
ne ſecúrus eſt, pulſanti
confeſtim áperit, quia læ-
tus júdicem ſúſtinet; &

cùm tempus propinquæ mortis advénerit, de glória retributiónis hilaréſcit.

AD LAUDES.

Antiphona, 4. *ſl*

ERat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo. *Job*. 1.

Ant. 7. d. Conſervávit legem Excelſi, & in tentatióne inventus eſt fidélis. *Eccli*. 44.

Ant. 5. a. Cuſtodívit ánimam ſuam, & memor fuit Dómini in toto corde ſuo. *Tob*. 1.

Ant. 2. d. Erat.

Canticum. *Eccli*. 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi; * & non evacuábitur merces veſtra.

Qui timétis Dóminum, ſperáte in illum; * & in oblectatiónem véniet vobis miſericórdia.

Qui timétis Dóminum, dilígite illum; * & illuminabuntur corda veſtra.

Reſpícite, filii, natiónes hóminum; * & ſcitóte quia nullus ſperávit in Dómino, & confúſus eſt.

Quis enim permanſit in mandátis ejus, & derelictus eſt? * aut quis invocávit eum, & deſpexit illum?

Quóniam pius & miſéricors eſt Deus, & remittet in die tribulatió[...]
cáta; * & prote[...]
ómnibus exquirén[...]
in veritáte.

Ant. Erat religi[...]
timens Deum, [...]
eleemóſynas multa[...]
& déprecans Deum[...]
per. *Act*. 10.

Ant. 1. a. Non [...]
de univerſis manda[...]
unum quidem [...]
quod júſſerat D[...]
Joſue. 11.

Capitulum. *Eccli*[...]

ERit illi glória [...]
qui pótuit tra[...]
& non eſt tranſg[...]
fácere mala; & n[...]

Hymnus.

QUi te, De[...]
intimo
Amans recépit [...]
Non ille terras [...]
Suſpírat, oblitu[...]
Quid ergo [...]
ctere
Triſtes moras a[...]
Terris retardas [...]
Cives polo qu[...]
Hinc ferv[...]
amor,
In vota toti dif[...]
Ad aſtra feſtina[...]
Fit pœna vita [...]
Vix iſte ta[...]
Pondus moleſt[...]
Præ mortis ócc[...]
Ardens Deo ſ[...]
Æterne tu [...]
Æterne Fili pa[...]
Et par utríque[...]

us, ſit glória.
ien.
uſtítia apparébo
i tuo : ℟. Satiá-
ipparúerit glória
6.
:dictus *Ant.* 6. F.
Chriſtum ómnia
um feci, ad co-
m illum; ſi quo
urram ad reſur-
, quæ eſt ex
Philipp. 3.
Oratio.
to, Dómine,
plicatiónibus no-
is in beáti *N.* feſ-
leférimus; ut qui
uſtítiæ fidúciam
mus, ejus qui ti-
, précibus ſuble-
Per Dóminum.
ia Oratio.
, quæſumus, mi-
rs Deus; ut quam
vus tuus *N.* accé-
juſto júdice coró-
mdem & nos, ejus
óne, poſt conſum-
tè curſum récipe-
mur; Per.
PRIMAM.
. f. Erat.
TERTIAM.
d. Conſervávit.
lum. Job. 23.
Dei cuſtodívi &
declinávi ex ea;
itis labiórum ejus
ſſi, & in ſinu meo
i verba oris ejus.
ve. In via teſtimo-
niórum tuórum, Dómine, * Delectátus ſum. ℣. Sicut in ómnibus divítiis. * Delectátus. Glória. ℟. In via.

℣. A mandátis tuis intellexi; ℟. Proptéreà odívi omnem viam iniquitátis. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Cuſtodívit.

Capitulum. Eccli. 33.

SApiens non odit mandáta & juſtítias, & non illidétur quaſi in procella navis: homo ſenſátus credit legi Dei, & lex illi fidélis.

℟. *breve.* Beátus vir * Qui timet Dóminum. ℣. In mandátis ejus volet nimis. * Qui. Glória. ℟. Beátus. *Pſal.* 111.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus; ℟. Et non ſupplantabuntur greſſus ejus. *Pſ.* 36.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Non prætériit.

Capitulum. Eccli. 51.

AMbulávit pes meus iter rectum, zelátus ſum bonum, & non confundar.

℟. *breve.* Confitébor tibi, Dómine, * In directióne cordis. ℣. In eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ. * In. Glória. ℟. Confitébor.

℣. Servávi mandáta tua

& teſtimónia tua, ℟. Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *Pſ.* 118.

AD VESPERAS.

Antiphona, 6. F.

Ante Dóminum qui elégit me, vílior fiam pluſquàm factus ſum; & ero húmilis in óculis meis. 2. *Reg.* 6.

Ant. 3. a. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, tímui Deum, & pondus ejus ferre non pótui. *Job.* 31.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permanſit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ ſuæ. *Tob.* 2.

Ant. 4. ç. Tu feciſti, Dómine, cum ſervo tuo miſericórdiam magnam. 3. *Reg.* 3.

Ant. 1. G. Anima mea exultábit in Dóm delectábitur ſupe ſuo. *Pſal.* 34.

Capitulum. Ga

Quæ ſemináv mo, hæc & quóniam qui ſé carne ſua, de carn corruptiónem; q ſéminat in ſpíritu ritu metet vitam

Hymnus, Sum *I. Veſperis.* p. l

℣. In memór erit juſtus; ℟. C exaltábitur in g 111.

Ad Magnificat. Dilectus Deo & bus, cujus memó nedictióne eſt: illum fecit in g ctórum, & ol glóriam ſuam. I

COMMUNE VIRGIN

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 8. g.

Quid bonum Dómini eſt, & quid pulcrum ejus? niſi frumentum electórum & vinum gérminans vírgines? *Zach.* 9.

Ant. 6. F. Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum. *Iſ.* 56.

Ant. 1. f. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen ſe dabo eis. *Iſ.* 5

Ant. 4. d. Ult póterunt; æq Angelis ſunt, Dei, cùm ſint rectiónis. *Luc.*

Ant. 7. d. cápiunt verbu quibus datum 19.

Capitulum.

Unuſquiſ donum h

s quidem ſic, álius ve-
c. Dico autem non nu-
& víduis: Bonum eſt
, ſi ſic permáneant.
In Duplicibus II. Claſ-
? *ſuprà*, ℟. Audi, fi-
& vide, & inclína au-
tuam. * Oblivíſcere
ulum tuum, & domum
is tui: & concupiſcet
decórem tuum; † Quó-
n ipſe eſt Dóminus
is tuus. ℣. Spíritus ubi
ſpirat, & vocem ejus
is. * Oblivíſcere. Gló-
† Quóniam. *Pſ.* 44.
nn. 3].
Si ſit Martyr,
Hymnus.
Estis læta ſonent ſí-
dera cánticus:
nc aptáte tubas, súmi-
te tympana,
tus Angélici; dícite
Vírginem,
riſti dicite Mártyrem.
Vestris illa fuit dé-
bita cœtibus,
æ mortális adhuc, nó-
bilis æmula
vos exprímeret, dedí-
dicit genus,
go córporis ímmemor.
Sed quid cogis, amor!
fórtiter ámbiit
onſo virgíneum fúndere
sánguinem.
líti méminit tunc benè
córporis,
eclaræ sítiens necis.
Sic quâ parte minor,
vos ſuperéminet,

Immortále genus; quæ
pótuit mori,
Et per damna ſui córpo-
ris íntegram
Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus,
máxima Fílio,
Amborúmque ſacro máxi-
ma Flámini,
A quo magnánimæ prælia
ſúſtinent,
Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.
℣. Hæréditas immacu-
latórum in æternum erit:
℟. Non confundentur in
témpore malo. *Pſ.* 36.
Ad Magníficat *Ant.* 4. E.
Infirma mundi elégit Deus,
ut confundat fórtia; ut
non gloriétur omnis caro
in conſpectu ejus. *I. Cor.* 1.
Oratio, infrà ad Lau-
des.
Si non ſit Martyr,
Hymnus.
Vos ô Vírginei cum
cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis
óptima,
Sponſum Virgíneo progé-
nitum ſinu
Puris tóllite laúdibus.
Hæc eſt ſacra dies, ób-
via quâ ſuo
Cum plena rútilans lám-
pade júngitur
Sponſo, ſtanſque throno
próxima, cóncinit
Virgo cántica Vírgini.
Solo digna Deo cónj-
juge, réſpuit

Mortáles thálamos: ut ſemel óbligat
Seſe fida ſuo, quem benè déperit,
Ultrò ſe Deus óbligat.

Purum ne máculent pectus imágines,
In ſe, tota ſui córporis ímmemor
Mens, ſeſe récipit; nil óculi vident,
Surdis nil ſonat aúribus.

Ægro vix ſua ſunt pábula córpori:
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac, ô Chriſte, tuæ Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur, viâ.
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.

Da te, ſumme Pater, tóllere laúdibus;
Da te, Chriſte, ſequi, laúrea Vírginum.
Fac, incenſa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Afferentur Regi Vírgines, ℟. In lætítia & exultatióne. *Pſ.* 44.

Ad Magníficat *Ant.* 3. a. Córpora veſtra membra ſunt Chriſti: membra veſtra templum ſunt Spíritûs ſancti qui in vobis eſt. *I. Cor.* 6.

Oratio, infrà ad ...*des.*

[*In Annualib.* AD ... PLET. *Ant.* 1. A. Eg... mio, & cor meum v... *Cant.* 5.

Ad Nunc dimittis ... 5. a. Quæ eſt exp... mea? nonne Dóm... *Pſ.* 38].

AD MATUTIN...

Invit. Agnum qu... quuntur Vírgines,* ... te, adorémus. *Apo*... *Pſalmus*, Venite, ...

Si ſit Martyr ...
Hymnus.

Virginum ...
Deus, atque ...
Sexus imbellis, ...
per enſes,
Dum faves, quas ...
perat viríli
Péctore mortes ...

Pro tuis aris ...
Virgo
Molle dat pœnis ...
corpus;
Non ſuos ſentit, ...
ô tuórum,
Chriſte, dolóru...

Non graves plag...
lidi nec ictu...
Integram poſſunt ...
mentem:
Quin ſacri creſci...
obſtinátus
Ardor amóris.

Sponsa dilecto...
túra Sponſo,
Déſpicit ruptum
corpus:

:runcis honor,
:nuſtas
membris.
laus Patri, ge-
ue Verbo,
npar, utriuſque
s.
ſemper placeá-
ıni
s æquis.
ı.

ſit Martyr,

ymnus.

STIS aula pán-
ur;
s: omnes óbviæ
aſo Vírgini, *
onſæ Vírgines.
uptiális eſt dies,
ga poſt ſuſpíria,
bus, dat síngulis
ùs frui Deo.
ſta vobis gaúdia,
:t ignes, dícite;
jus púrior
oluptas éffluit.
propter unum
ıit
egum púrpura.
ıæ ſponſo Deo,
o terris ámbiat?
ináles núptiæ,
:aro fit ſpíritus!
inclum, júngitur
ıs Deo, menti
us!
Patri, laus Fílio;
ı, laus Spíritus,
ui perénnibus
illis fœdera.
nen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Qui díligit cordis mundítiam, habébit amícum Regem. *Prov.* 22.

Ant. 7. d. Omnis ponderátio non eſt digna continentis ánimæ. *Eccli.* 26.

Ant. 3. a. Beáti mundo corde, quóniam ipſi Deum vidébunt. *Matth.* 5.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Pſ.* 118.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* O quàm pulchra eſt caſta generátio cum claritáte! *Immortális eſt enim memória illíus; quóniam & apud Deum nota eſt, & apud hómines. ℣. Reddet Deus iis qui incorruptiónem quærunt, vitam ætérnam. *Immortális. *Sap.* 4. *Rom.* 2.

℟. *ij.* Dábitur illi fídei donum electum, & ſors in templo Dei acceptíſſima; *Bonórum enim labórum gloriósus eſt fructus. ℣. Fructus Spíritûs eſt cáritas, fides, modéſtia, continéntia, cáſtitas. *Bonórum. *Sap.* 3. *Galat.* 5.

℟. *iij.* Felix eſt incoinquináta; *Habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. ℣. Virgo cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu. *Habébit. Glo-

ria. * Habébit. *Sapient.* 3. *I. Cor.* 7.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. In caritáte perpétua dilexi te; ídeò attraxi te miſerans. *Jerem.* 31.

Ant. 4. f. Veni de Líbano, ſponſa mea: veni, coronáberis. *Cant.* 4.

Ant. 7. *d.* Sponsábo te mihi in fide; & ſcies quia ego Dóminus. *Oſ.* 2.

℣. Confeſſio & pulchritúdo in conſpectu Dei; ℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus. *Pſ.* 95.

[*Si ſit Martyr, Lectiones de S. Ambr.* Quóniam. Hæc nubes... Quis ígitur... *ut infra*].

Ex libro S. Cypriáni Epíſcopi & Mártyris, de diſciplína & hábitu Vírginum.

Paulò poſt initium.

Lectio iv.

NUnc nobis ad Vírgines ſermo eſt, quarum quò ſublímior glória eſt, major & cura eſt. Flos eſt ille Eccleſiáſtici gérminis, decus atque ornamentum grátiæ ſpiritális, læta índoles, laudis & honóris opus íntegrum atque incorruptum; Dei imágo reſpondens ad ſanctimóniam Dómini, illúſtrior pórtio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis lárgiter floret Eccléſiæ matris glorióſa fœcúnditas: quantóque plus copióſa virgínitas número ſuo addit, tanto plus gaúdium matris augeſcit.

℟. iv. Sponsábo te mihi in ſempitérnum: * Et ſponsábo te in miſericórdia & in miſeratiónibus. ℣. Sectáre juſtítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, manſuetúdinem: * Et. *Oſ.* 2. *I. Tim.* 6.

Lectio v.

AD has lóquimur, has adhortámur affectióne pótiùs quàm poteſtáte: non quòd extrémi & mínimi, & humilitátis noſtræ ádmodum cónſcii, áliquid ad censúram licéntiæ vindicémus; ſed quòd ad ſollicitúdinem magis cauti, plus de diáboli infeſtatióne timeámus. Neque enim inánis hæc caútio eſt, & vana formído quæ ad ſalútis viam cónſulit, quæ domínica & vitália præcepta cuſtódit; ut, quæ ſe Chriſto dicáverint, & à carnáli concupiſcéntia recedentes, tam carne, quàm mente ſe Deo vóverint, conſumment opus ſuum magno præmio deſtinátum: nec ornári jam, aut placére cuíquam niſi Dómino ſuo ſtúdeant, à quo & mercédem virginitátis expectant, dicente ipſo: Non omnes cápiunt verbum, ſed illis quibus datum eſt.

℟.

v. Scient quia ego
te : * Tene quod ha-
it nemo accípiat co-
ı tuam. ℣. Dedi co-
ı decóris in cápite
& profeciſti in re-
; quia perfecta eras
óre meo : * Tene.
3. Ezech. 16.
Lectio vj.
hanc Angeli vocem
ntinéntiæ munus oſ-
ur, virgínitas præ-
r. Hi ſunt qui cum
:ibus ſe non coinqui-
ınt ; vírgines enim
nſérunt. Hi ſunt qui
ıtur Agnum quo-
ıe íerir. Quòd ſi Chri-
ontinéntia ſéquitur,
ıo Dei virgínitas de-
ır ; quid eſt illis cum
ɔ cultu & cum orna-
s? quibus dum homí-
placére géſtiunt,
offendunt.
vj. Pone me ut ſigná-
ſuper cor tuum, ut
ılum ſuper bráchiũ
* Quia † Fortis eſt
s diléctio. ℣. Neque
tia, neque fortitú-
ıeque creatúra ália
t nos ſeparáre à ca-
Dei ; * Quia. Gló-
Fortis eſt. Cant. 8.
8.
I. NOCTURNO.
. 5. a. Invéni quem
ánima mea ; ténui
ec dimittam. Cant. 3.
. 4. a. Pater meus,
rs Æſtiva.

dux virginitátis meæ tu es. Jer. 3.

Ant. 2. A. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus meus locútus eſt. Cant. 5.

℣. Cor meum & caro mea, ℟. Exultavérunt in Deum vivum. Pſ. 83.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc : Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus quæ, accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviam ſponſo & ſponſæ. Et réliqua.

Homília S. Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 12.

OMnes lámpades habent, ſed omnes óleũ non habent ; quia plerumquè bona in ſe ópera cum electis & réprobi oſtendunt : ſed ſoli ad ſponſum cum óleo véniunt, qui de his quæ foris égerint, intùs glóriam requírunt. Unde per Pſalmiſtam quoque de ſancta electórum eccléſia dícitur : Omnis glória ejus, fíliæ Regis, ab intùs. Moram autem faciente ſponſo, dormitavérunt omnes & dormiérunt ; quia dum veníre Judex ad extrémum judícium differt, electi & réprobi in mortis ſomno ſopiuntur.

℟. vij. Quàm bonus Iſ-

rael Deus, his qui recto ſunt corde! * Mihi adhærére Deo bonum eſt, pónere in Dómino Deo ſpem meam. ℣. Qui adhæret Dómino, unus ſpíritus eſt. * Mihi. *Pſ.* 72. *I. Cor.* 6.

Lectio viij.

Ibidem poſt pauca.

DE adventu ſponſi clamor in média nocte fit; quia ſic dies judícii ſurrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde ſcriptum eſt: Dies Dómini, ſicut fur in nocte, ita véniet. Tunc omnes vírgines ſurgunt, quia & electi & réprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur. Lámpades ornant, quia ſua ſecum ópera númerant, pro quibus æternam recípere beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum vírginum extinguuntur, quia eárum ópera quæ clara homínibus foris apparuérunt, in adventu Júdicis intùs obſcurantur: & à Deo retributiónem non invéniunt, qui pro eis recepérunt ab homínibus laudes quas amavérunt.

℟. *viij.* Dilectus meus electus ex míllibus, totus deſiderábilis, * Et † Ipſe eſt amícus meus, fíliæ Jerúſalem. ℣. Vivo, jam non ego; vivit verò in me Chriſtus. *Et. Glória. † Ipſe. *Cant.* 5. *Galat.* 2.

Lectio ix.

QUid eſt autem quòd tunc à prudéntibus óleum petunt, niſi quòd in adventu Júdicis, cùm ſe intùs vácuas invénerint, teſtimónium forìs quærunt? Sed dum irent émere, venit ſponſus; quæ autem parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, & clauſa eſt jánua. O! ſi ſápere in cordis paláto poſſis, quid admiratiónis habet quod dícitur: Venit ſponſus? Quid dulcédinis: Intravérunt cum eo ad núptias? Quid amaritúdinis: Et clauſa eſt jánua? Tunc regni jánua lugéntibus claudétur, quæ modò quotídie pœniténtibus aperítur. Erit namque & tunc pœniténtia; ſed fructuóſa jam non erit, quia nequáquam tunc véniam invéniet, qui modò aptum véniæ tempus perdit.

AD LAUDES.

Antiphona, 2. D.

EGo dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui páſcitur inter lília. *Cant.* 6.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem deſideráveram, ſedi; & fructus ejus dulcis gútturi meo. *Cant.* 2.

Ant. 7. b. Dilectus meus ordinávit in me caritátem. *Cant.* 2.

Ant. 8. c. Cantábant

Canticum. Iſ. 61.

Audens gaudébo in Dómino, * & exultá- t ánima mea in Deo meo; Quia índuit me veſti- entis ſalútis, * & indu- ento juſtítiæ circúmdedit e,

Quaſi ſponſum decorá- m corónâ, * & quaſi onſam ornátam monili- is ſuis.

Sicut enim terra profert :mmen ſuum, * & ſicut ortus ſemen ſuum gér- inat;

Sic Dóminus Deus ger- inábit juſtítiam, * & lau- :m coram univerſis gén- bus.

Ant. Cantábant vírgines nticum novum ante ſe- :m Dei & Agni. *Apoc.* 14.

Ant. 5. a. Lauda, fi- a Sion; lætáre & exulta omni corde, filia Jerú- lem. *Soph.* 3.

Capitulum. Apoc. 14.

Vidi; & ecce Agnus ſtabat ſupra montem ion, & cum eo centum uadraginta quátuor míl- a, habentes nomen ejus : nomen Patris ejus ſcri- tum in fróntibus ſuis.

Si ſit Martyr,
Hymnus.

Quid ſacram, Virgo,
generóſa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices
corónæ?
Nempe non uno géminum
reportas
Hoſte triumphum.

Mollior fregit neque
te voluptas,
Impotens flexit neque te
tyrannus.
Tu graves pœnas, paritérq;
que blandos
Vincis amóres.

Liliis Sponſus récubat,
roſiſque;
Tu, tuo ſemper benè fida
Sponſo,
Et roſas Martyr, ſimul &
dediſti
Lília Virgo.

Summa laus Patri,
genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque
Nexus:
Fac, tibi ſemper placeá-
mus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Deus præcinxit me virtúte, ℟. Et póſuit im- maculátam viam meam. *Pſ.* 17.

Ad Benedictus *Ant.* 8. G. Caſta generátio in perpé- tuum coronáta triumphat, incoinquinatórum certá- minum præmium vincens. *Sap.* 4.

Oratio.

Deus, qui inter cétera potentiæ tuæ mirácu- la, étiam in ſexu frágili victóriam martyrii contu- liſti; concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Vírginis

& Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, cujus múnere beáta *N.* virginitátis & martyrii palmam adépta eſt: da nobis ejus précibus, ita córporis & mentis ſerváre puritátem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per Dóminum.

Si non ſit Martyr,
Hymnus.

O Virgo, pectus cui ſacrum
Amóris expers ímprobi,
Intùs ſuis ardóribus
Sanctus peruſſit Spiritus.

Non te voluptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſtis Agni núptias.

Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.

Beata, cui nunc Cœlitum
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponſi potíri gaúdiis.

Æterne ſponſe Vírginum,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Lætábor, & exultábo in te: ℟. Pſal
mini tuo, Altíſſi

Ad Benedictus *A*
Exultábit ánima
Deo meo, quia í
veſtimentis ſalút
ſponſam ornátam
bus ſuis. *Iſ.* 61.

Oratio.

DEus, qui hab
tuum in co
co conſtituiſti, c
qui fidélis ſponſ
puritátem húmil
mur obſéquio, pi
ſatiónis ſequámi
plo; Per Dómini

Alia Orat

FIdéles tuos, q
Dómine, int
beátâ *N.* vírgine
pore & mente pu
tuâ inſpiratióne
cti, nóxias delecta
táre prævaleant,
eárum non capia
cebris, tuâ ſem
táte paſcantur;

AD PRI

Antiph. 2. D.

AD TERT

Ant. 3. a. Su

Capitulum. 1.

DE virgínibu
ptum Dómi
beo; conſilium a
tanquam miſe
conſecútus à Dó
ſim fidélis.

℟. *br.* Fiat c
immaculátum *

catiónibus tuis. ℣. Ut non confundar. * In. Glória. ℟. Fiat. *Pſ.* 118.

℣. Sitívit in te ánima mea; ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea! *Pſ.* 62.

AD SEXTAM.

Ant. 7. b. Dilectus.

Capitulum. 2. *Cor.* 11.

ÆMulor vos Dei æmulatióne; deſpondi enim vos uni viro vírginem caſtam exhibére Chriſto.

℟. *br.* Quid mihi eſt in cœlo? * Et à te quid vólui ſuper terram. ℣. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Et. Glória. ℟. Quid. *Pſ.* 72.

℣. Súſcipe me ſecundùm elóquium tuum, & vivam; ℟. Et non confundas me ab expectatióne mea. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Lauda.

Capitulum. 2. *Reg.* 22.

QUia complácui Dómino, retríbuet mihi ſecundùm juſtitiã meam; & ſecundùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi.

℟. *br.* Retríbuet mihi Dóminus * Secundùm juſtítiam meam. ℣. Et ſecundùm puritátem mánuũ meárum. *Secundùm. Glória. ℟. Retríbuet. *Pſ.* 17.

℣. Laudábo nomen Dei cum cántico; ℟. Et magnificábo eum in laude. *Pſ.* 68.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 4. D.

VIrgines accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviam ſponſo & ſponſæ. *Matth.* 25.

Ant. 3. a. Prudentes accepérunt óleum in vaſis ſuis cum lampádibus, & ornavérunt lámpades ſuas. *Matth.* 25.

Ant. 7. d. Médiâ nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit; exíte óbviam ei. *Matth.* 25.

Ant. 2. D. Venit ſponſus, & quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias. *Matth.* 25.

Ant. 1. D. Vírgines ſequuntur Agnum quocumque íerit; ſine mácula enim ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

Capitulum. Apoc. 14.

AUdívi vocem de cœlo; & vocem quam audívi, ſicut citharædórum citharizántium in cítharis ſuis: & cantábant quaſi cánticum novum ante ſedem Agni.

Si ſit Martyr, Hymnus Quid ſacram, *pag.* lxxv.

℣. Me propter innocéntiam ſuſcepiſti, ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. *Pſ.* 40.

Ad Magníficat *Ant.* 2. D. Feciſti viriliter, & confortátum eſt cor tuum; eò quòd caſtitátem amáve-

ris; ídeò & manus Dómini confortávit te. *Judith*, 15.

Si non ſit Martyr, Hymnus, O Virgo, *pag.* lxxvj.

℣. Vírgines laudent nomen Dómini, ℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſ.* 148.

Ad Magníficat *Ant.* 6. F. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit ſe. Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti ſunt. *Apoc.* 19.

In Officio S. Virginis & Martyris, dicuntur in II. Nocturn. Lectiones quæ ſequuntur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Ambróſii Epíſcopi.

De Virgin. ad Marcellinam Soror. Libr. I.

Lectio iv.

QUóniam hódie natális eſt vírginis, invítat integritátis amor, ut áliquid de virginitáte dicámus; ne véluti tránſitu quodam præſtricta videátur, quæ principális eſt virtus. Non enim ídeò laudábilis virgínitas, quia & in martyribus reperítur: ſed quia ipſa mártyres fáciat. Quis autem humáno eam poſſit ingénio comprehéndere, quam nec natúra ſuis inclúſit légibus? aut quis naturáli voce compleсti, quod ſupra uſum naturæ ſit? E cœlo accerſívit quod imitarétur in terris. Nec immérito vivendi ſibi uſum quæſívit è cœlo, quæ ſponſum ſibi invénit in cœlo.

Lectio v.

HÆc nubes, áera, Angelos ſideráque tranſgrédiens, Verbum Dei in ipſo ſinu Patris invénit, & toto hauſit péctore. Nam quis tantum, cùm invénerit, relinquat boni: Unguentum enim exinanítum eſt nomen tuum; proptéreà adoleſcéntulæ dilexérunt te. Poſtrémò, non meum eſt illud, quóniam, Quæ non nubunt, neque nubentur, erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. Nemo ergo mirétur ſi Angelis comparentur, quæ Angelórum Dómino copulantur.

Lectio vj.

QUis ígitur neget hanc vitam fluxiſſe de cœlo, quam non fácilè invenímus in terris, niſi poſtquam Deus in hæc terréni córporis membra deſcendit? Tunc in útero Virgo concépit, & Verbum caro factum eſt, ut caro fieret Deus. Dicet áliquis: Sed étiam Elías nullíus corpórei coitûs fuiſſe permixtus

cupiditátibus invenítur. Ideò ergo curru raptus ad cœlum; ídeò cum Dómino appáret in glória; ídeò domínici ventúrus eſt præcurſor adventûs.

COMMUNE SANCTARUM MULIERUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1. J.

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul, & de últimis fínibus prétium ejus. *Prov.* 31.

Ant. 4. f. Domus & divítiæ dantur à paréntibus; à Dómino autem própriè uxor prudens. *Prov.* 19.

Ant. 2. D. Grátia ſuper grátiam, múlier ſancta & pudoráta. *Eccli.* 26.

Ant. 7. d. Grátia verecúndiæ mulíeris ſensátæ & bonæ ſuper aurum. *Eccli.* 7.

Ant. 3. a. Múlier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26.

Capitulum. Eccli. 26.

FUndamenta æterna ſupra petram sólidam; mandáta Dei in corde mulíeris ſanctæ.

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Virum, Dómine, cum timóre tuo, non cum libídine mea conſenſi ſuſcípere: * Sit nomen tuum, Deus Iſrael, benedictum in ſécula. ℣. Non vocávit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiónem: * Sit. Glória. * Sit. *Tob.* 3. *I. Theſſ.* 4.

Hymnus.

ADESTE, ſanctæ Cónjuges:
En illa fortis fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Triumphat inter Cœlites.

NON illa luxu véſtium,
Non crine torto ſplénduit;
Cultu nitens ſed símplice,
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne ſuum,
Dum prodit, amittat decus.

PASCENDA cœleſti cibo,
Sacris ſtudébat litteris;
Templo frequens, ſed sédula
Redíbat ad curam domûs.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Si ſit Martyr, ℣. Factus es ſpes mea, Dómine. ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci. *Pſ.* 60.

Ad Magníficat *Ant.* 4. D. Deus cœlórum, exaudi me deprecantem, & de tua miſericórdia præſumentem; ut gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith.* 9.

Oratio, infrà ad Laudes.

Si non ſit Martyr, ℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem; ℟. In via tua vivífica me. *Pſ.* 118.

Ad Magníficat *Ant.* 1. A. Exultávit cor meum in Dómino, & dilatátum eſt os meum, quia lætáta ſum in ſalutári tuo. *I. Reg.* 2.

Oratio, infrà ad Laudes.

[*In Annualib.* AD COMPLET. *Ant.* 3. c. Non extinguétur in nocte lucerna ejus. *Prov.* 31.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Deus oſtendet ſplendórem ſuum in te. *Baruch.* 5].

AD MATUTINUM.

Invitat. Deum in quo ſperant ſanctæ mulíeres, * Veníte, adorémus. *I. Petr.* 3.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

ARDET Deo quæ fémina,
Latére fruſtrà cógitat:
Quot indigentes ſúblevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honeſtis ánxia;
Patróna, cuſtos vírginum,
Secunda mater órphanis.

PANNIS latentem vílibus
Chriſtum fovébat hóſpitem:
Quas dura ſubtraxit ſibi,
Opes refundit pródiga.

PACEM domi, pacem forìs
Alto colit ſiléntio;
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Inítium ſapiéntiæ timor Dómini, & cum electis féminis gráditur. *Eccli.* 1.

Ant. 2. D. Sápiens múlier ædíficat domum: múlier gratióſa invéniet glóriam. *Prov.* 14.

Ant. 3. *a.* Pars bona múlier bona: in parte timéntium Deum dábitur. *Eccli.* 26.

℣. Ecce ſic benedicétur homo, ℟. Qui timet Dóminum. *Pſ.* 127.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Grátia mulíeris ſédulæ delectábit virum ſuum: * Diſciplína illius datum Dei eſt. ℣. Quæ filios aut nepótes habet, diſcat domum ſuam rége-

re; hoc enim acceptum eſt coram Deo. * Diſciplína. *Eccli. 26. I. Tim. 5.*

℟. *ij.* Os ſuum apéruit ſapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus; * Conſiderávit sémitas domûs ſuæ, & panem otióſa non comédit. ℣. Quod decet mulíeres, promittentes pietátem per ópera bona. * Conſiderávit. *Prov. 31. I. Tim. 2.*

℟. *iij.* Fallax grátia & * Vana eſt pulchritúdo: † Múlier timens Dóminum ipſa laudábitur. ℣. Non ſit extrínſecùs capillatúra aut circumdátio auri aut veſtimentórum cultus. * Vana. Glória. † Múlier. *Prov. 31. I. Petr. 3.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. D. Dómine, qui habes ómnium ſciéntiam, tu ſcis quòd nunquam lætáta ſit ancilla tua niſi in te, Dómine Deus. *Eſth.* 14.

Ant. 5. a. Oſtende quóniam non derelinquis præſumentes de te; & præſumentes de ſe, & de ſua virtúte gloriantes humílias. *Judith.* 6.

Ant. 6. F. In consílium iniquórum non véniat ánima mea, & in cœtu illórum non ſit glória mea. *Gen.* 49.

℣. Perambulábam in innocéntia cordis mei, ℟. In médio domûs meæ. *Pſ.* 100.

De Epíſtola ſancti Auguſtíni Epíſcopi ad Probam víduam.

Epiſt. 130. §. 3. *aliàs* 121.

Lectio iv.

Debes præ amóre veræ vitæ deſolátam te putáre in hoc ſéculo, in quantálibet ejus felicitáte verſéris. Nam ſicut eſt illa vera vita, in cujus comparatióne utique iſta quæ multùm amátur, quantúmlibet jucunda atque producta ſit, nec vita dicenda eſt: ſic eſt étiam ſolátium verum, ſine quo ſolátio quæcumque ſunt terréna ſolátia, magis in eis deſolátio quàm conſolátio reperítur.

℟. *iv.* Adjuva me ancillam tuam, nullum áliud auxílium habentem, niſi te, Dómine. * Noſti quia óderim glóriam iniquórum. ℣. Quæ participátio juſtítiæ cum iniquitáte? * Noſti. *Eſth.* 14. *II. Cor.* 6.

Lectio v.

Divítiæ quippe atque faſtígia dignitátum, cætéraque hujúſmodi quibus ſe felíces eſſe putant mortáles, veræ illíus felicitátis expertes, quid áfferunt conſolatiónis, cùm ſit eis indigére quàm eminére præſtántius; quæ plus excrúciant adepta timóre amiſſiónis, quàm concupíta, adeptiónis ar-

dóre? Tálibus bonis non fiunt hómines boni; ſed aliunde boni facti, bene utendo fáciunt, ut iſta ſint bona. Non ſunt ergo in iis vera ſolátia, ſed ibi pótiùs ubi vera vita.

℟. *v.* Complácui in veritáte tua: * Non ſedi cum concílio vanitátis; odívi eccléſiam malignántium. ℣. Corrumpunt mores bonos collóquia mala. * Non. *Pſ.* 25. *I. Cor.* 15.

Lectio vj.

HÆc ómnia consíderans, concerta in oratióne víncere hoc ſéculum: ora in ſpe, ora fidéliter & amanter; ora inſtanter atque patienter; ora ut vídua Chriſti, nondum habens ejus conſpectum, cujus precáris auxílium: & licèt ſis ditíſſima, ſicut pauper ora. Nondum enim veras futúri ſéculi divítias habes, ubi nulla damna formídes. Si ea quæ ſursùm ſunt quæris & ſapis, æterna & certa desíderas; quæ quámdiu nondum habes, étiam ſalvis ómnibus atque obſequéntibus tuis, tanquam deſolátam reputáre te debes.

℟. *vj.* Mundam ſervávi ánimam meam ab omni concupiſcéntia: * Nunquam cum ludéntibus míſcui me; neque cum his qui in levitáte ámbulant, partícipem me præbui. ℣. Grátias ago Deo, cui sérvio in conſciéntia pura. * Nunquam. Glória. * Nunquam. *Tob.* 3. *II. Tim.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Accinxit fortitúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum. *Prov.* 31.

Ant. 8. c. Manum ſuam miſit ad fórtia, & digiti ejus apprehendérunt fuſum. *Prov.* 31.

Ant. 8. g. Quæsívit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum. *Prov.* 31.

℣. Anima ejus in bonis demorábitur, ℟. Et ſemen ejus hæreditábit terram. *Pſ.* 24.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo témpore; Dixit Jesus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile eſt regnum cœlórum theſauro abſcóndito in agro. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 11. *in Evang.*

CŒlórum regnum, fratres cariſſimi, idcircò terrénis rebus símile dícitur, ut ex his quæ ánimus novit, ſurgat ad incógnita quæ non novit: quátenùs exemplo viſibílium ſe ad inviſibília rápiat, &

per ea quæ uſu dídicit, quaſi confricátus incaleſcat; ut per hoc quod ſcit notum dilígere, diſcat & incógnita amáre. Ecce enim cœlórum regnum theſauro abſcóndito in agro comparátur; quem qui ínvenit homo, abſcondit, & præ gaúdio illíus vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum.

℟. *vij.* Confídit in ea cor viri ſui: * De nocte ſurrexit, dedítque prædam doméſticis ſuis, & cibária ancillis ſuis. ℣. Si quis ſuórum, & máximè domeſticórum, curam non habet, fidem negávit, & eſt infidéli detérior. * De nocte. *Prov.* 31. *I. Tim.* 5.

Lectio viij.

QUâ in re hoc quoque notandum eſt, quòd inventus theſaurus abſcónditur, ut ſervétur: quia ſtúdium cœleſtis deſidérii à malignis ſpirítibus cuſtodíre non ſúfficit, qui hoc ab humánis laúdibus non abſcondit. In præſenti enim vita quaſi in via ſumus, quâ ad pátriam pérgimus. Maligni autem ſpíritus iter noſtrum quaſi quidam latrúnculi obſídent. Deprædári ergo deſíderat, qui theſaurum públicè portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera noſtra bona non vídeant, cùm ſcriptum ſit: Videant ópera veſtra bona, & gloríficent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt: ſed ut per hoc quod ágimus, laudes extérius non quærámus. Sic autem ſit opus in público, quátenùs inténtio máneat in occulto: ut & de bono ópere próximis præbeámus exemplum; & tamen per intentiónem, quâ Deo ſoli placére quærimus, ſemper optémus ſecrétum.

℟. *viij.* Erat in ómnibus famoſíſſima, quóniam * Timébat Dóminum valdè, nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat. * Timébat. Glória. * Timébat. *Judith.* 8. *Act.* 9.

Lectio ix.

THeſaurus autem cœleſte eſt deſidérium; ager verò in quo theſaurus abſcónditur, diſciplína ſtúdii cœleſtis. Quem profectò agrum vénditis ómnibus comparat, qui voluptátibus carnis renúntians, cuncta ſua terréna deſidéria per diſciplínæ cœleſtis cuſtódiam calcat; ut nihil jam quod caro blandítur, líbeat; nihil quod carnálem vitam trucídat, ſpíritus perhorreſcat.

AD LAUDES.

Antiphona, 6. f.

IN ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith.* 13.

Ant. 3. *a.* Magna facta eſt; erat virtúti caſtitas adjuncta. *Judith.* 16.

Ant. 2. D. Non diſcedébat de templo, jejúniis & obſecratiónibus ſérviens nocte ac die. *Luc.* 2.

Ant. 7. *a.* In opéribus.

Canticum. Prov. 31.

OS ſuum apéruit ſapiéntiæ (múlier fortis,) * & lex cleméntiæ in lingua ejus.

Conſiderávit ſémitas domûs ſuæ, * & panem otióſa non comédit.

Surrexérunt fílii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; * vir ejus, & laudávit eam:

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: * tu ſupergreſſa es univerſas.

Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: * múlier timens Dóminum, ipſa laudábitur.

Date ei de fructu mánuum ſuárum; * & laudent eam in portis ópera ejus.

Ant. In opéribus bonis teſtimónium habens, fílios educávit, omne opus bonū ſubſecúta eſt. *I. Tim.* 5.

Ant. 5. a. Surrexérunt fílii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; vir ej[...] & laudávit eam. *Prov.*

Capitulum. Eccli. 2[...]

SIcut ſol óriens mu[...] in altíſſimis Dei, [...] mulíeris bonæ ſpécie[...] ornamentum domûs [...]

Hymnus.

O Jam beáta, quæ[...]
Tandem ſolúta [...]
pore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur

PER quos gradus cœl[...]
petit,
Hâc ire vos omnes do[...]
Junctæ jugáli vínculo
Et vos ſolútæ cónjuge[...]

INSIGNIS & nos Fem[...]
Sequi decet veſtígia;
Magnum vel ipſis quæ[...]
Virtútis exemplum viri[...]

QUEIS arſit illa, [...]
Deus,
Flagrémus & nos ígnib[...]
Eoque, quo te vis coli, [...]
Amóre, fac, mens te co[...]

ÆTERNE tu Verbi Pa[...]
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus
Laudéris omni tempo[...]
Amen.

Si ſit Martyr, ℣. Ad[...] ſit ánima mea poſt [...] Deus meus; ℟. Me ſu[...] pit déxtera tua. *Pſ.* 62.

Ad Benedictus *Ant.* [...] Supra modum mirábil[...] & bonórum memóriâ [...] gna, bono ánimo feré[...] propter ſpem quam in [...] habébat. *II. Mach.* 7.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perſicitur; largíre nobis, quæſumus, beátæ *N.* Mártyris tuæ triumphum recoléntibus, ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincendi grátiam nobis obtíneat; Per Dóminum.

Si non ſit Martyr, ℣. Anima mea Dómino vivet; ℟. Et ſemen meum sérviet ipſi. *Pſ.* 21.

Ad Benedictus *Ant.* 6. F. Benedicta es à Dómino; ſcit enim omnis pópulus mulíerem te eſſe virtútis. *Ruth.* 3.

Oratio.

ESto, quæſumus, Dómine, intercedente beátâ *N.* propítius plebi tuæ; ut, quæ tibi non placent reſpuentes, tuórum repleámur deſidério mandatórum; Per Dóminum.

Si ſit vidua, Oratio.

DEus, in quem ſperat omnis ánima quæ, adhuc in terris póſita, ſe verè víduam ſentit ac deſolátam; tríbue nobis, quæſumus, ut exemplo beátæ *N.* obſecratiónibus & oratiónibus nocte ac die inſtantes, cœléſtium conſolatiónum mereámur eſſe partícipes; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. In ancilla ſua.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Magna.

Capitulum. Eccli. 40.

FIlii & ædificátio civitátis confirmábit nomen, & ſuper hæc múlier immaculáta computábitur.

℟. *br.* Deus meus * Protector eſt ſperántium in ſe. ℣. Póſuit immaculátam viam meam. * Protector. Glória. ℟. Deus. *Pſ.* 17.

℣. Ab omni via mala prohíbui pedes meos, ℟. Ut cuſtódiam verba tua. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Non diſcedébat.

Capitulum. I. Tim. 2.

VOlo mulíeres oráre in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornantes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſâ.

℟. *br.* Exultábo & lætábor * In miſericórdia tua, Dómine. ℣. Quóniam reſpexiſti humilitátem meã. * In. Glória. ℟. Exultábo. *Pſ.* 30.

℣. Ad ómnia mandáta tua dirigébar: ℟. Omnem viam iniquam ódio hábui. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Surrexérunt.

Capitulum. Eccli. 36.

QUi póſſidet mulíerem bonam, inchoat poſſeſſiónem; adjutórium ſe-

cundùm illum eſt, & columna ut réquies.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo. ℣. Et glorificábo nomen tuum in æternum. * In. Glória. ℟. Confitébor. *Pſ.* 85.

℣. Tu, Dómine, glória mea, ℟. Et exaltans caput meum. *Pſ.* 3.

AD VESPERAS.

Antiphona, 5. a.

EO quòd caſtitátem amáveris, manus Dómini confortávit te; & ídeò eris benedicta in æternum. *Judith.* 15.

Ant. 8. g. Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 31.

Ant. 7. d. Tu glória Jerúſalem, tu lætítia Iſrael, tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith.* 15.

Ant. 6. F. Deus det tibi grátiam, ut ſit nomen tuum in número ſanctórum & juſtórum. *Judith.* 10.

Ant. 1. D. Ora pro nobis, quóniam múlier ſancta es & timens Deum. *Judith.* 8.

Capitulum. I. Tim. 2.

MUlier ſalvábitur per filiórum generatiónem, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne cum ſobrietáte.

Hymnus, O jam beáta, *pag.* lxxxiv.

Si ſit Martyr, ℣. Vídeant qui odérunt me, & confundantur, ℟. Quóniam tu, Dómine, adjuviſti me. *Pſ.* 85.

Ad Magníficat *Ant.* 3. a. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditióne. *Eccli.* 51.

Si non ſit Martyr, ℣. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me. ℟. In æquitáte tua. *Pſ.* 142.

Ad Magníficat *Ant.* 5. C. Fortitúdo & decor indumentum ejus: date ei de fructu mánuum ſuárum; & laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31.

IN FESTIS
TRONI, VEL TITULARIS.

proprium non habetur Officium in Breviario ; præſcribitur in Rubricis generalibus. Diebus intrà Octavam, nullâ dignitate cujuſque Sancti ratione, Lectiones dicentur, etiam pro Apo- ut infrà, niſi adſint propriæ ; vel ſi propriæ, cùm , non ſufficiant, aut non poſſint aliàs commodè : hâc diſtinctione ſervatâ, ut intrà Octavas Du- m I. Cl. & ſuprà, Lectiones duæ (ij & iij) ut hîc r, propriæ de Octava dicantur, niſi ſit facienda ria per Lectionem iij ; diebus verò intrà Octa- eſti Duplicis II. Claſſis, j & ij Lectiones de Scri- occurrente dicantur ; tertia tantùm de Octava, quàm in ipſa die Octava, cujus Officium eſt plex, in quo duæ de Octava dicentur.

LECTIONES
DICENDÆ
INTRA OCTAVAM
RONI, VEL PATRONÆ.

éxhibent. Benefícium hoc, fratres dilectíſſimi, grátiam hanc mínimè ceſſantem à Deo obtinémus. Parátum eſt hîc Chriſtiánis auxíliũ. Qui áliquâ prémitur anguſtiâ, ad hos cónfugit ; qui rurſùs lætátur, ad hos recurrit. Hic ut à malis liberétur, ille ut duret in rebus lætis. Hæc múlier

orans pro filiis audítur, peregrinanti viro réditum incólumem, ægrotanti verò ſalútem implórat & óbtinet.

Lectio iij.

O Sanctum chorum! ô ſacrum órdinem! ô cúneum inexpugnábilem! ô commúnes humáni géneris cuſtódes! óptimi curárum ſócii! precum ac votórum ínvicem ſuffragatórès! legáti apud Deum potentíſſimi! aſtra mundi, flores Eccleſiárum, vos non terra contexit, ſed cælum excépit. Apertæ ſunt vobis paradíſi portæ, dignum profectò exercítibus Angelórum, Patriarchis, Prophétis & Juſtis ómnibus ſpectáculum.

DIE III.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 1. in C. 2. Ep. Joan. I.

Lectio ij.

JOannes quid dixit? Si qüis peccáverit, advocátum habémus ad Patrem Jeſum Chriſtum juſtum. Sed dicet áliquis: Ergo Sancti non petunt pro nobis? Ergo Epíſcopi & Præpóſiti non petunt pro pópulo? Sed atténdite ſcriptúras, & vidéte quia & præpóſiti commendant ſe pópulo. Nam Apóſtolus dicit plebi: Orantes ſimul & pro nobis. Orat Apóſtolus pro plebe, orat pl[ebs] pro Apóſtolo. Orámus [pro] vobis, fratres; ſed & [vos] oráte pro nobis. Invi[cem] pro ſe ómnia mem[bra] orent. Caput pro ómni[bus] interpellet.

Serm. 280. Lectio ii[j].

BEnedixit Dóminus [ſuos] fillos cum magnis l[audibus]... nobis parum videá[tur] quòd ejus córporis m[em]bra ſumus, cujus & [quibus] æquiparári non [ſumus]. Quia ſi unum m[em]brum pátitur, compat[iun]tur ómnia membra; ita [ſi] glorificátur unum m[em]brum, congaudent ó[mnia] membra. Sicut ille [...] ánimam ſuam pro [...] póſuit, ita & imitáti [...] Mártyres ánimas pro [fra]tribus poſuérunt; at[que ...] iſta populórum tanq[uam] gérminum copioſíſſima [fer]tílitas súrgeret, terram [...] ſánguine irrigavérunt. [Fru]ctus labóris ergo illó[rum] étiam nos ſumus. M[ira]mur eos, miſerantur [...] Gratulámur eis, pre[cen]tur pro nobis.

DIE IV.

Sermo ſancti Bern[ardi] Abbátis.

In Vig. SS. Petri & P[auli]

Lectio ij.

TRia ſunt quæ in [feſ]tivitátibus Sanct[orum] vigilanter conſiderár[e de]bémus, auxílium Sa[...]

lum ejus, confuſió-
oſtram. Auxílium
uia qui potens in
uit, poténtior eſt in
nte fáciem Dómini
. Si enim, dum hîc
, miſertus eſt pec-
us, & orávit pro
inc tantò ámpliùs,
véiùs agnoſcit mi-
oſtras, orat pro no-
em: quia beáta illa
caritátem ejus non
rit, ſed augmentá-
que enim quia im-
lis omnínò, ídeò &
aſsíbilis factus eſt.

Lectio iij.

bémus étiam attén-
re exemplum ejus;
uámdiu in terris vi-
, & cum homínibus
sátus eſt, non de-
t, neque ad dexte-
eque ad ſiniſtram;
m régiam ténuit,
eníret ad illum qui
Ego ſum via, véri-
ita. Intuémini hu-
em óperum ejus,
tátem verbórum e-
tunc vidébitis quó-
tam verbo quàm
o lúxerit inter hó-
quália nobis veſtí-
relíquerit, ut am-
s per ea, & non er-
in eis. Verè, juxta
tam, sémita juſti
t; rectus callis juſti
ulandum.

DIE V.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Vig. SS. Petri & Pauli.

Lectio ij.

Diligentióri intúitu in feſtivitátibus Sanctórum confuſiónem noſtram inſpiciámus; quia homo ille símilis nobis fuit, paſſíbilis, ex eódem luto formátus ex quo & nos. Quid ergo eſt, quòd non ſolùm diffícile, ſed & impoſsíbile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, & contremiſcámus. Hómines iſti fuérunt, qui præceſſérunt nos, qui tam mirabíliter proceſſérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuiſſe credámus. Sic ergo & gaudére, & confundi debémus: gaudére, quia patrónos præmíſimus; confundi, quia eos imitári non póſſumus.

Lectio iij.

Ita ſemper gaúdium noſtrum in hac valle lacrymárum, lacrymárum pane condíri debet; ut ſemper non ſolùm extréma, ſed & prima gaúdii luctus óccupet: quia etſi magna eſt gaudiórum matéria, ſed máxima eſt dolórum. Verè nobis rubor confuſiónis ſunt, quos vix audeámus reſpícere, ne dicam, imitári. Orémus

ergo eos, ut ipſi propítium nobis reddant amícum ſuũ, júdicem noſtrum, qui eſt Deus benedíctus in ſécula. Amen.

DIE VI.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Feſto omnium Sanctorum. Serm. 2. §. 1. Lectio. ij.

ERit, præſtante Dómino, triplex ſermónis de Sanctórum felicitáte utílitas; quátenùs ágnita, vel ex parte áliqua, felíci retributióne Sanctórum, abundantióri deinceps ſollicitúdine ipsórum inhærére veſtígiis, ac ferventióri deſidério ad eórum ſuſpiráre consórtia, propenſióri quoque devotióne eorúmdem nos commendáre patrocíniis ſtudeámus. Fidélis quippe ſermo & omni acceptióne dignus, ut quos ſolemni veneratióne proſéquimur, étiam símili converſatióne ſequámur. Quos beatíſſimos prædicámus, ad eórum beatitúdinem totâ aviditáte currámus: quorum delectámur præcóniis, ſublevémur eórum patrocíniis.

Lectio iij.

NEc ſanè parum fructuóſa invenítur memória feſtíva Sanctórum, languórem, tepórem errorémque depellens: cùm eórum interceſſióne juvétur infírmitas noſtra, conſideratióne beatitúdinis excitétur negligéntia noſtra, ignoránita quoque noſtra ipsórum erudiátur exemplis.

DIE VII.

Sermo ſancti Cæsárii Epíſcopi.

Serm. 230. in Appendice apud Auguſtinum. Lectio ij.

QUando feſtivitátes cólimus, fratres caríſſimi, diligenter debémus atténdere, & totis víribus laboráre ut quod viſibíliter cólitur, in nobis inviſibíliter compleátur. Qui nec caſtitátem cuſtódit in córpore, nec puritátem tenet in mente, quóties ſanctæ ſolemnitátes advéniunt, in córpore vidétur habére gaúdium, in corde non célebrat niſi luctum. Quale enim gaúdium poteſt habére? in cujus ánima multis vítiis occupáta magis diábolus probátur habitáre quàm Chriſtus. Nos verò, fratres caríſſimi, etiamſi nobis áliqua, ut ſolet fíeri, peccáta ſubrépunt, quantùm póſſumus, cum Dei adjutório laborémus jejúniis, vigíliis, oratiónibus, eleemóſynis mundáre sórdida; ut véniens Dóminus in nobis, nihil invéniat quod óculos ſuæ majeſtátis offendat.

165. c. 4. *Lectio iij.*
s & omnes famílias
tras admonéte, fra-
ſemper ut caſtè &
: ſalúbriter vivant:
ùm eos verbis, ſed
exemplis ad bona
rovocáte. Ante óm-
icumque fuéritis,
domo, ſive in ití-
ive in convívio, ſi-
onſeſſu, verba túr-
luxurióſa nolíte ex
ſtro proferre; ſed
vicínos & próximos
júgiter admonéte
per quod bonum eſt
eſtum, loqui ſtú-
ne fortè detrahen-
do, mala loquendo, & in ſanctis feſtivitátibus choros ducendo, cántica luxurióſa & túrpia proferendo, de lingua ſua, unde debúerant Deum laudáre, inde ſibi vúlnera videantur inflígere. Iſti enim infelíces & míſeri hómines qui balatiónes & ſaltatiónes ante ipſas Basílicas Sanctórum exercére nec métuunt, nec erubeſcunt: etſi Chriſtiáni ad Eccléſiam vénerint, pagáni de Eccléſia revertuntur; quia iſta conſuetúdo balandi de paganórum obſervatióne remanſit.

DIE OCTAVA.

NOCTURNO.
ſancti Joannis Chry-
ſtomi Epíſcopi.
Quòd Martyres
imitandi ſunt, aut
non laudandi.

Lectio iv.

i Sanctórum mérita
ligióſâ caritáte mi-
, quique Juſtórum
s frequenti laude
uitur, eórum mores
s atque juſtítiam
ur: quóniam quem
at Sancti alicújus mé-
delectáre debet par
ei cultum obſéquiũ.
aut imitári debet,
at; aut laudáre non
ſi imitári detrectat; ut, qui álium laudat, laudábilem ſe reddat; & qui Sanctórum mérita admirátur, mirábilis ipſe vitæ ſanctitáte reddátur.

Lectio v.

NAm ſi proptéreà juſtos fideleſque dilígimus, quòd in ipſis juſtítiam fidemque ſuſpícimus, póſſumus nos quoque eſſe quod ſunt, ſi faciámus ipſi quod fáciunt. Neque enim difficile nobis eſt, quod ab ipſis géritur, imitári, cùm ſine præcedenti exemplo ab antíquis tália geſta conſpícimus; ut non ipſi aliórum æmuli redderentur, ſed æmulandæ virtú-

tis ſeipſos nobis præbérent exemplum: ut cùm nos ex ipſis, & ex nobis álii proficiunt, ſic Chriſtus in ſuis ſemper ſervis in Eccléſia ſancta laudétur.

Lectio vj.

UNde ab orígine mundi ínnocens Abel occíditur, Enoch Deo placens transfertur, juſtus Noe invenítur, Abraham fidélis probátur, Móyſes manſuétus agnóſcitur, Jeſus caſtus, David lenis, Elías acceptus, Dániel ſanctus; tres púeri victóres redduntur; Apóſtoli, diſcípuli Chriſti, credéntium magiſtri habentur: è quibus erudíti Confeſſóres fortíſſimè pugnant, Mártyres perfecti triumphant, & chriſtiáni ſemper exércitus diábolum Deo armáti debellant. In iſtis ſemper pares virtútes, diſsímiles pugnæ, glorióſæ victóriæ. Unde tu, Chriſtiáne, delicátus es miles, ſi putas te poſſe ſine pugna víncere, ſine certámine triumpháre. Exere vires, fórtiter dímica, atrócitèr in prælio iſto concerta. Consídera pactum, conditiónem attende, milítiam noſce: pactum quod ſpopondiſti; conditiónem quâ acceſſiſti; milítiam cui nomen dediſti. Hoc enim pacto, quos miráris, cuncti pugnárunt; hâc conditióne univerſi vicérunt; hâc milítiâ omnes triumphârunt.

IN III. NOCTURNO.

Sumuntur in quolibet Communi Lectiones quæ dictæ fuerunt in die Feſto, niſi propriæ aſſignentur.

CANON PRO PATRONIS, *ubi deeſt proprius.*

Ex Concílio Mediolanenſi tértio ſub ſancto Cárolo. *Ann.* 1573. *Tit.* 1.

QUò religióſiùs incolæ uniuscujuſque Paróchiæ Feſtum diem colant illíus Sancti Sanctæve, cujus patrocínio Parochiális Eccléſia dicáta eſt, cohortatiónibus agat Párochus, ut ánimo piè répetant religióſas ejus ſanctárum virtútum exercitatiónes; quarum méritis in cœlum ille vocátus, cùm ſempiternâ glóriâ perfruátur, pro caritáte quâ abundat, eórum quorum ſalútis patrocínium ſuſcépit, preces Deo offert. Die Sancti qui Paróchiæ patrónus eſt & cuſtos, quò ad illíus imitatiónem magis fidéles inflammentur, id Párochus præſtet, cùm frequéntior in Eccléſia pópulus adeſt, ut ipſe aut álius in ſuggeſtu res ejus ſanctè admirabilitérque geſtas, morum diſciplínam, pietátis ſtúdia ac virtútes pronúntiet. Tu autem.

OFFICIUM BEATÆ MARIÆ, IN SABBATO.

Semiduplex.

In omnibus Sabbatis hujus temporis præter quàm in Vigiliis cujuſcumque Feſti, intra Octavas, & niſi occurrat Feſtum ſemiduplex aut ſuprà, ac niſi Officium fieri debeat de Feria propter Officium alicujus Dominicæ eo die ponendum, fit Officium de Beata Maria *ſub ritu ſemiduplici, incipiendo à Veſperis Feriæ VI. & terminando cum Nona.*

Pſalmi Feriales in toto Officio.

IN VESPERIS.

Ant. 7. d. Super te oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *Iſ.* 60.

Capitulum. Iſ. 11.

Egrediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcendet; & requieſcet ſuper eum Spíritus Dómini.

Hymnus.

Ave, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

Monstra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.

Virgo ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos
Mites fac & caſtos.

Vitam præſta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

Sit laus ſumma Patri,
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Ad Magníficat *Ant* 5. a. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo; quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ. *Luc.* 1.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

VIRGO Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
HINC méritò dicent te ſécula cuncta beátam;
Hinc pópuli Matrem te Dominamque colunt.
TU Mater pietátis: opem te póſcimus omnes.
Subvénias fámulis, ô benedicta, tuis.
GLORIA magna Patri; compar ſit glória Nato:
Ambóium tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 1.

Hymnus.

O QUAM glorificâ luce coruſcas,
Stirpis Davídicæ régia proles;
Sublímis réſidens, Virgo María,
Supra cœlígenas ætheris omnes!
TU cum virgíneo mater honóre
Cœlórum Dómino pectoris aulam
Sacris viſcéribus caſta dediſti:
Humános Deus hinc índuit artus.
QUEM cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu flectitur omne;
A quo, te précibus ſubveniente,
Æterni pétimus gaúdia regni.
DIVINÆ ſóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen.
Amen.

Ant. 1. g. Appáruit Móyſi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. *Exod.* 3.

Ant. 7. *d.* Cùm virgas poſuiſſet Móyſes coram

o, invénit germinaſ-
ım Aaron. *Num.* 17.
2. D. Abſciſſus eſt
e monte ſine máni-
ıpis autem factus eſt
nagnus, & implévit
ſam terram. *Dan.* 2.
Iomo natus eſt in ea;
ipſe fundávit eam
nus. *Pſ.* 86.
olutio, II. Mach. 1.
neminerit teſtamen-
quod locútus eſt, &
at oratiónes noſtras.
ıen.
edictio. Exultet ſpí-
ıoſter in Deo, quia
it humilitátem an-
uæ. ℟. Amen. *Luc.* 1.
io prima de Scriptura
ente: ex tribus fit una.
j. Benedictus Dómi-
ui creávit cœlum &
a; * Quia hódie no-
uum ita magnificá-
t non recédat laus tua
: hóminum. ℣. Reſ-
Dóminus humilitá-
ncillæ ſuæ. * Quia.
i. 13. *Luc.* 1.
edictio. Nobiſcum ſit
, qui in ancilla ſua
plévit miſericórdiam
, quam promíſit dó-
ſraęl. *Judith.* 13.
o ſecunda & tertia Le-
leguntur duæ ex ſe-
ibus, pro menſium di-
ate, pag. xcvij.
ij. Miſericórdia &
as obviavérunt ſibi:
ritas de terra orta eſt;

& juſtítia de cœlo proſpe-
xit. ℣. De María natus eſt
Jeſus qui vocátur Chriſtus.
* Véritas. Glória. * Véri-
tas. *Pſ.* 84. *Matth.* 1.

Benedictio. Invocet Dó-
minum, & loquátur Regi
pro nobis, & líberet nos de
morte. ℟. Amen. *Eſther.* 15.

Te Deum.

AD LAUDES.

Ant. 8. g. Benedicta es.

Canticum. Judith. 13.

Laudáte Dóminum Deũ
noſtrum, * qui non
deséruit ſperantes in ſe.

Et in me ancillâ ſuâ ad-
implévit miſericórdiam
ſuam, * quam promíſit
dómui Iſrael.

Et interfécit in manu
mea * hoſtem pópuli ſui.

Benedicta es tu, fília, à
Dómino Deo excelſo * præ
ómnibus muliéribus ſuper
terram.

Benedictus Dóminus
qui creávit cœlum & ter-
ram; * qui te direxit in
vúlnera cápitis príncipis
inimicórum noſtrórum:

Quia hódie nomen tuum
ita magnificávit, * ut non
recédat laus tua de ore hó-
minum qui mémores fúe-
rint virtútis Dómini in
ætérnum.

Ant. Benedicta es tu,
fília, à Dómino Deo ex-
celſo præ ómnibus mulié-
ribus ſuper terram. *Judith.*
13.

Capitulum. Cant. 6.

QUæ eſt iſta quæ progréditur quaſi auróra conſurgens? pulchra ut luna, electa ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

Hymnus.

NUNC auróra, novæ
 núntia lucis,
Triſtes orbe procul díſſipat umbras.
Quantò lucídior, nocte
 ſepultis
Portans ipſa diem, Virgo,
 refulges!
 O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera
 lucis:
Te ſi terra dedit munus
 olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?
 INTER perpétuos Núminis hauſtus,
O Regína, tibi sánguine
 junctum
Ne dediſce genus; noſtra
 fuiſti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.
 DIVINÆ sóboli qui dare
 matrem
In terris vóluit, glória
 Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória,
 Flamen. Amen.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus; ℟. Deus in médio ejus; non commovébitur. *Pſ.* 45.

Ad Benedíctus *Ant.* 4. A. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítia, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per.

AD HORAS,

Doxologia.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Benedíctus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Judith.* 13.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Multæ filiæ congregavérunt divítias; tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 31.

Capitulum. Geneſ. 3.

AIt Dóminus Deus ad ſerpentem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen

ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum.

℟. *br.* Recordátus eſt Dóminus * Miſericórdiæ ſuæ: ℣. Et veritátis ſuæ dómui Iſrael. * Miſericórdiæ ſuæ. Glória. ℟. Recordátus. *Pſ.* 97.

℣. Deus operátus eſt ſalútem in médio terræ; ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73.

A D S E X T A M.

Ant. 1. a. In te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ. *Geneſ.* 12.

Capitulum. Eccli. 24.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Iſrael hæreditáre, & in electis meis mitte radíces.

℟. *breve.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. ℣. Adjuvábit eam Deus mane dilúculo. * Non commovébitur. Glória Patri. ℟. Deus. *Pſ.* 45.

℣. Oriétur in diébus ejus juſtítia, ℟. Et abundántia pacis. *Pſ.* 71.

A D N O N A M.

Ant. 8. c. Deus oſtendet ſplendórem ſuũ in te omni qui ſub cœlo eſt. *Baruch.* 5.

Capitulum. Judith. 13.

NOmen tuum Dñs ita magníficávit, ut non recédat laus tua de ore hóminũ qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternũ.

℟. *breve.* Vultum tuum * Deprecabuntur. ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabuntur. Glória. ℟. Vultum.

℣. Concupiſcet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44.

LECTIONES ſequentes dicuntur ſuo quæque menſe in Officio Beatæ Mariæ in Sabbato.

M E N S E M A I O.

De expoſitióne ſancti Baſílii Epíſcopi in Iſaíam Prophétam.

Lectio ij. c. 8.

ACceſſi ad prophetiſſam; & in útero accépit & péperit fílium. Quid eſt: Acceſſi ad prophetiſſam? Hoc eſt: Appropinquávi ſpíritu & prænotióne futurórum, & perſpexi ejus conceptiónem è longínquo, óculis in prophetíæ grátiam attentis. Péperit fílium, de quo dixit Dóminus: Vocábis nomen ejus: Velóciter détrahe ſpólia: Citò prædáre.

Lectio iij.

QUòd María prophetiſſa fúerit ad quam próximè per cognitiónem acceſſit Iſaías, nemo contradíxerit, qui ſit memor verbórum Maríæ, quæ prophéticè elocúta eſt. Quid enim ait? Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit ſpíritus meus in Deo

ſalutári meo ; quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Quòd ſi ánimum accommodáveris univerſis ejus verbis, non dubitábis dícere eam fuiſſe prophetiſſam, quòd Dómini Spíritus in eam supervénerit, & virtus Altíſſimi obumbráverit ei.

MENSE JUNIO.

Sermo ſancti Petri Chrysólogi.

Lectio ij.

AVe, grátiâ plena. Síngulis grátia ſe eſt largíta per partes; Maríæ verò ſimul ſe totam dedit grátiæ plenitúdo. Omnes, inquit Evangeliſta, de plenitúdine ejus accépimus. Verè benedicta, quæ fuit major cœlo, fórtior terrâ, orbe látior : nam Deum quem mundus non capit, ſola cepit. Portávit Deum qui portat orbem, génuit Deũ genitórem ſuum, nutrívit ómnium vivéntium nutritórem.

Lectio iij. Serm. 143.

COncépit virgo, virgo péperit. Non te conceptus turbet; partûs non te confundat audítus, quando virgínitas quidquid eſt humáni pudóris, excúſat. Aut quæ ibi verecúndiæ læſio, ubi init déitas cum amíca ſibi ſemper integritáte consórtium ? ubi eſt interpres Angelus ; fides, prónuba ; deſponsátio, cáſtitas ; dotátio, virtus ; judex, conſciéntia ; cauſa, Deus ; conceptus, intégritas ; virgínitas, partus ; virgo, mater. Nemo ergo júdicet humáno modo quod divíno géritur ſacramento : nemo myſtérium cœleſte diſcútiat ratióne terrénâ.

MENSE JULIO.

De Epíſtola ſancti Leónis Papæ ad Pulchériam Auguſtam. *Epiſt.* 13.

Lectio ij.

SAcramentum reconciliatiónis noſtræ ante témpora æterna diſpóſitum, nullæ implébant figúræ, quia nondum ſupervénerat Spíritus ſanctus in Vírginem, nec virtus Altíſſimi obumbráverat ei, ut & intra intemeráta víſcera, ædificante ſibi Sapiéntiâ domum, Verbum caro fíeret, & formâ Dei ac formâ ſervi in unam conveniente persónam, Creátor témporum naſcerétur in témpore ; & per quem facta ſunt ómnia, ipſe inter ómnia gigneréture. Niſi enim novus homo, factus in ſimilitúdinem carnis peccáti, noſtram ſuſcíperet vetuſtátem, & conſubſtantiális Patri conſubſtantiális eſſe dignarétur & matri, naturamque ſibi noſtram ſolus à peccá-

:r uníret ; ſub jugo
ii generáliter teneré-
mána captívitas.

Lectio iij.

:. *de Nat. Domini.*

Jmáno uſu & conſue-
údine , quod crédi-
:aret ; ſed divínâ po-
: ſubnixum eſt, quòd
concéperit, virgo pe-
t, virgo permánſerit.
iic cogitétur parien-
ndítio, ſed naſcentis
ium ; qui ſic homo
eſt, ut volébat & pó-
Si veritátem quæris
næ natúræ, cognoſce
iam:ſi ratiónem ſcru-
ríginis, virtúté con-
divínam. Venit enim
nus Jeſus Chriſtus,
gia noſtra auferre,
pérpeti ; nec ſuccúm-
ítiis, ſed medéri. Ve-
: omnem languórem
ptiónis & univerſa
:ta ſordéntium curá-
nimárum : propter
opórtuit ut novo na-
ur órdine, qui novam
llútæ ſinceritátis grá-
humánis corpóribus
:bat.

NSE AUGUSTO.
oro Morálium ſancti
Gregórii Papæ.

io ij. libr. 18. *c.* 27.
art. 36.

Ediátor Dei atque hó-
minum, homo Chri-
ſeſus, non ſicut iſte
hæréticus déſipit, alter in
humanitáte, alter in deitá-
te eſt : non purus homo
conceptus atque éditus,
pòſt per méritum, ut Deus
eſſet, accépit; ſed, nuntian-
te Angelo, & adveniente
Spíritu, mox Verbum in
útero, mox intra úterum
Verbum caro, & manen-
te incommutábili eſſéntiâ
quæ eſt ei cum Patre & cum
ſancto Spíritu coætérnâ,
aſſumpſit intra virgínea ví-
ſcera, unde & impaſsíbilis
pati, & immortális mori,
& ætérnus ante sécula, tem-
porális poſſet eſſe in fine
ſeculórum, ut per ineffá-
bile ſacramentum, conce-
ptu ſancto & partu invio-
lábili, ſecundùm veritátem
utriuſque natúræ, éadem
Virgo, & ancilla Dómini
eſſet, & mater. Sic quippe
ei ab Eliſabeth dícitur :
Unde hoc mihi ut véniat
mater Dómini mei ad me ?
Et ipſa virgo concípiens
dixit : Ecce ancilla Dómi-
ni ; fiat mihi ſecundùm ver-
bum tuum.

Lectio iij.

De expoſ. in l. Reg. l. 1. *c.* 1.

FUit vir unus de Ramá-
thaïm Sophim, de
monte Ephraïm. Poteſt hu-
jus montis nómine beatíſ-
ſima ſemper Virgo María
Dei génitrix deſignári.
Mons quippe fuit, quæ
omnem electæ creatúræ al-

titúdinem, electiónis ſuæ dignitáte tranſcendit. An non mons ſublímis María, quæ ut ad conceptiónem æterni Verbi pertíngeret, meritórum vérticem ſupra omnes Angelórum choros, uſque ad sólium Deitátis erexit? Hujus enim mentis præcellentíſſimam dignitátem Iſaías vatícinans ait: Erit in novíſſimis diébus præparátus mons domûs Dómini in vértice móntium. Mons quippe in vértice móntium fuit, quia altitúdo Maríæ ſupra omnes Sanctos refulſit.

OFFICIUM PARVUM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Non dicitur, quoties ſit Officium ſemiduplex, aut ſuprà, aut intra Octavas quaſcumque. Aliàs autem dicitur in Choro, ſecundùm uſum & conſuetudinem locorum, in Feſtis Simplicibus & Feriis; tuncque omittitur Suffragium de Beata *in Laudibus & Veſperis.*

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Veſperæ dicuntur intra Suffragia: Prima poſt Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia poſt Benedicamus *Tertiæ, & ſic de cæteris Horis.*

AD MATUTINUM.

DOmine, lábia mea, Deus, &c. Glória, &c.

Invitatorium. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* I.

Pſalmus, Veníte, *p.* 2.

Hymnus.

DAVIDIS sóboles, glória Vírginum,
Chriſti Virgo parens, te póſuit Deus
Partu virgíneo quæ malè súbdoli
Anguis contéreres caput.

PER te quod múlier perdíderat vetus,
Humáno géneri rédditur áuctiùs.
Tu clauſas míſeris, heu nímiùm diù!
Cœlórum réſeras fores.

QUI lucis Pater eſt, glória ſit Patri:
Cujus Virgo parens, glória Fílio:
Quo fœcunda, tibi, Nexus amábilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

In Feſtis Beatæ Mariæ, quibus aſſignantur in Proprio Pſalmi de Officio parvo, dicuntur in Nocturnis

n ſequentes Pſalmi, Antiphonis propriis.)fficio autem parvo di- r tantùm tres Pſalmi, iùm ordinem Feria- ut infrà notatur.

I. NOCTURNO.

ERIA II. & V.

1. a. Tota pulchra es.

Pſalmus 8.

Omine Dóminus no- ſter, * quàm admi- : eſt nomen tuum in :rſa terra!

)niam elevâta eſt ma- éntia tua * ſuper cœ-

ore infántium & la- .um perfeciſti laudem er inimícos tuos, * ut ıas inimícum & ultó-

ıóniam vidébo cœlos ópera digitórum tuó- * lunam & ſtellas, :u fundaſti.

:id eſt homo, quòd)r es ejus? * aut fílius nis, quóniam víſitas

nuiſti eum paulò mi- b Angelis; glóriâ & :e coronaſti eum, * & tuiſti eum ſuper ópe- ınuum tuárum.

ınia ſubjeciſti ſub pé- ejus, * oves & boves rſas, ínſuper & pé- :ampi;

lucres cœli & piſces, * qui perámbulant ıs maris.

Dómine Dóminus no- ſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in uni- verſa terra!

Pſalmus 18.

CŒli enarrant glóriam Dei; * & ópera má- nuum ejus annúntiat fir- mamentum.

Dies diéi eructat ver- bum; * & nox nocti índi- cat ſciéntiam.

Non ſunt lóquelæ neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernácu- lum ſuum; * & ipſe tan- quam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam: * à ſum- mo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculá- ta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidé- le, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præ- ceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſé- culi: * judícia Dómini ve- ra, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum; * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occultis meis munda me; * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei; * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra & plenitúdo ejus, * orbis terrárum, & univerſi qui hábitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum, * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcendet in montem Dómini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & miſericórdiā à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, veſtras; & elevámini, portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, veſtras; & elevámini, portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipſe eſt Rex glóriæ.

Ant. Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4.

℣. Dóminus tanquam ſponſus, ℟. Procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18.

IN II. NOCTURNO.

FERIA III. & VI.

Ant. 8. c. Suávis es.

Pſalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum: diffúſa eſt grátia in lábiis tuis; * proptéreà benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * próſperè procéde & regna.

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſti-

& dedúcet te mira-
déxtera tua.
tæ tuæ acútæ, pó-
b te cadent, * in
nimicórum regis.
tua, Deus, in ſé-
ſéculi : * virga dire-
, virga regni tui.
xiſti juſtítiam, &
niquitátem : * pro-
unxit te, Deus,
us, óleo lætítiæ præ
ibus tuis.
rha & gutta & cáſia
nentis tuis à dómi-
rneis, * ex quibus
vérunt te fíliæ re-
honóre tuo.

viſio Pſalmi 44.

itit regína à dextris
is in veſtítu deau-
circúmdata varie-

, fília, & vide, &
aurem tuam : * &
cere pópulum tuũ,
um patris tui.
oncupiſcet rex decó-
um : * quóniam ipſe
ninus Deus tuus, &
unt eum ;
liæ Tyri in munéri-
vultum tuum de-
intur omnes dívites

nis glória ejus fíliæ
ab intùs ; * in fím-
reis circumamicta
tibus.
centur regi vírgines
m : * próximæ ejus
tur tibi ;

Afferentur in lætítia & exultatióne, * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii : * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in séculum ſéculi.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus : * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum : * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei ; * ſanctificávit tabernáculũ ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus ; non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna ; * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum : * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte & vidéte ópera

Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * aúferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Ant. Suávis es & decóra ſicut Jerúſalem: terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta. *Cant.* 6.

℣. Adducentur Regi vírgines poſt eam, ℟. Próximæ ejus afferentur tibi. *Pſ.* 44.

IN III. NOCTURNO.

FERIA IV. & SABBATO.

Ant. 1. D. Quod naſcétur.

Pſalmus 86.

Fundamenta ejus in móntibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum: * hi fuérunt illîc.

Numquid Sion dicet: Homo & homo natus eſt in ea: * & ipſe fundávit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum, * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium, * ómnium habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

Dominus regnávit, exultet terra, * læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ; * vidit & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus, * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram; * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum; * cuſtódit

Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum: * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ * & veritátis ſuæ dómui Iſrael.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, & exultáte & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce pſalmi: * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini: * moveátur mare & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu: ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1.

℣. Magna eſt glória ejus,
℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſ.* 20.

Pater noſter.

Abſolutio, 2. *Mach.* 1. Deus memínerit teſtamenti ſui quod locútus eſt, & exaúdiat oratiónes noſtras. ℟. Amen.

Benedictio. Exultet ſpíritus noſter in Deo, quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ. ℟. Amen. *Luc.* 1.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Iſ. 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo, domus David. Numquid parùm vobis eſt moleſtos eſſe homínibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus Emmánuel.

℟. j. Creávit Dóminus novum ſuper terram: * Fémina circúmdabit virum.
℣. Quia non eſt impoſſíbile apud Deum omne ver-

bum. * Fémina. *Jerem.* 31. *Luc.* 1.

Benedictio. Nobiſcum ſit Deus, qui in ancilla ſua adimplévit miſericórdiam ſuam, quam promíſit dómui Iſrael. ℟. Amen. *Judith.* 13.

De Sermóne ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 2. de Adv. n. 5.

Lectio ij.

Virgo régia ipſa eſt via per quam Salvátor advénit, procédens ex ipsíus útero, tanquam ſponſus de thálamo ſuo. Tenentes ergo hanc viam ſtudeámus & nos, dilectíſſimi, ad ipſum per eam aſcéndere qui per ipſam ad nos deſcendit: per eam veníre in grátiam ipsíus qui per eam in noſtram miſériam venit.

℟. Beáta es, Virgo María quæ Dóminum portaſti creatórem mundi. * Genuiſti qui te fecit, & in æternum pérmanes Virgo. ℣. Ave, María, grátiâ plena, Dóminus tecum. * Genuiſti.

Benedictio. Invocet Dóminum, & loquátur Regi pro nobis, & líberet nos de morte. ℟. Amen. *Eſth.* 15.

De Apocalypſi beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio iij. Apoc. 11 & 12.

Apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus; & facta ſunt fúlgura & voces, & terræ motus & grando magna. Et ſignum magnum appáruit in cœlo: Múlier amicta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim.

℟. Sancta & immaculáta Virgínitas, quibus te láudibus éfferam, néſcio; * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contuliſti. ℣. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. * Quia. Glória Patri. * Quia.

AD LAUDES.

℣. Deus, in adjutórium. &c.

Ant. 3. c. In ancilla ſua.

Pſalmus 66.

Deus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî.

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus: * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur & exultent gentes, * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi

omnes: * terra de-
ctum ſuum.
:dícat nos Deus,
oſter; benedícat nos
* & métuant eum
fines terræ.
Pſalmus 92.
minus regnávit, de-
brem indútus eſt:
tus eſt Dóminus for-
em, & præcinxit ſe.
rim firmávit orbem
* qui non commo-
r.
ita ſedes tua ex
* à ſéculo tu es.
vavérunt flúmina,
ae; * elevavérunt
a vocem ſuam.
vavérunt flúmina flu-
uos: * à vócibus a-
m multárum.
:ábiles elatiónes ma-
* mirábiles in altis
nus.
timónia tua credibí-
cta ſunt nimis: * do-
tuam decet ſanctitú-
Dómine, in longitú-
dierum.
Pſalmus 99.
ilate Deo, omnis ter-
: * ſervíte Dómino
:itia.
troíte in conſpectu
* in exultatióne.
tóte quóniam Dómi-
pſe eſt Deus; * ipſe
nos, & non ipſi nos.
pulus ejus, & oves
æ ejus, * introíte por-
jus in confeſſióne,

átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus: in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Canticum. Judith. 13.

Laudáte Dóminum Deũ noſtrum, * qui non deſéruit ſperantes in ſe:

Et in me ancillâ ſuâ adimplévit miſericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſrael.

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Benedícta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo, * præ ómnibus muliéribus ſuper terram.

Pſalmus 150.

Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith.* 13.

Capitulum. Gal. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus.

O Glorióſa Cœlitum
Regína! cœlis púrior:
Quanto, María, fœnore
Reddis quod Eva pérdidit!
CUNCTIS Deum Virgo paris
Deſiderátum géntibus.
Vitam datam per Vírginem
Gentes redemptæ pláudite.
QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ,
℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſrael. *Pſ.* 97.

Ant. 4. A. Benedicta tu.

Canticum. Luc. 1.

BEnedicta tu inter mulíeres, * & benedictus fructus ventris tui.

Et unde hoc mihi, * ut véniat mater Dómini mei ad me?

Ecce enim ut facta eſt vox ſalutatiónis tuæ, in áuribus meis, * exultávit in gáudio infans in útero meo.

Et beáta quæ credidiſti, * quóniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur. Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Hymnus.

SALUTIS auctor, ſis memor
Noſtri quòd olim córporis
De puríſſima Vírginum
Naſcendo formam ſúmpſeris.
MARIA Mater grátiæ,
Mater miſericórdiæ,
Tu nos ab hoſte prótege,
Et, mortis horâ, ſúſcipe.
QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Ant. 1. D. Benedictiónem.

Pſalmus 53.

DEus, in nómine tuo ſalvum me fac, * &

ıte tua júdica me.
, exaudi oratiónem
* aúribus pércipe
ɔris mei.
ıiam aliéni inſurre-
adversùm me , &
ıuæſiérunt ánimam
* & non propoſué-
:um ante conſpe-
ıum.
enim Deus ádjuvat
k Dóminus ſuſce-
: ánimæ meæ.
te mala inimícis
: & in veritáte tua
e illos.
ıtáriè ſacrificábo ti-
: confitébor nómini
)ómine, quóniam
eſt.
niam ex omni tri-
ne eripuiſti me; * &
ıimícos meos deſpe-
lus meus.
Pſalmus 95.
ıtáte Dómino cán-
um novum, * can-
mino, omnis terra.
áte Dómino, & be-
e nómini ejus; *an-
:e de die in diem
: ejus.
ıntiáte inter gentes
ı ejus, * in omni-
ɔulis mirabília ejus.
niam magnus Dó-
k laudábilis nimis;
ɔilis eſt ſuper om-
ɔs.
iam omnes dii gén-
emónia; * Dómi-
em cœlos fecit.

Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus; * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Diviſio Pſalmi 95.

AFferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovébitur; * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli, & exultet terra; commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſilvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte; * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus. *Eccli.* 44.

Capitulum. Geneſ. 22.

POſſidébit ſemen tuum portas inimicórum ſuórum, & benedicentur in

ſémine tuo omnes gentes terræ.

℣. Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ; ℟. Omnes gentes magnificábunt eum. *Pſ.* 71.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus.

AVE, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SIT laus ſumma Patri,
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 4. d. Sanctificávit.

Pſalmus 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operátur juſtitiã.

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo, * qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit próximo ſuo malum, * & oppróbrium non accépit adver[ſus pró]ximos ſuos.

Ad níhilum ded[uctus eſt] in conſpectu eju[s mali]gnus; * timente[s autem] Dóminum glorific[at].

Qui jurat próxi[mo ſuo,] & non décipit: * [qui pe]cúniam ſuam non [dedit ad] usúram, & múne[ra ſuper] innocentem non a[ccépit].

Qui facit hæc [non] movébitur in æte[rnum].

Pſalmus 2[2].

DOminus regi[t me, &] nihil mihi [déerit:] * in loco páſcuæ [ibi me] collocávit.

Super aquam [refectió]nis educávit me, * [ánimam] meam convertit.

Deduxit me ſup[er ſemi]tas juſtítiæ, * pro[pter no]men ſuum.

Nam, & ſi amb[ulávero] in médio umbræ [mortis,] * non timébo mala, [quó]niam tu mecum es.

Virga tua, & [báculus] tuus, * ipſa me c[onſoláta] ſunt.

Paraſti in conſp[ectu meo] menſam * adver[sus eos,] qui tríbulant me.

Impinguaſti in [óleo ca]put meum: * & ca[lix meus] inébrians quàm p[ræclárus] eſt!

Et miſericórdia [tua ſub]ſequétur me * [ómnibus] diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem

mini, * in longitú- diérum.

Pſalmus 127.

áti omnes qui timent óminum, * qui ám- in viis ejus.

óres mánuum tuá- quia manducábis, * es, & benè tibi erit.

r tua ſicut vitis abun- * in latéribus domûs

i tui ſicut novellæ um * in circúitu e tuæ.

e ſic benedicétur ho- qui timet Dóminum.

edícat tibi Dóminus n; * & vídeas bona lem ómnibus diébus tuæ.

vídeas fílios filiórum m, * pacem ſuper Iſ-

℣. Sanctificávit taber- um ſuum Altíſſimus: in médio ejus. *Pſ.* 45.

pitulum. Eccli. 24.

Ui creávit me, re- quiévit in tabernácu- o, & dixit mihi: In inhábita, & in Iſrael litáre, & in electis mitte radíces.

Elégit eam Dóminus, habitatiónem ſibi. 31.

Oratio.

Eus, qui ſalútis ætér- næ, beátæ Maríæ vir- áte fœcundâ, humá- éneri præmia præſti- tiſti: tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercé- dere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum no- ſtrum Jeſum Chriſtum Fí- lium tuum; Qui tecum.

AD SEXTAM.

Hymnus.

SOlve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe ma- trem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
Sit laus ſumma Patri,
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 5. a. Tu glória.

Pſalmus 98.

DOminus regnávit, iraſcantur pópuli: * qui ſedet ſuper Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelſus ſuper omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt; * & honor regis judícium díligit.

Tu paraſti directiónes: * judícium & juſtítiam in Jacob tu feciſti.

Diviſio Pſalmi 98.

EXaltáte Dóminum Deũ noſtrum, & adoráte

ſcabellum pedum ejus, * quóniam ſanctum eſt.

Móyſes & Aaron in ſacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipſe exaudiébat eos: * in columna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noſter, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propítius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deũ noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus; * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Pſalmus 123.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, * niſi quia Dóminus erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos.

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitàn aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſívit ánima noſtra: * fórſitàn pertranſiſſet ánima noſtra aquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de láqueo venántium:

Láqueus contrítus eſt, * & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, * qui fécit cœlum & terram.

Ant. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſrael, tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith.* 16.

Capitulum. Eccli. 24.

ET ſic in Sion firmáta ſum: & in civitáte ſanctificáta ſimíliter requiévi, & in Jeruſalem poteſtas mea.

℣. Magna eſt glória ejus,
℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20.

Oratio.

COncéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium: ut, qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem Dóminum.

AD NONAM.

Hymnus.

VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

SIT laus ſumma Patri,
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto

ıs, par & honor.
men.
r. 1. g. In omni.
Pſalmus 84.
ıedixiſti, Dómine,
rram tuam; * aver-
ptivitátem Jacob.
niſiſti iniquitátem
tuæ; * operuiſti óm-
ccáta eórum.
igaſti omnem iram
, * avertiſti ab ira
atiónis tuæ.
ıverte nos, Deus ſa-
noſter; * & averte
uam à nobis.
nquid in æternum
is nobis? * aut ex-
iram tuam à gene-
e in generatiónem?
viſio Pſalmi 84.
us, tu converſus vi-
ificábis nos, * &
ua lætábitur in te.
nde nobis, Dómi-
iſericórdiam tuam,
ılutáre tuum da no-

iam quid loquátur
Dóminus Deus, *
ım loquétur pacem
bem ſuam;
uper ſanctos ſuos,
eos qui convertun-
cor.
imtamen prope ti-
; eum ſalutáre ip-
ut inhábitet glória
a noſtra.
diviſio Pſalmi 84.
Iſericórdia & véri-
as obviavérunt ſi-
bi: * juſtítia & pax oſcu-
látæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Dóminus Deus Iſrael. *Judith.* 13.

Capitulum. Judith. 13.

NOmen tuum ita magnificávit Dóminus, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui fúerint mémores virtútis Dómini in æternum.

℣. Mémores erunt nóminis tui, ℟. In omni generatióne & generatiónem. *Pſ.* 44.

Oratio.

COncéde, quæſumus omnípotens Deus, ut fidéles tui qui colunt nomen ſanctíſſimæ Vírginis Maríæ, ejuſdem piâ interceſſióne, à cúnctis malis eruantur in terris, & ad gaúdia æterna pervéniant in cœlis; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Ant. 3. c. Quàm pulchra es!

Pſalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion ; * dominàre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principium in die virtútis tuæ, in ſplendóribus ſanctórum ; * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas; * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet; * proptéreà exaltábit caput.

Pſalmus 112.

LAudáte, púeri, Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus; * & ſ
per cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus D
noſter qui in altis hab
* & humília réſpicit i
lo & in terra ?

Súſcitans à terra i
pem, * & de ſtércore
gens paúperem.

Ut cóllocet eum
princípibus, * cum p
pibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit
lem in domo, * ma
filiórum lætantem.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his
dicta ſunt mihi
domum Dómini ibim

Stantes erant pede
ſtri * in átriis tuis, J
ſalem ;

Jerúſalem quæ æd
tur ut cívitas, * cuj
ticipátio ejus in idipſ

Illuc enim aſcen
tribus, tribus Dóm
teſtimónium Iſrael
confitendum nómi
mini :

Quia illîc ſedéru
in judício, * ſed
domum David.

Rogáte quæ ad
ſunt Jerúſalem, *
dántia diligéntibu

Fiat pax in virt
* & abundántia in
tuis.

Propter fratres
próximos meos, *
bar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem súrgere: * súrgite poſtquam sedéritis, qui manducátis panem doloris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: * ecce hæréditas Dómini fílii, merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſorum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis: * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 130.

DOmine, non eſt exaltátum cor meum; * neque eláti ſunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, * ſed exaltávi ánimam meam;

Sicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſrael in Dómino * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Quàm pulchra es, & quàm decóra; cariſſima in delíciis! *Cant.* 7.

Capitulum. Eccli. 24.

EGo mater pulchræ dilectiónis & timóris, & agnitiónis, & ſanctæ ſpei.

Hymnus.

QUÆ nunc, Virgo, colis lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera lucis:
Te ſi terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus!

INTER perpétuos Núminis hauſtus,
O Regína, tibi sánguine junctum
Ne dediſce genus; noſtra fuiſti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.

DIVINÆ sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Vultum tuum deprecabuntur, ℞. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44.

Ant. 8. G. María.

Canticum. Luc. 1. 30.

NE tímeas, María; * inveniſti enim grátiam apud Deum.

Ecce concípies in útero, & páries fílium, * & vocábis nomen ejus Jeſum.

Hic erit magnus, * & Fílius Altíſſimi vocábitur.

Et dabit illi Dóminus Deus * ſedem David patris ejus.

Et regnábit in domo Jacob in æternum; * & regni ejus non erit finis.

Ant. María, invenisti grátiam apud Deum. *Luc.* 1.

Oratio.

Cordibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; &, intercedente ſanctíſſimâ Dei Genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eumdem Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 4. f. Oculi.

Pſalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Diviſio Pſalmi 120.

Dominus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Pſalmus 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſervórum * in mánibus dominórum ſuórum;

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ, * ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne.

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra; * opprobrium abundántibus & deſpéctio ſuperbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum donec miſereátur noſtrî. *Pſ.* 122.

Hymnus.

Maria, mater grátiæ, Mater miſericórdiæ,

Tu nos ab hoſte prótege,
Et, mortis horâ, ſúſcipe.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Capitulum. Eſther. 15.

MEmoráre diérum humilitátis tuæ, & ínvoca Dóminum: & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Ant. 7. d. Sub tuum præſídium.

Canticum. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecúndùm verbum tuum in pace;
Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,
Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum;
Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſrael.

Ant. Sub tuum præſídium confúgimus, ſancta Dei Génitrix: noſtras deprecatiónes ne deſpícias in neceſſitátibus, ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper, Virgo glorióſa & benedicta.

Oratio.

BEátæ Maríæ ſemper Vírginis, quæſumus, Dómine, intercéſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam; Per Dóminum.

OFFICIUM SANCTI ELIGII,

PER HEBDOMADAM,

IN ECCLESIA CATHEDRALI TANTUM.

Semiduplex.

[*In omni Feria III. quæ non eſt impedita per Vigiliam cujuſcumque Feſti, aut per diem intra quamcumque Octavam, vel per Feſtum Semiduplex, aut ſuprà, ſit de S. Eligio, ſub ritu Semiduplici, incipiendo à Veſperis Feriæ II; niſi in hac Feria II. ſiat de Feſto Semid. aut ſuprà; tunc enim Veſperæ integræ dicentur de Feſto, cum Comm. de S. Eligio. Et pariter ſi occurrat Feriâ IV. Feſtum Semid. aut ſuprà, tunc in Feria III. Veſperæ erunt integræ de ſequenti cum Commem. de S. Eligio*].

Omnia de Communi SS. Pontificum p. xxv. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi Feriales in toto Officio.

AD I. VESPERAS.

Capitulum. I. Machab. 14.

VIr amátor civitátis, & benè áudiens pro affectu, Pater appellabátur.

Hymnus.

ELIGI, Regis populíque votis
Te vocat Chriſtus; Dómino jubente,
Mille virtútum præeunte cœtu,
Scandis ad aras.

AD ſacras ædes áditus nefandos
Cuncta perrumpens ſibi fecit aurum:
Una te virtus tulit ad ſuprémi
Culmen honóris.

PRODIGUS vitæ, cupiduſque mortis,
Auſus insános abolére cultus,
Et reluctantes ſtygios ubíque
Cónteris hoſtes.

QUIS gregem pavit dape lautióri?
Páuperes fovit potióre curâ?
Quis labor, quæ vis, teneríque quantus

Ardor amóris!
Tu potens verbo, rege
nos Magiſter;
Dédoce pompam fugientis ævi.
Uſque da verum per opáca noctis
Cérnere lumen.
Nostra te ſummum célebrent Parentem
Ora, te ſummo génitum Parente;
Par ſit ambórum tibi laus per omne
Spíritus ævum.
Amen.

℣. Veníte, fílii, audíte me: ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Pſ.* 33.

Ad Magníficat *Ant.* 1. f. Teſtis mihi eſt Deus, quómodò cúpiam omnes vos in viſcéribus Chriſti. *Philipp.* 1.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD NOCTURNUM.

Hymnus Eligi. *p.* cxviij.

Sermo ſancti Elígii Epíſcopi.

Ex S. Audoeno in vita S. Eligii Libr. 2. *c.* 15 *n.* 6. 7. 10.

Lectio ij.

Deum, cujus nutu cuncta creantur, Fratres, ſuper ómnia timéte: illum inter ómnia adoráte; illum ultra ómnia amáte; ad illíus vos miſericórdiam tenéte; de illíus cleméntia nunquàm deſperáte. Quos bonos vidétis, illos imitámini: quos malos conſpícitis, caſtigáte & corrípite, ut dúplicem mercédem habére poſsítis. Et qui háctenùs à malis idóneus vixiſſe cognóſcitur, gáudeat quidem & Deo grátias agat, ac de cætero obſervet, & perſeveráre in bonis áctibus feſtínet: qui verò uſque nunc mala ópera exércuit, citò ſe córrigat, ex toto corde pœniténtiam agat, ántequàm de hac luce diſcédat. Omnes álloquor..... Córrigat ſe unuſquiſque: vítia ſua, dum poteſt, emendet; mala ópera quæ geſſit, pœnitendo éxpiet.... Ad Eccléſiam conveníte, ut ibi, non cauſas, aut rixas, vel otióſas fábulas agátis; ſed lectiónes divínas cum ſiléntio auſcultáte, & pro Eccléſiæ pace, vel pro peccátis veſtris oráte. Qui enim in Eccléſiis fabulári non timet, & pro ſe & pro áliis redditúrus eſt ratiónem, dum nec ipſe verbum Dei audit, nec álios audíre permittit.

Lectio iij.

Totis vos víribus ad Dei miſericórdiam tenéte, ópera bona ſemper ágite, & de ſubſtántia veſtra paupéribus erogáte. Qui plus habet, plus tríbuat; qui verò minùs, de hoc ipſo largiátur. Unuſ-

quiſque quod prævalet tríbuat: quia nimirùm eſt undè gaudébit. Scílicèt qui dat parùm, accípiet multùm, ſicut Dóminus ad Apóſtolos promittit dicens: Céntuplum accípiet, & vitam æternam poſſidébit. Dat nummum, & cómparat, cœleſte regnum; dat parvam pecúniam, & emit vitam æternam. Eleemóſyna de morte líberat. Qui non habet pecúniam, bono ánimo det paupéribus buccellam; &, ſi non habet íntegram, ex eo quod habet frangat, & partem egéno tríbuat. Sciat quia quamvis parùm, cùm bono ánimo tribúerit, acceptábile Deo erit. Dóminus enim non cópiâ largitátis, ſed benevoléntiâ & devotióne delectátur & páſcitur. Ut autem nullus pauper ab eleemóſyna ſe excusáre poſſit, ipſe Dóminus pro cálice aquæ frigidæ ſe mercédem redditúrum eſſe promíſit.

AD LAUDES.

Capitulum. Philipp. 1.

CONfídens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perfíciet uſque in diem Chriſti Jeſu: ſicut eſt mihi juſtum hoc ſentíre pro ómnibus vobis: eò quòd hábeam vos in corde, in defenſióne & confirmatióne Evangélii, sócios gáudii mei omnes vos eſſe.

Hymnus.

ASTRIS, Elígium, jam révocat Deus
Quem terris plácidum præbúerat ducem:
Tellus orba dolet, dítior at novo
Exultat polus hóſpite.

QUI tot largus opes fudit egéntibus,
Theſauris fruitur nunc Sapiéntiæ:
Spretis delíciis gáudia pércipit;
Spretis regnat honóribus.

QUI tot virgínibus conſtítuit domos,
Admiſitque ſuis sédibus ádvenas,
Illum, Chriſte, memor, ſidéreâ domo
Æterno récipis ſinu.

PATRI máxima laus, máxima Filio,
Ambórum tibi par laus quoque Spíritus.
Fac nos, Elígio ſub duce, filios
Cœli præmia cónſequi.
Amen.

℣. Non abſcondi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam, ℟. A concílio multo. *Pſ.* 59.

Ad Benedictus *Ant.* 6. F. Os noſtrum patet ad vos; cor noſtrum dilatátum eſt ad vos. *II. Corinth.* 6.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui beátum Elígium, Pontíficem noſtrum, miſericórdiæ viſcéribus implevíſti, quæſumus ut quem, tuâ grátiâ, páuperum patrem effeciſti, benignum pro nobis interceſsórem júgiter eſſe largiáris; Per Dóminum.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. Hebr. 13.

MEmentóte præpoſitórum veſtrórum, qui vobis locúti ſunt verbum Dei; quorum, intuentes éxitum converſatiónis, imitámini fidem.

Hymnus, Eligi. *ut in I. Veſperis, p.* cxviij.

℣. Transíbo in locum tabernáculi admirábilis, ℟. Uſque ad domum Dei. *Pſ.* 41.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. a. Memória ejus in benedictióne eſt. Magnificávit eum Deus; glorificávit illum, & oſtendit illi glóriam ſuam. *Eccli.* 45.

Oratio. Deus, qui, *ut ſuprà ad Laudes.*

IN CATHEDRALI.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

IN FESTO

SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Duplex II. Claſſis.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Sabbato.

Ant. 1. G.

A Solis ortu uſque ad occáſum, laudábile nomen Dómini. *Pſ.* 112.

Ant. 3. a. In doctrínis glorificáte Dóminum, in ínſulis maris nomen Dei Iſraël. *Iſ.* 24.

Ant. 6. F. Dómine Deus noſter, poſſedérunt nos dómini abſque te; tantùm in te recordémur nóminis tui. *Iſ.* 26.

Ant. 5. a. Ego Dóminus; hoc eſt nomen meum: glóriam meam álteri non dabo. *Iſ.* 43.

Ant. 7. d. Invocáte nomen ejus; Dóminus cónterens bella: Dóminus nomen eſt illi. *Judith.* 16.

Capitulum. Exod. 3.

AIt Móyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Iſrael, & dicam eis: Deus Patrum veſtrórum miſit me ad vos. Si díxerint mihi: Quod eſt nomen

ejus? quid dicam eis? Dixit Deus ad Móyſen: Ego ſum qui ſum.

℞. Propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos; & * Propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. ℣. De tantis perículis nos erípuit, ſperámus quóniam & adhuc erípiet. * Propítius. Glória. * Propítius. *Pſ.* 78. *II. Cor.* 1.

Hymnus.

VIctis ſibi cognómina
Sumant tyranni géntibus:
Tu, Chriſte, quantò dígnius
Ab his capis quos líberas!

Non álterum mortálibus
Ægris quod ínvocent datum,
Resúrgerent quo mórtui,
Perenne per quod víverent.

Tanti quod illi cónſtitit,
Toto quod emptum sánguine,
Noſtro-ne rursùm crímine
Insána gens delébimus?

Sacro pati pro nómine,
Summi ſit inſtar múneris:
Amára non mors ámpliùs
Fit mors per hoc amábilis.

Tu, Chriſte, quod non eſt tuum,
Noſtro recíde péctore;
Inſcríbe nomen, íntimis
Inſcríbe legem córdibus.

O qui vocári ſúſtines,
Jeſu, ſalus mortálium:
Audi vocantes nos, tuo
Qui gloriámur nómine.

Deo Patri ſit glória,
Tuóque, Jeſu, nómini,
Sancto ſimul cum Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

℣. Afferte Dómino glóriam & honórem; ℞. Afferte Dómino glóriam nómini ejus. *Pſ.* 28.

[*Ant. duplicatur.*

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Páriet fílium, & vocábis nomen ejus Jeſum; ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. *Matth.* 1].

Oratio, infrà ad Laudes.

Commem. Sabb. ante Domin. III. poſt Pentecoſten.

Ad Complet. *Pſalmi de Sabbato.*

AD MATUTINUM.

Invit. In nómine Jeſu, * Veníte, adorémus. *Phil.* 2.

Pſ. Veníte. *pag.* 2.

Hymnus.

JEsu ſacri dum nóminis
Feſtum celebrámus tui,
Omnes ſimul victórias,
Omnes triumphos pángimus.

Jam nube non abſcónderis;
Jam ſole fulges clárior:
A Patre nomen áccipis,
Excelſa vincens ómnia.

s tuo vel nómine
; es, dignóſceris ;
us es, totus pates :
:n hoc totum re-

R priórum non
s
›men hoc tuum :
bra magni nómi-

egit, ſed véritas.
NUS hoc Pater tibi
en ante témpora,
ι ſalvans ſécula
ſis mundi ſalus.
›atri ſit glória,
, Jeſu, nómini,
mul cum Spíritu
›er omne ſéculum.
:n.
i de Dominica in
:io.

NOCTURNO.

ɥ. f. Turris fortíſ-
nen Dómini ; ad
rrit juſtus, & exal-
Prov. 18.
7. d. Dómine Dó-
oſter, quàm ad-
eſt nomen tuum
rſa terra ! *Pſ.* 8.
ɪ. D. Utinam no-
ret nomen tuum
tuis ! à fácie tua
ırbarentur. *Iſ.* 64.
bilate Deo, omnis
ɪ. Pſalmum dícite
:jus. *Pſ.* 65.
:es de Scriptura oc-

Hæc dices filiis Iſ-
rael : Dóminus Deus pa-
trum veſtrórum miſit me
ad vos : * Hoc eſt nomen
meum in æternum. ℣. Ego
ſum inítium & finis. * Hoc
eſt. *Exod.* 3. *Apoc.* 21.

℟. *ij.* Benedíctum eſt
nomen tuum, Deus patrum
noſtrórum, qui * Cum irá-
tus fúeris, miſericórdiam
fácies. ℣. Rex regum, &
Dóminus dominántium. *
Cùm. *Tob.* 3. *Apoc.* 19.

℟. *iij.* Benedíctum no-
men majeſtátis ejus in ætér-
num : * Replébitur maje-
ſtáte ejus omnis terra.
℣. Quóniam ex ipſo, &
per ipſum, & in ipſo ſunt
ómnia. * Replébitur. Gló-
ria. * Replébitur. *Pſ.* 71
Rom. 11.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Converte luc-
ctum noſtrum in gáudium,
ut viventes laudémus no-
men tuum, Dómine. *Eſth.*
13.

Ant. 1. g. Sanctum &
terríbile nomen ejus ; iní-
tium ſapiéntiæ timor Dó-
mini. *Pſ.* 110.

Ant. 3. a. Confitébor
nómini tuo, Dómine,
quóniam adjútor & prote-
ctor factus es mihi. *Eccli.*
51.

℣. Sit nomen Dómini
benedíctum, ℟. Ex hoc
nunc & uſque in ſéculum.
Pſ. 112.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 15. *in Cantica.*

Lectio iv.

EST proculdúbiò inter óleum & nomen ſponſi ſimilitúdo; nec otióſè Spíritus ſanctus altérutrum comparávit. Ego autem dico in tríplici quadam qualitáte ólei, quòd lucet, paſcit & ungit. Fovet ignē, nutrit carnem, lenit dolórem. Lux, cibus, medicína. Vide idem nunc & de ſponſi nómine. Lucet prædicátum, paſcit recogitátum, invocátum lenit & ungit. Et percurrámus síngula. Unde putas in toto orbe tanta & tam súbita fídei lux, niſi de prædicáto Jeſu? Nonne in hujus nóminis luce Deus nos vocávit in admirábile lumen ſuum? quibus illuminátis & in lúmine iſto vidéntibus lumen, dicat méritò Paulus: Fuiſtis aliquando ténebræ; nunc autem lux in Dómino.

℟. *iv.* Expectábo nomen tuum, Dómine, * Quóniam bonum eſt in conſpectu Sanctórum tuórum. ℣. Proptéreà confitébor tibi in géntibus, Dómine, & nómini tuo cantábo. * Quóniam. *Pſ.* 51. *Rom.* 15.

Lectio v.

HOc dénique nomen coram Régibus & géntibus & fíliis Iſrael portáre juſſus eſt idem Apóſtolus, & portábat nomen tanquàm lumen, & illuminábat pátriam, & clamábat ubíque: Nox præceſſit, dies autem appropinquávit; abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulémus. Et monſtrábat ómnibus lucernam ſuper candelábrum, annúntians in omni loco Jeſum, & hunc crucifixum. Quómodo lux iſta reſpléndiut ac perſtrinxit cunctórum intuéntium óculos, quando de ore Petri tanquàm fulgur egrédiens, claudi unius corporáles plantas ſolidávit & baſes; multoſque ſpirituáliter cæcos illuminávit? Numquid non ignem ſparſit, cùm ait: In nómine Jeſu Chriſti Nazaréni, ſurge & ámbula?

℟. *v.* Sperent in te qui novérunt nomen tuum; * Quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine. ℣. Pater ſancte, ſerva eos in nómine tuo, ut ſint unum, ſicut & nos. * Quóniam. *Pſ.* 9. *Joann.* 17.

Lectio vj.

NEc tantùm lux eſt nomen Jeſu, ſed eſt cibus. An non tóties confortáris, quóties recordáris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid

ita exercitátos réparat ſenſus, virtútes róborat, végetat mores bonos atque honeſtos, caſtas fovet affectiónes? Aridus eſt omnis ánimæ cibus, ſi non óleo iſto infúnditur; insípidus eſt, ſi non hoc ſale condítur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi légero ibi Jeſum. Si díſputes, aut cónferas, non ſapit mihi, niſi ſonúerit ibi Jeſus. Jeſus mel in ore, in aure melos, in corde júbilus. Sed eſt & medicína. Triſtátur áliquis noſtrûm? Véniat in cor Jeſus, & inde sáliat in os; & ecce ad exortum nóminis lumen, núbilum omne diffugit, redit ſerénum. Lábitur quis in crimen, currit ínſuper ad láqueum mortis deſperando; nonne ſi ínvocet nomen vitæ, confeſtim reſpirábit ad vitam?

℟. *vj.* Omne quodcumque fácitis in verbo aut in ópere, * Omnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti. ℣. Sive in morte, ſive in vita. * Omnia. Glória. * Omnia in nomine. *II. Reg.* 15. *Col.* 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Confiteantur nómini tuo magno, Dómine, quóniam terríbile & ſanctum eſt. *Pſ.* 98.

Ant. 1. d. Tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen Dómini invocábo. *Pſ.* 115.

Ant. 7. a. Invocátum eſt nomen tuum, Dómine, & clamábimus ad te in tribulatiónibus noſtris, & exaúdies, ſalvoſque fácies. *II. Paral.* 20.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis; ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 1.

IN illo témpore; Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Joſeph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam: quod enim in eâ natum eſt, de Spíritu ſancto eſt. Páriet autem fílium, & vocábis nomen ejus Jeſum. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Sermo 293. in Nativitate S. Joann. Bapt.

PEr unum ſalvámur: majóres, minóres, ſenes, júvenes, párvuli, infantes, per unum ſalvámur. Unus enim Deus, unus mediátor Dei & hóminum, homo Chriſtus Jeſus. Per unum hóminem mors, & per unum reſurréctio mortuórum; ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes vivificabuntur. Quid

ergò, ait àliquis, & infans índiget liberatóre? Planè índiget; teſtis eſt mater fidéliter currens cum párvulo baptiſando ad Eccléſiam: teſtis eſt ipſa mater Eccléſia ſuſcípiens párvulum abluendum, & aut liberátum dimittendum, aut pietáte nutriendum. Quis àudeat dícere teſtimónium contra tantam matrem? Poſtrémò de ipſo Dómino Salvatóre, cùm ejus natívitas próximè prænuntiarétur, dictum eſt: Vocábunt nomen ejus Jeſum; Ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum.

℟. *vij.* Non eſt in àlio àliquo ſalus: * Nec enim àliud nomen eſt ſub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos ſalvos fieri. ℣. Omnis qui invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit. * Nec. *Act.* 4. *Joel.* 2.

Lectio viij.

JEſum tenémus; interpretatiónem nóminis hujus habémus. Quare Jeſus, quod latinè Salvátor dícitur? Ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum. Sed ſalvum fecit pópulum ſuũ in manu potenti Móyſes, & in adjutório Excelſi, à perſecutióne & dominatióne Ægyptiórum. Salvum fecit pópulum ſuum, & Jeſus Nave à perſecutóribus belliſque géntium. Salvum fecérunt pópulum Júdices, eum ab Allóphylis liberantes. Salvum fecérunt & Reges à dominátu circumquáque oblatrántium géntium. Non ſic ſalvábat Jeſus; ſed à peccátis eórum. Vocábunt nomen ejus Jeſum. Quare? Ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum. Unde? A peccátis eórum.

℟. *viij.* In nómine Jeſu omne genu flectátur cœléſtium, terréſtrium & infernórum: * Et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jeſus Chriſtus in glória eſt Dei Patris. ℣. Cantáte Dómino, pſalmum dícite nómini ejus. * Et omnis. Glória. * Et omnis. *Philipp.* 2. *Pſ.* 67.

Lectio ix.

Homilia in Evangel. Domin. III. poſt Pentecoſten.

AD LAUDES.

Antiphona. 4. d.

LAudábo nomen Dei cù cántico, & magnificábo eum in laude. *Pſ.* 68.

Ant. 8. g. Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus: annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95.

Ant. 6. F. Laudáte nomen ejus, quóniam ſuavis eſt Dóminus. *Pſ.* 99.

Ant. 3, a. Júvenes.

Canticum. Iſ. 12.

COnfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi;* convérſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus fiduciáliter agam, & non timébo: * quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gaúdio * de fóntibus Salvatóris.

Et dicétis in die illa; * Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * meméntóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit; * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta, & lauda, habitátio Sion: * quia magnus in médio tuî Sanctus Iſraël.

Ant. Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus laudent nomen Dómini, quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſ.* 148.

Ant. 1. f. Sic benedícam te in vita mea, & in nómine tuo levábo manus meas. *Pſ.* 62.

Capitulum. Iſ. 62.

EGo ſum Dóminus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus ejus: Dóminus exercítuum, nomen meum.

Hymnus.

AD tuum nomen, ſuper omne nomen,
Gaudet, ô Jeſu, Chorus Angelórum:
Gaudet & tellus, varióque plauſu
Templa reſultant.

DECIDUNT venti, fúgiunt procellæ,
Stat minax fluctus, reſilitque flamma;
Dæmonum cedit furor, invocáto
Nómine Jeſu.

O POTENS nomen, récreas jacentes,
Eximis curas, ádes in perículis;
Te vocant omnes, nova ſi qua gentes
Signa minantur.

TE nihil majus, meliusve terris:
Te nihil majus, meliusve cœlo.
Prima ſit, Jeſu, tua laus in ore,
Ultima claudat.

SIT decus Patri, genitóque Verbo;
Par tibi ſit laus, Amor utriuſque;
Et ſacrum Jeſu celebrémus omni
Témpore nomen.
Amen.

℣. Propter nomen tuum, Dómine, ℟. Propitiáberis peccáto meo. *Pſ.* 24.

[*Ant. duplicatur.*

Ad Bened. *Ant.* 5. c. Vocátum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocátum eſt ab Angelo, priuſquàm in útero conciperétur. *Luc.* 2].

Oratio.

DOmine Jeſu, cujus nomen nemo dícere poteſt niſi in Spíritu ſancto; concéde, quæſumus, ut in eódem Spíritu ſacratíſſimum nomen tuum invocantes, exaudíri mereámur & ſalvári: Qui vivis & regnas..... in unitáte ejuſdem.

Commem. Dominicæ III. poſt Pentecoſten.

AD HORAS,

In fine Hymn. Doxologia:

Deo Patri ſit glória,
Tuóque, Jeſu, nómini:
Sancto ſimul cum Spíritu,
Nunc, & per omne ſæculum.

AD PRIMAM.

Ant. 4. D. Laudábo.

AD TERTIAM.

Ant. 8. g. Cantáte.

Capitulum. Philipp. 2.

HUmiliávit ſemetipſum factus obédiens uſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

℟. *br.* Laudáte Dóminum, quóniam bonus, * Allelúia, allelúia. ℣. Psállite nómini ejus, quóniam ſuáve. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Laudáte. *Pſ.* 134.

℣. Adjutórium noſtrum, ℟. In nómine Dómini. *Pſ.* 123.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Laudáte.

Capitulum. II. Theſſ. 1.

CLarificétur nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundùm grátiam Dei noſtri & Dómini Jeſu Chriſti.

℟. *br.* Lætábimur in ſalutári tuo: * Allelúia, allelúia. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Lætábimur. *Pſ.* 19.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33.

AD NONAM.

Ant. 1. f. Sic benedícam.

Capitulum. Apoc. 15.

QUis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? quia ſolus pius es: quóniam omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo.

℟. *br.* Secundùm nomen tuum, Deus, * Allelúia, allelúia. ℣. Sic & laus tua in fines terræ, * Allelúia,

alleluia. Glória. ℟. Secundùm. *Pſ.* 47.
℣. Laudámini in nómine ſancto ejus; ℟. Lætétur cor quærentium Dóminum. *Pſ.* 104.

AD II. VESPERAS.

Antiphona 7. G.

ARúndinem quaſsátam non confringet, & linum fúmigans non extinguet, donec ejíciat ad victóriam judícium; & in nómine ejus gentes ſperábunt. *Matth.* 12.

Ant. 4. E. Ubi ſunt duo vel tres congregáti in nómine meo; ibi ſum in médio eórum. *Matth.* 18.

Ant. 8. G. Si quid petiéritis me in nómine meo, hoc fáciam. *Joann.* 14.

Ant. 5. a. Et nunc, Dómine, da ſervis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum, & ſigna & prodígia fíeri per nomen ſancti Fílii tui Jeſu. *Act.* 4.

Ant. 3. a. Cognóvit Dóminus qui ſunt ejus; & diſcédat ab iniquitáte omnis qui nóminat nomen Dómini. *II. Timoth.* 2.

Capitulum. Act. 10.

HUic omnes Prophétæ teſtimónium pérhibent, remiſſiónem peccatórum accípere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum.

Hymnus. Victis, *ut in I. Veſp. pag.* cxxij.

℣. Bonum eſt confitéri Dómino; ℟. Et psállere nómini tuo, Altíſſime. *Pſ.* 91.

[*Ant. duplicatur.*

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Dedit ſe ut liberáret pópulum ſuum, & acquíreret ſibi nomen æternum. *I. Machab.* 6].

Oratio. Dómine Jeſu. *ſuprà ad Laudes, p.* cxxviij.

Commem. Domin. III. poſt Pentecoſten.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Ant. Dómine.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum: * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu, Dómine, úſquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo;

lavábo per ſíngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis ſtratum meū rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

Pſalmus 31.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes; * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum; * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua: * converſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi: Confitébor adverſùm me injuſtítiam meam Dómino; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me: * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris: * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fieri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris; * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino & exultáte, juſti; * & gloriámini, omnes recti corde.

Pſalmus 37.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non eſt pax óſſibus meis à

facie peccatórum meórum.
Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, * & ſicut onus grave gravátæ ſunt ſuper me.
Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.
Miſer factus ſum, & curvátus ſum uſque in finem; * totâ die contriſtátus ingrediébar.
Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus, * & non eſt sánitas in carne mea.
Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis, * rugiébam à gémitu cordis mei.
Dómine, ante te omne deſidérium meum; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.
Cor meum conturbátum eſt; derelíquit me virtus mea, * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.
Amíci mei & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.
Et qui juxta me erant, de longè ſtetérunt, * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.
Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.
Ego autem tanquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non aúdiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.
Quóniam in te, Dómine, ſperávi: * tu exaúdies me, Dómine Deus meus.
Quia dixi: Nequando ſupergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.
Quóniam ego in flagella parátus ſum, * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo.
Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.
Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi, * quóniam ſequébar bonitátem.
Ne derelinquas me, Dómine Deus meus; * ne diſceſſeris à me.
Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

Pſalmus 50.

Miſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.
Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuâ

rum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malùm coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tùis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti; * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui, * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útique: * holocauſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 101.

Domine, exaudi oratiónem meam: * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me: * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea, ſicut crémium aruérunt.

ſſus ſum ut fœnum,
cor meum ; * quia
ſum comédere pa-
um.
ce gémitûs mei *
os meum carni

is factus ſum peli-
litúdinis : * factus
t nycticorax in do-

ivi , * & factus
ıt paſſer ſolitárius
.
die exprobrábant
míci mei ; * & qui
nt me , adversùm
bant.
cínerem tanquam
nanducábam ; * &
neum cum fletu mi-

ie iræ & indigna-
ıæ ; * quia élevans
ne.
nei ſicut umbra de-
unt : * & ego ſicut
ırui.
item , Dómine , in
ı pérmanes : * &
ále tuum in gene-
n & generatió-

ſurgens miſerébe-
; * quia tempus
di ejus , quia venit

am placuérunt ſer-
lápides ejus : * &
ıs miſerebuntur.
nébunt gentes no-
m , Dómine ; * &

omnes reges terræ glóriam tuam ;

Quia ædificávit Dóminus Sion ; * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium ; * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera : * & pópulus qui creábitur laudábit Dóminum ;

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : * Dóminus de cœlo in terram aſpexit :

Ut audíret gémitus compeditórum ; * ut sólveret fílios interemptórum.

Ut annúntient in Sion nomen Dómini , * & laudem ejus in Jerúſalem.

In conveniendo pópulos in unum , * & reges , ut sérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu , Dómine , terram fundaſti : * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi períbunt ; tu autem pérmanes ; * & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertórium mutábis eos , & mutabuntur : * tu autem idem ipſe es , & anni tui non defícient.

Fílii ſervórum tuórum habitábunt ; * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Pſalmus 129.

De profundis clamávi ad te, Dómine ; * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine, * Dómine, quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Pſalmus 142.

Domine, exaudi oratiónem meam ; áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; * exaudi me in tua juſtítia :

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam ; * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi ; * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine : * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meá.

Eripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam ; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos :

Et perdes omnes qui tri-

imam meam, *
ego ſervus tuus

)ómine, memor
. & ne vindictam
, peccátis meis,
niniſcáris delicta
l parentum meó-
. 3.
ΓANIÆ
: TORUM.
, eléiſon.
ſte, eléiſon.
éiſon.
ıudi nos.
:xaudi nos.
:œlis, Deus, mi-
ıobis.
emptor mundi,
miſerére nobis.
ıncte, Deus, mi-
)obis.
ınitas, unus Deus,
e nobis.
laría, ora pro

ei génitrix, ora.
rgo vírginũ, ora.
íchael, ora.
ábriel, ora.
áphael, ora.
ncti Angeli & Ar-
li, oráte.
ſancti beatórum
ım órdines, oráte.
ıannes Baptiſta,
ɔ nobis.
)ſeph, ora.
ɔachim, ora.
ancti Patriarchæ
)hétæ, oráte.
tæ, ... ora.

Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb*). ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Line, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Xyſte, ora.
Sancte Cornéli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Blaſi, ora.
Sancte Leodegári, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Coſma, ora.
Sancte Damiáne, ora.
Sancte Dionyſi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Mauríci cum sóciis tuis, ora.
Sancte Nicáſi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Quintíne cum sóciis tuis, ora.

Sancte Hippólyte cum ſóciis tuis, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Leo, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Medarde, ora.
Sancte Achári, ora.
Sancte Elígi, ora.
Repetitur.
Sancte Elígi, ora.
Sancte Mommoléne, ora.
Sancte Eunúci, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Remígi, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Albíne, ora.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Franciſce Saléſi, or.
Omnes ſancti Pontífices, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Furſæe, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Hermelande, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes & Levítæ, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte pro nob.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Vanenge, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Juſti, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Godeberta, ora.
Sancta Hunegundis, ora.
Sancta Theréſia, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta Radegundis, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta María Ægyptia, or.
Omnes ſanctæ Vírgines, Víduæ & Pœnitentes, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nob.
Propítius eſto; parce nobis, Dómine.
Propítius eſto; exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera.
A damnatióne perpétua, líbera nos, Dómine.
A ſubitánea & improvíſa morte, líbera nos, Dómine.
A fúlgure & tempeſtáte, líbera nos, Dómine.
A ſpíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
Ab omni immundítia men-

tis & córporis, líbera nos, Dómine.
Ab ira & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem & Circumciſiónem tuam, líbera.
Per Baptiſmum & ſanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Paſſiónem & Crucem tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per adventum Spíritûs ſancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut pacem & ſanitátem nobis dones, te rogámus.
Ut Eccléſiam tuam ſanctã régere & conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut Domnum Apoſtólicum & omnes gradus Eccleſiáſticos in ſancta religióne conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut Pontíficem noſtrum cum omni congregatióne ſibi commiſſa conſerváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut Regem noſtrum in ſalútem pópuli conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut cunctum pópulum Chriſtiánum tuo pretióſo ſánguine redemptum régere & conſerváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, te.
Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te.
Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, te.
Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, te.
Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempiterna bona retríbuas, te.
Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum ab æterna damnatióne erípias, te.
Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, te.
Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem æternam donáre dignéris, te.
Ut nos exaudíre dignéris, te.
Fili Dei, te.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaudi nos, Dómine.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniumque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænoſcis; te súpplices exorámus ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus ſanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miſerére nobis.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. *uſque ad* Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non ſecundùm peccáta noſtra fácias nobis, ℟. Neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis. *Pſ.* 102.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro. ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40.

℣. Pro Rege noſtro. ℟. Dómine, ſalvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19.

℣. Pro benefactóribus noſtris. ℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen ſanctùm tuum vitam ætérnam.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, & lux perpétua lúceat eis.

℣. Pro infirmis, afflictis, captívis & peregrínis. ℟. Líbera eos, Deus, ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Salvos fac ſervos tuos, Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab inítio. *Pſ.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

Pſalm. Deus in adjutórium, *pag.* 118.

℣. Dómine, exaudi, &c.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos & omnes fámulos tuos quos delictorum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus, Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam clementer oſtende: ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtrictè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſes; ut, qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus,

tiam ſentiá-

ıs ſempiter-
miſerére fá-
:ífici noſtro
:um ſecun-
néntiam in
ernæ : ut, te
plácita cú-
rtúte perfí-

, omnípo-
, ut fámu-
oſter *N.* qui
ıe ſuſcépit
ula, virtú-
nium percí-
:a ; quibus
ıs, vitiórum
ıre, (hoſtes
ad te, qui
vita es, gra-
erveníre.
ſancta de-
cta consília,
era : da ſer-
quam mun-
poteſt, pa-
orda noſtra
dédita, &,
tâ formídi-
nt tuâ pro-
ılla.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniumque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænoſcis; te súpplices exorámus ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus ſanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

ORDO
COMMENDATIONIS ANIMÆ, ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrie, eléiſon.
Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Sancta María, ora pro eo [*vel* ea].
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte pro eo [*vel* ea].
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Juſtórum, ora pro eo [*vel* ea].
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes-Baptiſta, ora pro eo [*vel* ea].
Sancte Joſeph, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Medarde, ora.
Sancte Elígi, ora.
Omnes ſancti Pontífices, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Anaſtáſia, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro eo [*vel* ea].
Propítius eſto; parce ei, Dómine.
Propítius eſto; líbera eum [*vel* eam], Dómine.
Propítius eſto; líbera eum [*vel* eam], Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A mala morte, líbera.
A pœnis inferni, líbera.
Ab omni malo, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.

& Paſſiónem
líbera.
& Sepultúram
líbera.
n Reſurrectió-
ı, líbera.
ilem Aſcenſió-
., líbera.
Spíritûs ſancti
, líbera.
ii, líbera.
te rogámus,

, te rogámus.
on.
iſon.
ſon.
in agone ſui
atur anima,
itur:
re, ánima chri-
le hoc mundo
ei Patris omni-
te creávit; in
ı Chriſti Fílii
i pro te paſſus
mine Spíritûs
te effúſus eſt;
Angelórum &
um; in nómi-
un & Domi-
ı nómine Prin-
Poteſtátum;
hérubim & Sé-
ómine Patriar-
rophetárum;
nctórum Apo-
Evangeliſtá-
ıine ſanctórum
& Confeſsó-
ine ſanctórum
n & Eremitá-

rum; in nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion; Per Chriſtum Dóminum noſtrũ. ℟. Amen.

Oratio.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus, qui ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminũ culpas véniâ remiſſiónum evácuas, réſpice propítius ſuper * hunc fámulum tuum *N.* [*vel* hanc fámulam tuam *N.*] & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcentem deprecátus exaudi. Rénova in * eo [*vel* ea], piíſſime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corruptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt; & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annecte. Miſerére, Dómine, gemítuum; miſerére lacrymárum ejus; & non habentem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacramentum reconciliatiónis admitte; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, * caríſſime frater [*vel* caríſſima ſo-

ror,] & ei, cujus es creatúra, committo: ut, cùm humanitátis débitum persólveris, ad eum qui te de limo terræ formávit, revertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de córpore ſpléndidus Angelórum cœtus occurrat: judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat; candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Confeſsórum turma circumdet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat; beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te complexus adſtringat; mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpectus appáreat, qui te inter aſſiſtentes ſibi júgiter intereſſe decernat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum ſatellítibus ſuis: in adventu tuo, te comitántibus Angelis, contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus, & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei; & juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur ígitur & eru-

beſcant omnes tartar
giónes, & miniſtri ſ
iter tuum impedíre n
deant. Líberet te à c
tu Chriſtus qui pro te
cifixus eſt: líberet t
æterna morte Chriſtu
pro te mori dignátu
Conſtítuat te Chriſtu
lius Dei vivi intra pa
ſui ſemper amœna v
tia, & inter oves ſ
verus ille Paſtor agn
Ille ab ómnibus pe
tuis te abſolvat, atq
déxteram ſuam in e
rum ſuórum te ſort
ſtítuat. Redemptóre
fácie ad fáciem vid
præſens ſemperque
ſtens, manifeſtíſſima
tis óculis aſpícias
tem. * Conſtitútum
Conſtitúta] ígitu
ágmina Beatórum
platiónis divínæ
ne potiáris in ſæcu
lórum. ℟. A

SUſcipe, Dómin
vum tuum [
lam tuam] in lo
rándæ ſibi ſalvati
ſericórdia tua. ℟

Líbera, Dómi
mam ejus ex óm
rículis inferni,
queis pœnárum,
nibus tribulatió
Amen.

Líbera, Dóm
mam ejus, ſicut
Enoch & Elíam d

ıundi. ℟. Amen.
, Dómine , áni-
; , ſicut liberaſti
lúvio. ℟. Amen.
, Dómine , áni-
, ... liberaſti
de... Chaldæó-
Amen.
, Dómine , áni-
, ſicut liberaſti
paſſiónibus ſuis.
.
, Dómine , áni-
, ſicut liberaſti
ıóſtia , & de ma-
ſui Abrahæ. ℟.

, Dómine , áni-
s , ſicut liberaſti
ıódomis , & de
ʒnis. ℟. Amen.
, Dómine , áni-
; , ſicut liberaſti
de manu Pharaó-
Ægyptiórum. ℟.

, Dómine , áni-
; , ſicut liberaſti
ı de lacu leónum.
.
, Dómine , áni-
; , ſicut liberaſti
ıs de camíno ignis
, & de manu re-
i. ℟. Amen.
, Dómine , áni-
s , ſicut liberaſti
n de falſo crímine.
.
, Dómine , áni-
ıs , ſicut liberaſti
: manu regis Saül ,

& de manu Góliæ. ℟. Amen.

Líbera , Dómine , ánimam ejus , ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatíſſimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus * ſervi tui [*vel* ancillæ tuæ ,] & tecum fácias in bonis cœléſtibus congaudére. ℟. Amen.

Commendámus tibi , Dómine , ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ ,] precamurque te , Dómine Jeſu Chriſte , Salvátor mundi , ut eam , propter quam ad terram deſcendiſti , Patriarchárum tuórum ſínibus inſinuáre non rénuas. Agnoſce , Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam , ſed à te ſolo Deo vivo & vero ; quia non eſt álius Deus præter te , & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica , Dómine , ánimam ejus in conſpectu tuo , & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit , tamen Patrem , & Fílium , & Spíritum ſanctum non negávit , ſed crédidit ; & zelum Dei in ſe hábuit , & Deum qui fecit ómnia , fidéliter adorávit. ℟. Amen.

Oratio.

DElícta juventútis, & ignorántias ejus, quæſumus, ne memíneris, Dómine : ſed ſecundùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiantur ei Cœli ; collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, creatúram tuam ſúſcipe. Suſcípiat eam ſanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiæ cœleſtis méruit principátum. Véniant illi óbviam ſancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœleſtem Jerúſalem. Suſcípiat eam beátus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claves regni cœleſtis tráditæ ſunt. Adjuvet eam beátus Paulus Apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electiónis. Intercédat pro ea ſanctus Joannes, electus Dei Apóſtolus, cui reveláta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro ea omnes ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Intercédant pro ea omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Chriſti nómine torménta in hoc ſéculo ſuſtinuérunt ; ut, vínculis carnis exúta, perveníre mereátur ad glóriam regni cœleſtis, præſtante Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam, *pag.* 15. *& totus Pſalmus* Beáti immaculáti, *per Horas Dominicæ diſtributus, pag.* 16.

Egreſſâ autem animâ, dicitur : ℟. In te, Dómine, ſperávi, non confundar in æternum : accélera ut érĭpias me. In manus tuas commendo ſpíritum * meum : * Redemiſti me, Dómine Deus veritátis : illuſtra fáciem tuam ſuper * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam], * ſalvum [*vel* ſalvam] me fac in miſericórdia tua. ℣. Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. * Redemiſti me. *Pſ.* 30. *Act.* 7.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater noſter.

Altâ voce ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua], Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi; ℟. Et ánimas paúperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* ut * defunctus [*vel* defuncta] ſéculo, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu, véniâ miſericordíſſimæ pietátis, abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.

Tum aſpergitur Corpus aquâ benedictâ.

OFFICIUM
DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipitur abſolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Pſalmus 114.

Dilexi; quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus & juſtus, & Deus noſter miserétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus; * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In hoc Officio, in fine omnium Pſalmorum & Canticorum dicitur:

Réquiem æternam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

Ant. O Dómine, líbera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi!

Pſalmus 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi,*& exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguã dolóſam ?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar : * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : *cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt!

Ant. 8. d. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo : * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & uſque in séculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. g. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine; * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine, * Dómine, quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; Dómine, quis ſuſtinébit ?

Ant. 2. D. Opera.

ſalmus 137.
itébor tibi, Dómi
in toto corde meo,
am audiſti verba
.
ſpectu Angelórum
tibi : * adorábo ad
ſanctum tuum ,
ébor nómini tuo ,
miſericórdia tua &
tua ; * quóniam
aſti ſuper omne ,
anctum tuum.
icumque die invo-
, exaudi me : *
ábis in ánima mea
.
eantur tibi , Dó-
mnes reges terræ ;
audiérunt ómnia
is tui.
itent in viis Dó-
quóniam magna
a Dómini.
iam excelſus Dó-
& humília réſpi-
alta à longè co-

ulávero in médio
ónis , vivificábis
ſuper iram inimi-
eórum extendiſti
tuam , & ſalvum
déxtera tua.
us retríbuet pro
ómine , miſericór-
séculum ; ópera
tuárum ne deſpí-

pera mánuum tuá-
eſpícias.
uò dicitur :

Ad Magníficat *Ant.* 1. 2.
Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet ; & eum qui venit ad me , non ejíciam foràs. *Joann.* 6.

Kyrie, eléiſon. ℟. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater. *Clarâ voce*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem : ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória æterna erunt juſti ; ℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Pſ.* 111.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue , Dómine , ánimas eórum. *Pſ.* 88.

℣. Credo vidére bona Dómini , ℟. In terra vivéntium. *Pſ.* 26.

Pſalmus 145.

LAuda , ánima mea , Dóminum : laudábo Dóminum in vita mea , * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus , * in fíliis hóminum in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus , & revertétur in terram ſuam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus , ſpes ejus in Dómino Deo ipsíus , * qui fecit cœlum & terram , mare , & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in séculum , facit judícium

injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos, * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elíſos, * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas: pupillum & víduam ſuſcípiet, * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula; * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

Réquiem.

℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

In depoſitione Defuncti,
Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuã ſúpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui *N*, quam de hoc ſéculo migráre juſſiſti, in pacis ac lucis regióne conſtituas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſortem; Per Dóminum noſtrum.

Pro Diacono, poſt litteram N. *additur* Diáconi.

In depoſitione Defunctæ,
Oratio.

QUæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ *N*. &, à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ ſalvatiónis partem reſtítue; Per Dóminum.

In depoſitione Sacerdotis,
Oratio.

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum *N*. Sacerdotáli feciſti dignitáte vigére, præſta, quæſumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio; Per Dóminum noſtrum.

Pro Epiſcopo, loco Sacerdotáli *dicitur* Pontificáli.

In Anniverſariis dicuntur tres de quatuor orationibus ſequentibus, ſcilicet: 1. Deus indulgentiárum, 2. Deus, véniæ largitor *vel* Miſerére, quæſumus, 3. Fidélium.

DEus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ * fámuli tui *N*. [Sacerdótis, *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N*,] cujus [*vel* animábus famulórum tuórum *N*. & *N*. quorum] [*vel* famulárum tuárum *N*. & *N*. quarum] anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro Benefactoribus.

DEus, véniæ largitor, & humánæ ſalútis a-

mátor, quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congregatiónis fratres, propinquos & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beátâ Maríâ ſemper vírgine intercedente cum ómnibus ſanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

Alia Orat. pro Benefact.

MIſerére, quæſumus, Dómine, animábus ómnium benefactórum noſtrórum defunctórum; & de benefíciis quæ nobis largíti ſunt in terris, æterna præmia conſequantur in cœlis.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómniũ cónditor & redemptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Si aliud Officium non ſequatur, hæc Oratio finitur per iſtam concluſionem: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

[*Privatìm pro patre & matre, Oratio.*

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti, miſerére clementer animábus patris mei, ac matris meæ, eorumque peccáta dimitte; meque eos in æternæ claritátis gaúdio fac vidére; Per Dóminum].

AD VIGILIAS.

Invitatorium. Deum cui omnes vivunt, * Veníte, adorémus. *Luc. 20.*

Pſalmus, Veníte, *pag. 1.*

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturnis in depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis, ritu duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu ſimplici fiunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. ſecundum; Feriâ IV. & Sabbato tertium.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Dómine.

Pſalmus 5.

VErba mea aúribus pércipe, Dómine: * intéllige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, * Dómine, manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

In fine Lectionum non additur Tu autem , *nec quidquam aliud.*

℟. *j.* Velóciter exaudi me , Dómine; quia defecérunt ſicut fumus dies mei , & oſſa mea ſicut crémium aruérunt: * Dies mei ſicut umbra declinavérunt. ℣. Quæ eſt vita ? Vapor eſt ad módicum parens. * Dies mei. *Pſ.* 101. *Jac.* 4.

Lectio ij. Cap. 17.

DIes mei tranſiérunt , cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero , infernus domus mea eſt, & in ténebris ſtravi léctulum meum. Putrédini dixi : Pater meus es: Mater mea , & ſoror mea , vérmibus. Ubi eſt ergo nunc præſtolátio mea , & patiéntiam meam quis conſíderat? In profundiſſimum infernum deſcendent ómnia mea : putaſne ſaltem ibi erit réquies mihi?

℟. *ij.* Peccávi valdè; ſed *Precor, Dómine, ut tránſferas iniquitátem ſervi tui; quia ſtultè egi nimis. ℣. Deus , propítius eſto mihi peccatóri. * Precor , Dómine. *II. Reg.* 24. *Luc* 18.

Lectio iij. Cap. 19.

PElli meæ, conſumptis cárnibus , adhæſit os meum ; & derelicta ſunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miſerémini meî , miſerémini meî, ſaltem vos amíci mei , quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus , & cárnibus meis ſaturámini ? Quis mihi tríbuat ut ſcribantur ſermónes mei ? Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo férreo , & plumbi láminâ, vel celte ſculpantur in sílice ? Scio enim quòd Redemptor meus vivit , & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum : & rursùm circúmdabor pelle meâ , & in carne mea vidébo Deum meum. Quem viſúrus ſum ego ipſe , & óculi mei conſpectúri ſunt , & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. *iij.* Non intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine ; * Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. ℣. Si juſtus vix ſalvábitur , ímpius & peccátor ubi parébunt ? * Quia non juſtificábitur. *Pſ.* 142. *I. Petr.* 4.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. In médio.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis

precatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valdè velóciter.

Ant. Salvum me fac propter miſericórdiam tuam, quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî.

Ant. 3. c. Illúmina.

Pſalmus 12.

USquequò, Dómine, oblivíſceris me in finem ? * úſquequò avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiù ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem ?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me ? * réſpice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte : * nequandò dicat inimícus meus : Præválui adversùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero, * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo : cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi; ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne oblivíſcáris in finem. *Pſ.* 73.

Secretò. Pater. *Deinde altâ voce* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, & ſine Benedictionibus.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 7.

MIlítia eſt vita hóminis ſuper terram; & ſicut dies mercenárii dies ejus. Sicut ſervus desíderat umbram, & ſicut mercenárius præſtolátur finem óperis ſui; ſic & ego hábui menſes vácuos, & noctes laborióſas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam : Quando conſurgam? & rurſum expectábo véſperam, & replébor dolóribus uſque ad ténebras. Indúta eſt caro mea putrédine & sórdibus púlveris; cutis mea áruit & contracta eſt. Dies mei velóciùs tranſiérunt quàm à texente tela ſuccíditur, & conſumpti ſunt abſque ulla ſpe. Memento quia ventus eſt vita mea; & non revertétur óculus meus, ut vídeat bona nec aſpíciet me viſus hóminis.

morábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtamentum ipsíus ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum, * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî, * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt; * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum, * & dimitte univerſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam & érue me: * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæsérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſrael * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Vide humilitátem meam, & labórem meum, & dimitte univerſa delicta mea. *Pſ.* 24.

℣. Ne avertas fáciem tuam à me; ℟. Ne declínes in ira à ſervo tuo. *Pſ.* 26.

Pater noſter. *ſecretò.*

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. de Dormient. Edit. Bened. §. 1. & 2. *Lectio* iv.

DEus corpus diſſolvit, & in illo habitantem ánimam priùs edúcit ceu ex domo quápiam; ut pòſt in eamdem magnificéntius conſtructam domum ánimam cum majóri glória redúcat..... Ne ítaque intueáris eum cujus clauſi ſunt óculi, qui mutus jacet; ſed eum qui reſurget, & accípiet glóriam ineffábilem & ſtupendam mirabilemque: atque à præſenti hujúſmodi aſpectu cogitatiónes transfer in ſpem futúram. At ejus conſuetúdinem requíris, ideóque ingemiſcis ac luges... Et quómodo, ínquies, homo cum ſim, poſſim non mœrére? Neque ego id póſtulo: non mœrórem vero, ſed mœróris veheméntiam. Mœrére namque natúræ eſt; ſed ultra modum mœrére furoris, insániæ, muliebriſque ánimi. Mœre, lacrymáre; ſed ne ægrè moleſtéque feras; ne indignéris. Grátias age ei qui ábſtulit, ut defunctum exornes, ejuſque fúneri hæc juſta ſplendidè perſolvas, ipsíque mittas.

℟. iv. Deus meus, ne síleas à me: * Ne ſimul trahas me cum peccatoribus; & cum operántibus iniqui-

tátem ne perdas me. ℣. Pars illórum erit in ſtagno ardenti igne & súlphure. *Ne ſimul. *Pſ.*27. *Apoc.*21.

Lectio v. §. 2. & 3.

MOrs quies eſt, & à ſudóribus curiſque ſeculáribus liberátio. Cùm ígitur ex propinquis áliquem víderis hinc abeuntem, ne indignè feras: ſed compúngere, ad teipſum redi, conſciéntiam ſcrutáre; hoc consídera brevi parem tibi ſubeundum eſſe finem. Temperántior eſto, & altérius morte timére diſce. Ignáviam omnem præcíde, facta tua expende, erráta córrige, óptimam fac morum mutatiónem.... Cógita ad quem abíerit, & conſolatiónem áccipe. Eò ſcílicet ubi Paulus eſt, ubi Petrus, ubi Sanctórum chorus omnis. Cógita quómodo reſurrectúrus ſit, cum quanta glória & ſplendóre. Animo réputa, te fletu & lácrymis in re illa nihil immutatúrum, vel emendatúrum; ſed tibi ipſi damnum ingens allatúrum. Cógita, cùm id facis, quos imitéris, & fuge consórtium in peccátis hujúſmodi. Quos ergo imitáris? Quos æmuláris? Infidéles, qui ſpem non habent; quemádmodùm & Paulus dixit: Ut non contriſtémini ſicut & céteri qui ſpem non habent.

℟. ✱. Ego ad Dóminum aſpíciam, expectábo Deum ſalvatórem meum: conſurgam, cùm ſédero in ténebris: * Iram Dómini portábo, quóniam peccávi ei. ℣. Flagellat Dóminus omnem fílium quem récipit. * Iram. *Mich.* 7. *Hebr.* 12.

Lectio vj. Homil. 41. *in I. Corinth.*

SI amícus tuus exceſſit, opórtet, quoad fieri poteſt, te ei ſuccúrrere, non lácrymis, ſed précibus, ſed eleemóſynis, ſed oblatiónibus. Non ſunt enim hæc témerè excogitáta, neque fruſtrà eórum qui exceſſérunt, in divínis myſtériis meminimus, & pro ipſis accédimus rogantes Agnum propóſitum, qui mundi peccátum tulit; ſed ut inde eis áliqua ſit conſolátio. Nec abs re is qui aſtat altári, dum veneranda peraguntur myſtéria, clamat: Pro ómnibus qui in Chriſto dormiérunt, & iis qui ipsórum célebrant memóriam. Proptéreà fidenter pro orbe terræ tunc rogámus, & eos cum Mártyribus nominámus, cum Confeſſóribus, cum Sacerdótibus. Etenim unum corpus omnes ſumus, etiamſi ſint membra membris ſplendidióra; & fieri poteſt ut véniam eis om-

ni ex parte conciliémus, & à précibus, & à donis quæ pro iis offeruntur, & ab iis qui cum ipſis nominantur. Cur ergo doles? Cur luges & lamentáris? quando defuncto poteſt tanta conciliári vénia.

℞. *vj.* Clamávi ad te, Dómine, dixi: Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.* Educ de cuſtódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo. ℣. Jeſu, Fili David, miſerére meî. * Educ. *Pſ.* 141. *Marc.* 10.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Unam pétii.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea & ſalus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ: * à quo trepidábo?

Dum apprópiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas;

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram; * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo; * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo & pſalmum dicam Dómino.

Ant. Unam pétii à Dómino, hanc requíram; ut inhábitem in domo Dómini. *Pſ.* 26.

Ant. 4. f. Credo.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te; * miſerére meî & exaudi me.

Tibi dixit cor meum: Exquisívit te fácies mea; * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto: * ne derelínquas me, neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me; * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua, * & dirí

n ſémitam rectam
inimícos meos.
adíderis me in áni-
pulántium me ; *
n inſurrexérunt in
:s iníqui , & men-
iníquitas ſibi.
) vidére bona Dó-
n terra vivéntium.
ta Dóminum , vi-
ge ; * & conforté-
tuum , & ſúſtine
m.
Credo vidére bona
in terra vivén-
ſ. 26.
ß. d. Sitívit.

Pſalmus 41.

:madmodùm desí-
rat cervus ad fon-
árum , * ita desí-
nima mea ad te ,

t ánima mea ad
fortem , vivum :
lo véniam & appa-
te fáciem Dei ?
int mihi lácrymæ
nes die ac nocte ,
dícitur mihi quotí-
bi eſt Deus tuus ?
recordátus ſum ,
li in me ánimam
* quóniam trans-
locum tabernáculi
pilis, uſque ad do-
ei.
>ce exultatiónis &
ónis , * ſonus epu-

:e triſtis es , ánima
mea ? * & quare conturbas
me ?

Spera in Deo , quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt ; * proptéreà memor ero tuî de terra Jordánis , & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua , & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam , * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ ; * dicam Deo : Suſceptor meus es.

Quare oblítus es meî , * & quare contriſtátus incédo , dum afflígit me inimícus ?

Dum confringuntur oſſa mea , * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es , ánima mea , & quare conturbas me ?

Spera in Deo , quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei , & Deus meus.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum fortem , vivum :

quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? *Pſ.* 41.

℣. Quare triſtis es, ánima mea, & quare conturbas me? ℟. Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi. *Pſ.* 41.

Pater noſter. *ſecretò.*

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio vij. Cap. 15.

SI Chriſtus prædicátur quòd reſurrexit à mórtuis, quómodò quidam dicunt in vobis: Quóniam reſurréctio mortuórum non eſt? Si autem reſurréctio mortuórum non eſt; neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inánis eſt ergo prædicátio noſtra, inánis eſt & fides veſtra: invenímur autem & falſi teſtes Dei; quóniam teſtimónium díximus adversùs Deum, quòd ſuſcitáverit Chriſtum quem non ſuſcitávit, ſi mórtui non reſurgunt. Nam ſi mórtui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccátis veſtris. Ergo & qui dormiérunt in Chriſto, periérunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabilióres ſumus ómnibus homínibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.

℟. *vij.* Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: * Et in carne mea vidébo Deum meũ. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. * Et. *Job.* 19. *I. Cor.* 15.

Lectio viij.

SEd dicet áliquis: Quómodò reſurgunt mórtui? qualíve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, niſi priùs moriátur? Et quod séminas, non corpus quod futúrum eſt, séminas, ſed nudum granum, ut puta trítici, aut alicújus ceterórum: Deus autem dat illi corpus ſicut vult; & unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro éadem caro: ſed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píſcium. Et córpora cœléſtia, & córpora terréſtria: ſed ália quidem cœléſtium glória, ália autem terréſtrium; ália cla-

:olis, ália cláritas lu-
& ália cláritas ſtellá-
, ſtella enim à ſtella
:t in claritáte. Sic &
réctio mortuórum. Se-
tur in corruptióne,
t in incorruptióne: ſe-
tur in ignobilitáte,
t in glória: ſeminá-
1 infirmitáte, ſurget
rtúte: ſeminátur cor-
nimále, ſurget corpus
ále.

viij. Qui dórmiunt
:ræ púlvere, * Evigi-
it; álii in vitam æter-
& álii in oppróbrium.
:océdent qui bona fe-
it, in reſurrectiónem
: qui verò mala egé-
, in reſurrectiónem ju-
* Evigilábunt; álii.
iel. 12. *Joann.* 5.

Lectio ix.

:ce myſtérium vobis di-
): Omnes quidem re-
:mus, ſed non omnes
ıtábimur. In momen-
n ictu óculi, in noviſſi-
ıba: canet enim tuba,
órtui reſurgent incor-
: & nos immutábimur.
rtet enim corruptíbile
ndúere incorruptióne,
ortále hoc indúere im-
:alitátem. Cùm autem
:ále hoc indúerit im-
:alitátem, tunc fiet ſer-
ɥui ſcriptus eſt: Abſor-
eſt mors in victória.
eſt, mors, victória
Ubi eſt, mors, ſtímu-
lus tuus? Stímulus autem
mortis peccátum eſt: virtus
verò peccáti, lex. Deo au-
tem grátias, qui dedit no-
bis victóriam per Dómi-
num noſtrum Jeſum Chri-
ſtum. Itaque, fratres mei
dilecti, ſtábiles eſtóte &
immóbiles: abundantes in
ópere Dómini ſemper,
ſcientes quòd labor veſter
non eſt inánis in Dómino.

℞. *ix.* Líbera me, Dó-
mine, ab iis qui odérunt
me. Non abſórbeat me pro-
fundum; neque úrgeat ſu-
per me púteus os ſuum. *
Exaudi me, quóniam * Be-
nigna eſt miſericórdia tua:
* Intende ánimæ meæ, &
líbera eam. ℣. Miſerére
meî, Dómine, fili David:
Dómine, ádjuva me. * E-
xaudi me. ℣. Dómine
Deus, Rex ſeculórum, ſo-
lus pius es. * Benigna eſt.
℣. Occíſus es, Dómine, &
redemiſti nos Deo in ſán-
guine tuo. * Intende áni-
mæ. *Pſ.* 68. *Matth.* 15.
Apoc. 15. *Apoc.* 5.

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Secundùm.

Pſalmus 50.

MIſerére meî, Deus, *
ſecundùm magnam
miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdi-
nem miſeratiónum tuá-
rum * dele iniquitátem
meam.

Amplius lava me ab ini-

quitáte mea; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti; * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui, * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útique: * holocauſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta: * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Ant. Secundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum dele iniquitátem meá. *Pſ.* 50.

Ant. 8. g. Exaudi.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti! * inhabitabit in átriis tuis.

Replébimur in bonis do-

tuæ : * ſanctum eſt
plum tuum, mirábile
quitáte.
xaudi nos, Deus ſalu-
noſter ; * ſpes óm-
a fínium terræ, & in
i longè.
æparans montes in vir-
tua, accinctus potén-
* qui conturbas pro-
lum maris, ſonum flú-
m ejus.
urbabuntur gentes, &
bunt qui hábitant tér-
os à ſignis tuis : * éxi-
atutíni & véſpere de-
bis.
iſitaſti terram, & ine-
ſti eam : * multiplica-
ocupletáre eam.
umen Dei replétum eſt
s : paraſti cibum illó-
; * quóniam ita eſt
arátio ejus.
ivos ejus inébria, mul-
ca genímina ejus ; * in
cídiis ejus lætábitur
inans.
nedíces corónæ anni
gnitátis tuæ, * & cam-
i replebuntur ubertáte.
ngueſcent ſpecióſa de-
, * & exultatióne col-
ccingentur.
úti ſunt aríetes óvium,
illes abundábunt fru-
to : * clamábunt ; éte-
hymnum dicent.
nt. Exaudi, Deus, ora-
em meam : ad te omnis
véniet. *Pſ.* 64.
nt. 4. E. Propter.

Pſalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam : áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; * exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam ; * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus ; in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine : * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere

voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meã,* quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificàbis me. *Pſ.* 142.

Ant. 2. D. Miſerére.

Canticum. Baruch. 3.

DOmine omnípotens, Deus Iſrael, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te.

Audi, Dñe, & miſerére, * quia Deus es miséricors.

Et miſerére noſtrî,* quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempitérnum, * & nos peribímus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſrael, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſrael.

Et filiórum ipsórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum; * ſed memento manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto.

Quia tu es Dóminus Deus noſter, * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miſerére noſtrî, Dómine, quia peccávimus ante te. *Bar.* 3.

Ant. 7. b. Omnis.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis bene ſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Omnis ſpíritus laudet Dóminum. *Pſ.* 150.

Ad Benedictus *Ant.* 1. 2. Ego ſum reſurréctio, & vita: qui credit in me, etiamſi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum. *Joann.* 11.

Pater. *& cetera ut ſuprà in Veſperis, excepto quòd loco Pſalmi* Lauda, ánima, *dicitur Pſal.* De profundis.

IN ANNIVERSARIIS DEFUNCTORUM.

Omnia ut in Officio præcedenti, exceptis quæ ſequuntur.

AD VIGILIAS.

In Anniverſariis ſolemnibus, ſi fiunt cum tribus Nocturnis, Lectiones dicentur ut infrà.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Job.

Lectio j. Cap. 7.

PArce mihi; nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum dilúculo, & súbitò probas illum. Uſquequò non parcis mihi? nec dimittis me ut glútiam ſalívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô cuſtos hóminum? Quare poſuiſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: &, ſi manè me quæſíeris, non ſubſiſtam.

℟. *j.* Velóciter exaudi me, *p.* clij.

Lectio ij. Cap. 10.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu: & ſic repentè præcípitas me? Memento, quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me? & ſicut cáſeum me coagulaſti? Pelle & cárnibus veſtiſti me: óſſibus & nervis compegiſti me. Vitam & miſericórdiam tribuiſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

℟. *ij.* Peccávi valde, *p.* clij.

Lectio iij. Cap. 13.

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta? ſcélera mea & delicta oſtende mihi. Cur fáciem tuam abſcondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſtendis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes sémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideraſti: qui quaſi putrédo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod coméditur à tínea.

℟. *iij.* Non intres in judícium, *p.* clij.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Enchirídii ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Lectio iv. Cap. 109.

NEque negandum eſt defunctórum ánimas pietáte ſuórum vivéntium relevári, cùm pro illis ſacrificium Mediatóris offertur, vel eleemóſynæ in Eccléſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui, cùm víverent, ut hæc ſibi póſteà poſſent prodeſſe, meruérunt. Eſt enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requírat iſta poſt mortem: nec tam malus, ut non ei proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requírat: & eſt rursùs talis in malo, ut nec his váleat, cùm ex hac vita tranſíerit, adjuvári. Quocircà hîc omne méritum comparátur, quo poſſit poſt hanc vitam relevári quíſpiam, vel gravári. Nemo autem ſe ſperet, quod hîc neglèxerit, cùm obíerit, apud Deum promeréri.

℟. *iv.* Deus meus, ne síleas, *p.* cliv.

Ex libro primo Officiórum ſancti Iſidóri, Hiſpalenſis Epiſcopi.

Lectio v. Cap. 18.

SAcrificium pro defunctórum fidélium réquie offerri, vel pro eis orári, quia per totum, hoc, orbem cuſtodítur, crédimus quod ab ipſis Apóſtolis tráditum ſit. Hoc enim ubíque Cathólica tenet Eccléſia: quæ niſi créderet fidélibus defunctis dimitti peccáta, non pro eórum ſpirítibus vel eleemóſynam fáceret, vel Deo ſacrifícium offerret. Nam & cùm Dóminus dicit: Qui peccáverit in Spíritum ſanctum, non remittétur ei, neque in hoc século, neque in futúro, demonſtrat quibuſdam illîc dimittenda peccáta, & quodam purgatório igne purganda.

℟. *v.* Ego ad Dóminum aſpíciam. *p.* clv.

Ex Teſtamento ſancti Ephrem, Diáconi Edeſſéni.

Lectio vj. Ex Edit. Rom. anni 1743. *tom.* 2. *p.* 395.

VOs volo, Fratres mei, commonefácere, docére atque adhortári ut memóriam meî in veſtris oratiónibus ac précibus faciátis... Ne me cum aromátibus ſepeliátis, non enim hic mihi honor prodeſt: neque mecum ſuaves odóres ponátis; non enim decet me glória: ſed thura date in ſanctuário; me autem oratiónibus veſtris comitémini. Arómata offerte Deo, & pſalmis me

proſequámini. Pro odóribus & aromátibus, meî memóriam in veſtris deprecatiónibus perágite : quid enim mórtuo próderit ſuávis ódor jam ſenſu carenti ? .... Accédite, Fratres, & extendentes compónite me..... Viáticum ſuppeditáte mihi in oratiónibus, in pſalmis & oratiónibus. Et quando diem trigéſimum complévero, meî memóriam, Fratres, fácite ; mórtui enim eâ oblatióne juvantur quam viventes fáciunt.... Si viri Mathathíæ, qui in myſtério res órdine geſtas detinébant, débita eórum qui in bello cecíderant, cùm eſſent opéribus ſuis gentílium labe inquináti, in oblatiónibus mundárunt ; quantò magis Sacerdótes Filii Dei in ſanctis oblatiónibus ſuis, & in deprecatiónibus linguárum ſuárum, mortuórum débita ſólvere póterunt.

℟. *vj.* Clamávi, *p.* clvj.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lectio vij. Cap. 8.

Quòd ſi Spíritus ejus qui ſuſcitávit Jeſum à mórtuis, hábitat in vobis ; qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis. Ergo, Fratres, debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini : ſi autem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim Spíritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.

℟. *vij.* Scio quòd, *p.* clviij.

Lectio viij.

Non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expectat. Vanitáti enim creatúra ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjécit eam in ſpe : quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quòd omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias ſpíritûs habentes ; & ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis noſtri : ſpe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ vidétur, non eſt ſpes : nam quod videt quis, quid ſperat ? ſi autem quod non vidémus ſperámus, per patiéntiam expectámus.

℟. *viij.* Qui dórmiunt, *pag.* clix.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Coríntbios.

Lectio ix. Cap. 15.

OPortet Chriſtum regnáre, donec ponat Pater omnes inimícos ſub pédibus ejus. Noviſſima autem inimíca deſtruétur mors; ómnia enim ſubjécit ſub pédibus ejus. Cùm autem dicat: Omnia ſubjecta ſunt ei; ſine dúbio præter eum qui ſubjécit ei ómnia. Cùm autem ſubjecta fúerint illi ómnia, tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui ſubjécit ſibi ómnia, ut ſit Deus ómnia in ómnibus. Alióquin quid fácient qui baptizantur pro mórtuis, ſi omnínò mórtui non reſurgunt? ut quid & baptizantur pro illis? ut quid & nos periclitámur omni horâ? Quotídie mórior per veſtram glóriam, fratres, quam hábeo in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℟. *ix.* Líbera, *p.* clix.

In Anniverſariis minùs ſolemnibus, quæ ſunt tantùm trium Lectionum, dícitur unicum Nocturnum & ſumentur Antiphonæ, Pſalmi, Verſus & Reſponſoria ex Officio præcedenti ſecundùm Feriam.

FERIA II. ET V.

De Libro Job.

Lectio j. Cap. 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis poteſt fácere mundum de immundo conceptum sémine? Nonne tu qui ſolus es? Breves dies hóminis ſunt, númerusménſium ejus apud te eſt: conſtituiſti términos ejus qui præteríri non potérunt. Recéde páululùm ab eo, ut quieſcat, donec optáta véniat ſicut mercenárii dies ejus.

℟. *j.* Velóciter, *p.* clij.

Ex Catechéſi ſancti Cyrilli, Hieroſolymitáni Epíſcopi.

Catech. 23. *Myſtag.* 5. *Edit. Bened.* §. 9. & 10. *Lectio ij.*

PRo ómnibus qui inter nos vitâ functi ſunt, orámus: máximum hoc credentes adjumentum illis animábus fore, pro quibus orátio defertur, dum ſancta & perquàm tremenda coràm jacet Victima. Hujus rei fidem vobis ab exemplo fácere vo-

'i enim multos ita
Quid juvat áni-
:x hoc mundo in
;, ſeu ſine peccátis
ıtem, ſi ejus in ora-
ıéntio fiat? An ve-
ex quíſpiam viros
ıs offénſus fúerit,
.t in exílium; po-
illi ad quos átti-
corónam plecten-
ı Regi pro ſuis pœ-
ipſo affectis obtú-
nonne ipſis ſuppli-
relaxatiónem gra-
:us eſt? Ad eúmdem
. & nos pro de-
, etiamſi peccató-
, preces Deo offe-
non corónam plé-
; ſed Chriſtum ma-
pro peccátis noſtris
us, clementem Deũ
› illis, tùm pro no-
ıeréri & propitiáre
ıtes.

'. Peccávi, *p.* clij.

íſtola prima beáti
ılı Apóſtoli ad
Corinthios.

:o iij. Cap. 3.

lamentum áliud ne-
poteſt pónere, præ-
uod póſitum eſt,
ſt Chriſtus Jeſus. Si
ıtem ſuperædíficat
fundamentum hoc
, argentum, lápi-
tióſos, ligna, fœ-
ſtípulam; uniuſcu-
opus manifeſtum erit. Dies enim Dómini declarábit; quia in igne revelábitur: & uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probábit. Si cujus opus mánſerit quod ſuperædificávit, mercédem accípiet. Si cujus opus árſerit, detrimentum patiétur: ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

℟. *iij.* Non intres, *p.* clij.

FERIA III. ET VI.

De Libro ſecúndo Machabæórum.

Lectio j. Cap. 12.

